COMMENTI DONATIANI

SCHOLIA GENUINA ET SPURIA

SEPARATA

COMMENTI DONATIANI

AD TERENTI FABULAS

SCHOLIA GENUINA ET SPURIA

PROBABILITER SEPARARE CONATUS EST

H. T. KARSTEN

VOLUMEN I

LUGDUNI BATAVORUM
A. W. SIJTHOFF
MCMXII

PRAEFATIO.

Wessnerus in praefatione editionis notissimae et nobilissimae sic scripsit p. XLV: etiamsi omnis generis corruptelas removerimus, 'non ad ipsum Donati commentum perveniemus, sed ad eam tantummodo quam saeculo sexto assignavimus scholiorum compilationem, quam in hac editione quoad fieri potuit exprimendam curavi', et dein p. XLVI sq.: 'Iam si quaeritur, num fieri possit, ut aliqua ex parte genuinum Donati commentum ex hac scholiorum farragine eliciatur, equidem hoc non prorsus negaverim, sed res mihi videtur esse admodum lubrica atque intricata'. Res nihilominus fortiter temptanda est, nisi acquiescere volumus in commenti condicione eiusmodi, ut non tantum qui obiter inspiciunt librum cito abiciant, cum iuxta scholia bona et utilia identidem insipida, falsa, contraria repetitionesque innumeras offendunt, sed ut plerique etiam fabularum editores commentum vix ut par est ad interpretationem adhibeant, metuentes nimirum ne spuria pro genuinis venditent, quandoquidem operosum et molestissimum laborem selegendi grana e paleis aut fugiunt aut ad bonum exitum perduci posse desperant.

Cum igitur olim ad Donateorum et spuriorum scholiorum separationem perpetrandam me accinxissem eaque studia inde ab anno 1904 in Mnemosynes fasciculis publici iuris fecissem, intellexi hanc operam ita tantum Terenti lectoribus aliquid utilitatis habituram esse, si totius commenti scholiorum divisionem mihi probatam uno conspectu possent comprehendere ipsique sic facilius de ea iudicium ferre valerent.

Quod autem hoc negotium, primo aspectu sane lubricum et valde anceps, confidenter ad finem perducere ausus sum, primum fecit Sabbadinii exemplum, quocum in discernendis Eunuchi scholiis [1]), alias tamen atque ille rationes secutus, plerumque conveniebam, tum hoc, quod quo magis procederem eo certius et facilius vera a falsis dignosci posse expertus eram, denique Wessneri iudicium, qui in censura libri mei de scholiis Eunuchi et Phormionis [2]), cum ea quae posueram de commenti origine et compositione acriter impugnasset, de scholiorum tamen divisione benignius sic iudicavit p. 1403: 'Auf diesem Gebiete ist K.s Arbeit, mag man über die Ergebnisse auch oft anders denken als er, ganz entschieden verdienstlich, und seine Bemerkungen wirken, wenn auch oft nicht überzeugend, so doch anregend'; et p. 1407: 'dass ich bereitwilligst anerkenne, was K. in der Einzelanalyse der scholien zur Förderung des Donatsproblems beigetragen hat.'

Quod autem Wessnerus coniecturam meam illic prolatam (p. 10 et 24 sq.) de commenti hodierni origine et compositione, hoc scilicet deberi uni homini, qui pristinos Donati commentarios retractaverit suisque et aliorum adnotationibus interpolatos pro genuino Aelii opere denuo ediderit, quod igitur ille hanc coniecturam multis validisque argumentis reiciendam esse demonstravit, fateor me, post illius aliorumque, nostratium etiam, animadversiones measque ipsius curas recentiores, hanc opinionem in praesens abiecisse, neque ulla eius vestigia in hac editione reperientur. Quae tamen in libro meo p. 5 sqq. contra ipsius Wessneri opinionem de commenti origine (praef. XLV) protuli, ea etiam nunc vindicanda esse censeo [3]), nec credo de hac difficillima quaestione quicquam verisimiliter ante affirmari posse, quam aliquatenus constet inter viros doctos de singulorum scholiorum auctoritate et integritate, quem consensum hac editione promotum iri spero.

---

[1]) Studi Italiani di Filologia classica III (a. 1894) p. 256 sqq., ubi tractavit scholia ad vv. 1—390.

[2]) De commenti Don. origine et compositione. Lugd. Bat. 1907. Censura legitur in Wo. f. kl. Ph. 1907 p. 1395—1407.

[3]) Aem. Thomas in censura eiusdem libri (Rev. Crit. 1907 p. 414—418) de mea, Wessneri aliorumque aenigmatis solutione hoc censuit: 'tout les moyens employés jusqu'ici ont échoué'. Eundem quoque semel iterumque laudasse 'les analyses de détail de M. K.', gaudeo.

Scholiorum species.

Si res quas continent attendimus, scholiorum species multae sunt.

a Ad scaenarum initia leguntur vulgo scholia quaedam principalia a ceteris aliquantum diversa quaeque tractant aut breviter tangunt scaenarum argumenta, rem dramaticam, scaenae fabulaeque oeconomiam, personarum mores, nonnumquam etiam artem rhetoricam [1]. De peculiari specie scholiorum principalium ad Adelphos illic videbimus. Etiam extra scaenarum initia scholia leguntur in commento de oeconomia scaenarum et fabularum personarumque moribus, quae principalia amplitudine et momento non raro superant, in quibus etiam notae, non nimis longae sed frequentes, de oeconomia orationis et verborum, notabiles sunt, vide e. g. Andr. 82. 1, 110. 1, 129. 2, 209, 271, 380. 4, 386. 1, 544, 732.

Haec scholia, praeter rhetorica aliaque pauca, nemo non mecum, opinor, Aelio Donato vindicanda esse censebit.

b Scholia de sententiarum interpretatione.

c Scholia grammatica et de verborum interpretatione atque etymo.

d Scholia rhetorica.

e Scholia de pronuntiatione et gestu.

f Variae lectiones.

g Tropi et figurae.

h Fragmenta Graeca.

Explent hae species ad Andriam scholiorum numerum duo milium et ducentorum, ad Eunuchum duo milium et centum. Ex his scholiis longe maior pars sincera est atque tertiam tantummodo partem aut paulo amplius a Donato alienam esse indicavi, nempe ad Andriam circiter DCCLXX, ad Eunuchum DCXXV. Haec spuria maximam

---

[1]) Haec aliaque scholia consimilia tractavit Edm. Struck in diss. Rostoch. de Terentio et Donato a. 1910, ut et ostenderet scholia ea ad fabulas Menandreas (Andr. Eun. Ad.) esse prorsus diversa a scholiis principalibus ad fabulas Apollodoreas (Hec. Pho.), et illa esse aesthetica Graecae, haec rhetorica Latinae originis. Refutavi haec omnia in Mnem. 39. p. 131 sqq., atque monstravi scholia principalia ad omnes fabulas praeter Adelphos similia esse, neque uno nomine aesthetica appellari debere, sed dramatica, oeconomica, etc.; vide p. 146 sqq. De Strucki dissertatione cf. etiam Wessner W. f. kl. Ph. 1910 p. 996 sqq. Cum autem Struckius p. 37 ea scholia ad fabulas Menandreas impense, nimis fortasse, laudaverit, haec laus etiam pertinet ad scholia Hecyrae et Phormionis omni ex parte illis similia.

partem pertinent ad genera *b* et *c* [1]). Scholia primi generis *a* plerumque genuina esse modo dixi. Etiam ea scholia, quae descripsi sub numeris *e f g h*, vulgo non est cur a Donato abiudicemus [2]). Scholia de tropis et figuris in excursu ad calcem huius editionis tractabuntur.

De scholiis rhetoricis peculiarem disquisitionem olim instituí in Mnemosynes volumine 32. 125 sqq. et 229 sqq., ubi ex scholiis mere rhetoricis paucissima tantum Donato dari posse demonstravi, quippe cui ea tantum concedenda sint, quae simul interpretationi inserviant [3]).

Gerstenbergius (de Eugr. Ter. interprete 1886) p. 64 sqq. contra Usenerum probavit Donatum Terenti fabulas commento rhetorico continuo non ornasse, quin etiam rhetorem eum fuisse addubitat (p. 76); etiamsi postremum hoc mitto, de quo aliter iudicavit Sabbadini (l. l. III 337 sq.), tamen prorsus ei assentior in iis quae ibidem subiunxit: 'eum (Donatum) sicut omnes, qui illis temporibus pro viris doctis haberi voluerint, studiorum rhetoricorum haud imperitum fuisse concedimus, ut in commentariis de Terentii arte oratoria hic illic per occasionem verba facere, non commentarium scribere voluerit'. Duo sunt loci in commento, qui ostendunt, Donatum in hoc libro rhetoris partes ex professo agere noluisse, in quibus nempe quaestiones ad intimam hanc artem pertinentes ita commemorat, ut certum de his rebus iudicium sibi non arroget, sed ipsis rhetoribus relinquat, quorum opiniones tantum refert. Legimus ad Eun. 144: 'Non indiligenter consideraverunt hanc meretricis orationem, qui illam instar controversiae rettulerunt cett.'; ad Phorm. 348: 'In hac scaena, ut rhetoribus placet, veluti quaedam controversia est cett.' (cf. Mn. l.l. 126 et 140 sq.).

In secernendis scholiis hanc viam secutus sum: [4]) Cum constet Aelium Donatum commentum condidisse, omnia ei scholia ad-

---

[1]) Hae duo species longe maximam commenti partem obtinent. Interpretativa scholia, ut consentaneum est, frequentissima sunt; ex genere grammatico et etymologico et semasiologico ad ducentos versus primos Andriae numeravi XC et differentias XX, Eunuchi L amplius et differentias III.

[2]) Scholia ad Andr. 204 indicant fragmentorum Graecorum plures fontes exstitisse, quorum unum tantum rettulit Donatus.

[3]) Vide etiam infra primam adnotationem ad Andriam de scholiis rhetoricis.

[4]) Aem. Thomas l. l. p. 416 de scholiorum divisione prudenter appropinquanda sic disputavit: 'Provisoirement, il vaut mieux renoncer à ces théories

dixi, quae non posterioris alicuius interpretis manum satis certis indiciis proderent.

Indicia illa primo loco posita sunt in nimia scholiorum similitudine aut discrepantia, quocirca ab uno eodemque homine profecta esse nequeant.

Secundo loco suspicionem movent emblemata in ipsis scholiis genuinis et additamenta inepta, quorum multa iam viri docti deprehenderunt, imprimis Sabbadinius et Wessnerus.

Certum posterioris originis testimonium exhibent porro scholia quaedam, non textum Terentianum illustrantia, sed Donati adnotationem aut exemplum quae praecedunt.

Postremo loco semovenda esse duxi permulta scholia, quae propter exempla rebus non apposita, differentias falsas, inventa inepta aliaque vitia diversi generis Donato indigna esse viderentur, in quibus etiam sermo auctorem minoris notae vulgo ostendebat.

Antequam ad singula indicia accuratius explananda transeo, de de ipsis scholiis Donateis hoc praemonendum est.

Negari non potest exstare in commento scholia haud pauca, quae id, quod locus semper postulet, plene planeque enuntiant, sermone satis puro et non raro eleganti et in quibus nihil est cur credamus, ea aliter umquam atque nunc se habent fuisse constituta. Praeter scholia ad scaenarum initia aliaque mihi modo laudata (p. III cum adn. 1), multa huc pertinent longiora aut breviora, in quibus quid desiderari iure possit non facile aliquis ostenderit [1]. Haec igitur scholia

---

générales; nous contenter du terre à terre qui du moins est sûr. Prétendre embrasser le commentaire dans son ensemble,.... prétendre reconstituer à priori l'orginal, *genuinum Commentum Donati,* est bien plus chimérique encore. On pourrait plutôt s'en rapprocher en se limitant à l'étude des scolies elles-mêmes et en profitant des signes connus: (répétitions, contradictions, citations d'auteur, langue, etc.) pour dégager du reste ce qui a pu être le noyau primitif; par prudence, il sera bon d'éviter les affirmations trop absolues: telle est la méthode que je conçois'.

[1]) Exemplo sint haec Scholia:

Ad Andriam: 14, 45. 1, 55. 2, 62. 1, 75. 2. 3, 88, 4, 105. 3, 19. 3, 39. 5, 67, 2, 73. 4, 208. 2. 4, 19. 1, 26. 4, 66, 68. 3, 74. 1, 78. 4, 315. 2. 3, 19. 1, 30. 2, 47. 1, 52. 2, 54. 5, 69. 1, 94. 425, 47. 2, 70. 1, 83, 85, 87. 1, 539. 1, 44, 46. 1, 610. 1. 2, 18. 2, 21. 2, 29. 2. 1, 43. 2, 55, 96, 702. 2, 7. 1, 8. 3, 10. 1, 18. 1, 21. 2, 54. 2. 3, 65. 2, 71. 1, 90, 91, 804. 4, 44. 2. 3, 46. 2, 49. 45, 54. 1. 2, 55. 2. 3, 96. 3, 901. 1, 15. 4, 21. 3, 25. 2, 31, 37. 3, 55. 3, 77, 81.

Praeter haec Hartmannus (de Ter. et Don. 1895) etiam centum alia breviora laudibus ornavit.

Ad Eunuchum: 9. 1, 10. 2. 20, 24. 2, 84. 1, 85. 1, 86, 91. 1, 95. 2, 98. 1. 2,

sanissima sunt, atque si Donati commentum, ut sunt qui putent [1]), 'mutilatum atque dilaceratum' ad nos pervenit, ea saltem scholia illam cladem sine vulnere perpessa sunt nobisque exempla praebent scholiorum genuinorum, ad quorum habitum reliqua exigi possunt, unde veri specie haud spernenda constituere licet, quid Aelio Donato dignum quid indignum sit, in iis praesertim scholiis, quorum fides et auctoritas propter alia quoque indicia est sublestior. Itaque talis singulorum scholiorum aestimatio ex indiciis supra positis et cum Donateis comparatio omnino necessaria est, ut aequum de iis iudicium feratur et hoc est, quod iam in hac praefatione facere institui atque absolvam in adnotationibus huic editioni subiunctis, succincte tamen, ne liber in immensum crescat, et relegans saepe lectorem ad ea quae antea in Mnemosynes fasciculis uberius disputavi.

In explanandis indiciis, quorum primum petendum esse dixi e scholiorum valde multorum similitudine aut discrepantia, cum iis mihi res est, qui e Wessneri opinione contendunt, scholia similia, contraria, repugnantia inde derivanda esse, quod hausta sint e communi fonte, id est e commento Donati genuino, quod 'in duorum exceptorum manus incidit, qui servato auctoris nomine scholia maximam partem plus minusve transformata in Terentianorum codicum margines transtulerunt [2]).

Si verum est, quod modo disputavimus, permagnum superesse scholiorum numerum, quae pristinam formam ad nostram usque aetatem conservaverint [3]), ea coniectura per se iam corruit, ex qua

107. 16. 1. 2, 26. 1, 32, 42, 44. 2, 56, 63. 6, 72, 74. 3, 90. 1, 92, 97, 98, 209. 3, 36. 5, 37. 1, 40. 1, 44, 2, 50 2, 51, 2, 56. 2, 60. 3, 71. 2, 96. 2, 98. 2, 301. 5, 22. 3, 36, 2. 3, 56. 3, 57. 4, 60. 2, 65. 1, 70. 2, 79. 1, 81, 84. 1. 2, 409. 1, 12. 3, 24. 2. 3, 26. 1, 30. 1. 2, 32, 40. 2, 46. 1. 2. 3, 56. 1, 58. 1. 2. 3, 71. 4. 5. 6, 79. 1. 2. 3, 84, 3, 508. 1, 15. 1, 16. 2, 63. 1, 81. 2, 84. 1, 85. 1, 88. 1, 89. 1, 601. 2. 3, 38, 45. 5, 53. 2, 66. 3, 77, 89, 709, 13, 14. 2, 16. 2, 21. 4, 32. 2, 40, 2. 52, 61, 72. 5, 74. 3, 76. 3, 85. 3, 4, 86. 2. 3. 7, 89, 809. 2. 3. 4, 23, 61. 2, 64. 2, 908. 5, 12. 1, 26. 1. 2, 41, 76. 82, 1012, 14. 3, 51, 72. 1 sqq., 79, 2. 6. 7. 8. 11. 13, 83. 1, 87. 1.

[1]) O. Feierabend de Servii doctr. reth. et de com. Don., Marpurgi 1910 p. 14. Cf. Mnem. 39 (1911) p. 192.

[2]) Cf. Wessnerus in praefatione p. XLVI. Totam eius disputationem descripsi et examinavi olim in Mnem. 32 p, 212 et in libro supra laudato p. 5 sqq. Id quod Wessn. tantum coniecerat ('sic mihi rem composui'), asseclae, ut fit, quasi rem omni dubio maiorem proponunt, veluti Struckius l.l. p. 57: 'cum Donati commentum pessime contractum, duabus manibus excerptum, tum conglutinatum esse constet'. Cf. etiam Mnem. 39. p. 169.

[3]) Lubet hoc loco referre Ribbeckii verba in proleg. ad Vergilii opera, qui postquam Donati observationes a Servio relatas satis acriter castigavit, sic tamen

commentum Donati non nisi excerptorum opera, genuina scholia plus minusve transformantium et nimirum saepe discerpentium aetatem tulerit. Cum vero in hoc libro ab omni disputatione de commenti origine et compositione abstinere decreverim, quaestio mihi alia ratione aggredienda est. Itaque initium faciens a scholiis Andriae et Eunuchi similibus aut fere similibus, hoc inquiram: sintne identidem scholia paria ita comparata, ut utrumque excerptoris plus minusve transformantis manum ostendat ac neutrum pro genuino habendum sit, an fortasse ita discrepent, ut e communi fonte detorta esse nequeant alterumque pro genuino sit habendum.

Scholia similia ad Andriam.

a.

28 1 et 2 Hoc scholiorum par eo nomine unicum est, quod ad scaenarum initia in commento nusquam alibi duplex scholium de argumento invenitur. Quaerendum est, sitne alterutrum genuinum, an duo sint excerpta plus minusve transformata ex aliquo genuino, quod perierit. In 1 laudatur virtus, nimirum Terenti, quod longi soliloqui senilis fastidium sustulerit adhibito interlocutore (qui deerat in fabula Menandri), unde actio quaedam in hac scaena exstiterit [1]). In 2 etiam laudatur virtus poetae, sed his de causis: primum quod populus hac argumenti narratione 'teneat periocham comoediae', dein 'quod agi res magis quam narrari videantur.'

Altera causa in 2 convenit cum eo quod est in 1 'ut in argumenti narratione actio scaenica videatur'. Sed quid est in prima causa quod dicitur: 'comoediae periocham tenere'? Estne periocha

---

conclusit p. 184: 'Ceterum multo plura etiam quae bonae frugis essent in Vergilianis quoque Aelii Donati commentariis fuisse facile credet qui meminerit, quam docte et subtiliter idem Terentii comoedias illustraverit'. In scholiis autem brevioribus multa legi iis hominibus, quibus commentum composuerat, utilia sed nobis parvi momenti et superflua, non est quod miremur. Quod ad horum formam attinet, adhibuit ille id quod docuit ad Andr. 358, ubi de verbis 'rogo negat' adnotavit: 'mira brevitas et imitanda', et saepe feliciter ei contigit, id quod dicendum erat concisa et tamen perspicua oratione includere; est tamen ubi brevitas perspicuitati nocuit, velut ad Andr. 41, 69. 1, 322 et 718. 3. Cum hac brevitate et sobrietate cohaeret, quod Donatus a textu Terentiano nusquam aberrat, ut reliqui magistri, qui non raro ad aliena delabuntur.

[1]) Cf. ad Eun. 254.

totius fabulae argumentum? At hoc demum tenetur exacta fabula. Estne ea pars argumenti, quae narratur in expositione? At in hac nulla virtus est Terenti, qui fideliter rettulit expositionem Graecam idque eatenus, ut sint qui credant etiam Sosiae verba inde petita esse, atque etiam apud Menandrum non prologus aut deus ex machina, sed senex verba faciebat. Virtus autem Terenti in eo tantum constitit, quod taedium longi soliloqui per dialogicam formam sustulit, atqui hanc laudationis causam praecipuam omnino omisit alter scholiasta. Supersunt haec verba: 'in qua (argumenti narratione) fundamenta fabulae iaciuntur'. Quid hoc est? Fabularum fundamenta iaciuntur, opinor, in mente poetae, dum in expositione ea tantum narrantur, quae ad rerum sequentium intellegentiam necessaria sunt.

Conclusio in promptu est. Habemus de virtute poetae scholium plenum et perspicuum, in quo nihil deest, nihil abundat, et iuxta hoc alterum, quod prima lectione doctius fortasse et plenius cuidam videatur, sed quod revera omni ex parte claudicat. Cum igitur scholium primum omnes numeros expleat scholii sinceri et integri, neque indicari aut cogitari possit, quid genuinum amplius aut melius de scaenae virtute continere potuerit, recipiendum est in eorum numerum, quae sana et integre servata esse et, ut nunc sese habent, ita ab ipso Donato composita esse supra declaravimus. Alterum autem huius genuini non proprie excerptum est, sed imitatio scholiastae male cogitantis et obscure scribentis, addentis otiosa, immo falsa, omittentis rem praecipuam.

Offendemus identidem adnotationes iisdem his vitiis aut proprietatibus laborantes, quae uni eidemque magistro adsignandae mihi esse videntur, de quo vide etiam infra.

185 1 et 2. Denuo falsa specie decipitur qui credit alterum scholium gravius pleniusque esse quam primum. Simo probe scit gnatum amare, ipse hoc suis oculis adspexit et Sosiae confessus est (130 sqq.), quin etiam a Chreme audivit filium pro uxore habere peregrinam (144 sqq. Speng. ad 185); coram Davo tamen hanc scientiam dissimulat, sperans fore ut, quasi rei ignarus, ab illo aliquid resciscat. Itaque in altero scholio non vera sunt verba 'nondum se f a t e t u r credere', neque in senis verbis ali-

qua constantia est aut gravitas, adverbia illa meri sunt flosculi, denique verbis ambiguis causa asseritur obscura in his: 'ne amittat vim vindicaturi, si rescierit'. Num 'vindicaturi' in servum an in filium? et 'vis vindicaturi' estne facultas vindicandi? [1]) at hanc non amittimus, sed acquirimus demum postquam male factum rescivimus. Laborat igitur scholium iisdem vitiis, quae in 28. 2 deprehendimus. Donatus in 1, pro more concise mentem exprimens, nec causam asseruit cur Simo coram Davo simulaverit, utpote satis apertam, et verbis 'quod iam probavit' strictim indicat senis narrationem in 130 sqq.

Conclusionem de his scholiis endem esse oportet, quam posui de praecedentibus ad v. 28.

Multus fui in tractandis his scholiorum syllogis, quo brevior esse possem in sequentibus, quae eiusdem notae sunt.

246 1 et 2. Excerpta ex alio genuino hic non agnosco. Scholium 1 exhibet quod requiritur, nihil minus; 2 sordide confectum est, nam haec non est 'alia' exclamatio, sed iam quarta inde a v. 237.

708 4. **709** 1. In 4 prima verba 'pro initio sedulae narrationis hoc sumimus' respondent Spengeli interpretationi: 'darf ich im Ernste mit dir reden'. Subiungitur alia interpretatio minus probabilis, ut saepe alibi. In 709. 1 in fine redditur fere initium scholii 4, sed deest praecipuum, (ut in 28. 2 'sine fastidio'), nempe adiectivum 'sedulae' (Sp. 'im Ernste'), quo perit propria prooemii significatio; abest praeterea interpretatio altera. Igitur 4 integri et germani formam exhibet, 1 claudicat.

756 et **766** 1. Initium simile. Altera pars praestat in posteriore scholio, nam Davus non hoc tantum efficere studuit ut Chremes pueri patrem cognosceret, sed hoc, ut eum generum recusaret (vide v. 766). In scholio 756 hoc deficit; atque etiam locus ubi legitur, hoc suspectum reddit, est enim emblema, ut Wessnerus notavit, in medio scholio Donateo 758. 2, et argumentum non pertinet ad 756, sed ad 765, quod probatur etiam scholio 760. 1: Chremes nondum comperit cett.

b.

Quaedam scholia ita argumento similia sunt idque tam plene exprimunt, ut dubitari possit, utrum pro genuino habendum

---

[1]) Cf. Hartman p. 132, sq.

sit, sed simul forma tantopere eadem discrepant, ut ex uno eodemque antiquiore excerpta esse nequeant; vulgo tamen rationes non desunt, cur alterum alteri anteferendum esse statuas.

168 1 et 2 Respicitur v. 49, ubi vide scholia 1. 2. 3 et adnotationes meas. Continent idem; ego praetuli 2.

220 1, 221 1. Utrumque continet id, quod requiritur, oratione tamen prorsus diversa; sed in altero 'abrogatur fides' elegantius et iustius dictum mihi videtur, quam 'non credit factum esse'.

324 3 et 4. Praefero posterius.

327 2 et 5. Scholia referri possunt ad primum genus, quod modo tractavi, etenim in posteriore deest pronuntiationis mentio, quae omitti non debuit.

Alia huius generis non repperi, nisi forte 34. 1 et 2, de quo vide adn. ad hunc versum.

c.

Tertio loco quaedam ita comparata sunt ut alterum alterius excerptum quoddam contineat, ceteroquin disparia.

67 et 68 1 *a* et 2. Postremum cum duobus prioribus convenit in iis quae dicuntur de theatro et de Cicerone, nam Tullius de hac sententia nusquam 'multa' dixit, quantum scimus, sed ea tantum quae citantur in 1 *a*; ceterum mira est antithesis theatri et officii. Nemo, opinor, haec tria ex alio quodam genuino scholio a duobus excerptoribus tracta esse contendet. Denuo autem et 67 et 68 1 *a* pleni et sinceri scholii numeros explent.

188 2 et 2 *a*. Hoc liberius excerptum est ex 2 omisso exemplo Vergiliano.

147 3 et 4. In 3 pro otioso additamento in 4 'id est', citatur exemplum Plautinum, quod dicti significationem satis illustrat.

156 2 reddit fere quae leguntur in fine scholii 4, sed omittit omnia quae illic praecedunt.

167 3 *a* reddit initium longioris scholii 1, omittens reliqua.

173 1 et 3. Scholium 3 repetit finem alterius, sed omittit initium, quod causam continet, cur Simo haec multo ante audivisse debuerit [1]).

[1]) Vide quae de scholiis ad v. 172 et 173 disputavi in Mn. 39 (1911) p. 171 sq. contra Struckium, qui scholium 173. 1 non Terentianae sed Menandreae fabulae convenire dicebat. Wessnerus in censura libri mei (W. f. kl. Th. 1907 p. 1401) scripsit: Besonders übel ist K(arsten) daran bei solche scholien, die sich wört-

299 2 et 3. Prius manifestum est excerptum e longiore 3, in quo nihil desideratur.

331 1 et 3. Initium tertii satis misere reddit initium primi; interpretatio, quae additur per 'vel', nova est, sed neque in hunc locum convenit, nec probatur exemplo Plautino, ubi 'quid meret machaera' significat: quid lucri habes ex machaera (sensu obsceno)?

347 1 et 2. Initium secundi denuo excerptum est satis mancum ex primo, nec verum in eo, quod dicit: quasi illud 'interii' falsum sit; itidem altera pars 'ita Pamphilus cett.' excerpta est ex reliquo primo.

521 3 et 4. Credat quispiam posterius sumptum esse e longiore, quod praecedit, at non sic est, etenim 4 aliam grammaticorum doctrinam profitetur, de qua vide adnotationem ad hunc versum.

598 3 et 6. Tertium in fine ex 6 festinanter excerptum; cum initio compara 7 in fine.

601 1, **602** 1. In priore scholio particula 'ergo' (vide mox adn. ad 286) non habet quo respiciat; in altero, quod sincerum videtur, Donatus pro stili brevitate non addidit 'cur proficiscatur in pistrinum', utpote supervacaneum post Davi verba in v. 600.

720 4 et 5. De significatione particularum 'hic' et 'illic': 4 vere et perspicue, 5 verbose et perplexe; rationem τοῦ 'enim' non assequor, nexus causalis nullus est; ex uno excerpta esse nequeunt.

955 2 et 3. Scholium 3 elegans, quo paucis verbis et luculentis omnia monemur, quae ad plenam loci intellegentiam necessaria sunt. In 2 oratio inelegans et obscura: 'quia' abundat, pro 'quasi' planum fuerat dicere 'id est' et quid est 'hoc ipsum non vacat'?

His scholiis ex parte contigua sunt haec:

286 2. 3. 5. Medium 3 conflatum est ex 2 et 5, sed in multis claudicat. 'Compendium' in longo sermone morientis mulieris (286—296) nullum est: 'lassitudo' non posita est in aliquo compen-

---

lich fast ganz decken; so Andria 1. 2. 2[1] und 2[3] (= 173). Citat deinde etiam scholia ad 457, 969 sq. et 476, de quibus mox videbimus. Contra eum hoc primum observo: est discrimen (fast ganz) idque non in leviore horum scholiorum parte, sed in praecipua, ubi alterum deficit; tum hoc: fac scholia non fere, sed prorsus similia fuisse; num inde sequeretur, ea a duobus hominibus excerpta esse ex alio genuino? Nihil minus, utrumque enim contineret id, quod requiritur; qui hoc neget, dicat nobis, quid in scholio illo primario amplius de tempore, quo senex ea senserit, dictum esse potuerit; is, qui hoc conetur, incidat necesse est in coniecturas prorsus vanas et arbitrarias. Valet hoc de omnibus his scholiis fere similibus.

dio, sed in pronuntiatione per intervalla anhelantis, ut est in 5; his adiungitur adnotatio (fere ex 4) de vocibus 'forma' et 'aetas' per particulam causalem 'enim' prorsus absurde adhibitam [1]), sic enim horum verborum usus mirum in modum adscribitur lassitudini loquentis.

855 2. 3. 3 *a*. 4. Scholium 3 *a* haustum est ex initio scholii 2; dum 4 conflatum est ex 3, mira sane ratione, ('adverbium compositum ex pronomine'!), et ex 2 ('ecce illum'), per formulam 'ut diximus', scholiastae cuidam imprimis gratam, de qua vide librum meum p. 158 (Mn. 35 p. 409).

969 et **970** 1. Posterius per eandem illam formulam id, quod bene adnotatum est ad 969, perperam repetit, etenim vs. 969—970 a Pamphilo non dicuntur propter Charinum, ut audiat, sed propter Davum, qui ea nondum cognovit; dicuntur autem a Pamphilo alta voce, 'ita' (ut est in scholio 969) ut etiam haec audiat Charinus.

d. Alia sunt scholia fere similia, quae leguntur ad versus inter se distantes.

169 2, **412**. 5. Alterum prava imitatio est prioris.

218 **242** 3, **776** 2 *a*. In his iam Wessnerus pro repetitionibus non Donateis obelo notavit scholia ad 242 et 776.

289 1, **556**. Posterius imitatio est prioris, sed ad hunc versum prorsus falsa.

291 1, **540** 2. Ad hunc versum scholium 2, cum praecedenti iunctum per particulam ergo, munitum est duobus exemplis Vergilianis et praeterea loco conveniens est, cum hic sit solemnis obtestatio per deos, per amicitiam veterem, per liberos. In 291 vero nulla solemnis obtestatio est per aliquem deum vel hominem vel rem, sed nude legitur 'te obtestor', praeterea deficit illic alterum exemplum Vergilianum, quocirca dubitari vix potest utrum genuinum sit.

299 1, **473** 5. De posterioris initio vide ibid. 1 et 2; altera pars breviter reddit quod est in 299. 1.

---

[1]) Non rarus est in scholiis spuriis abusus particularum causalium, nam, enim, unde, quia, etc., cuius rei exemplum iam vidimus ad v. 720 et satis multa referentur in adnotationibus. Idem valet de particulis conclusivis, vide supra ad 601 et mox ad 476 et 754.

388 1, 389 1. Vix utrumque Donateum, cum sic in vicinia sint posita. Illud propter exemplum adhibitum ei dedi.

e. Restant scholiorum paria separatim tractanda haec:

470 2. 3. 4. 5. Simo se ipse damnat tamquam stolidum pecus, quod filii amores non ante perceperit. Initium scholii 2 atque exemplum Ciceronianum ad hunc locum nihil pertinent; audimus, credo, scholiastam, qui in 30. 5 virtutum species non minus importune distinxit [1]; de particula causali 'unde' inepte adhibita, nam nulla causalis nexus est inter exemplum et praecedentem sententiam, vide ad 286. Scholium 3 non male indicat, senem quasi externo demum impulsu, nempe iis, quae nunc praesens audivit, intellexisse quid rei sit. Conclusio in 4 satis iusta est, tametsi extrema minus placent, cum vulgo ratiocinatione tantum bestiis praestare dicamur. Altera conclusio in 5 mira est et ad absurdum auget quae dicta sunt in 3. Duorum excerptorum vestigia in scholiis profecto nulla sunt, nec proprie similia insunt, sed quaedam est affinitas tantum inter 2 et 3, 4 et 5.

476 3 et 4. Scholium 3 bipartitum est: in priore parte scholiasta docet 'discipuli' esse nominativum pluralem, in altera commemoratur aliorum opinio putantium esse genetivum singularem [2]. Haec opinio, aperte falsa, tamquam vera proponitur in 4; itaque 3 et 4 unius genuini excerpta esse non possunt, cum pugnantia defendant. Unde igitur verba similia 'omnes per quos agitur fallacia' in utroque? aliam causam non video nisi hanc, auctorem scholii 4 consulto invertisse scholium 3, et interpretationem, quae illic tamquam minus vera postponitur, pro sua amplexum esse, subiungentem alteram, sibi minus probatam, ipsis verbis collegae.

754 1. 2. 3. Ut olim, sic etiam hodie viri docti dissentiunt sitne Mysis, quae dicat 'maledicis', an Davus [3].

---

[1] Illa verba notavit Wessnerus.

[2] Mediam scholii partem 3 *a* pro emblemate inepto seposui. Simo nihil 'ostendit', sed suspicionem protulit; hanc autem bonam esse ('bene'), concludi non potest ex scholii initio. Igitur hic denuo 'ergo' prave usurpatum.

[3] Editor Anglus Fairclough Mysidi hoc unum verbum dedit, Spengel et Driatzko Davo, sed differunt interpunctione; ille: 'maledicis, undest. dic

Scholiasta 1 Mysidi tribuit putavitque, eam hoc 'lentius' dixisse, quocirca Davus eam iubeat hoc convicium 'clare' iterare. Interpretatio falsa est; totius loci rationem ille non percepit. Iam in v. 747 Davus mulierem poposcit, ut diceret 'unde' sit puer expositus; hanc postulationem nunc repetit: 'undest? dic clare' [1]). Scholium 2 et 3 unum continuum efficiunt; in prima parte convicium, vel ut ille praefert 'comminatio', 'maledicis' etiam Mysidi tribuitur [2]), in altera parte denuo refert, ut modo 476. 3, opinionem quorundam, qui Davo totum versiculum tribuant et hunc ita explicent, quasi Davus simulet, Mysidem per aposiopesin (cf. Dziatzko) 'non tute ipse . . .' (hoc est igitur 'dictum superius') Chremi non satis manifestam, iecisse maledictum in senem. In scholio igitur 2 + 3 omnia plane enuntiata sunt, etiamsi 'quorundam' interpretatio nimis speciosa videatur. Quidquid est, videmus scholium 1 ab altero 2 + 3 ita distare ut nulla similitudo sit, nisi in quaestione quam tractant, nec esse excerpta ex uno communi fonte; alterum omnes denuo sincerae et integrae adnotationis numeros explet, alterum absurda continet, nec non hic quoque conclusivum illud 'ergo' iusta caret ratione.

959 1. 4. **716.** 3. **960.** Si haec inter se comparamus, apparet doctrinam prolatam in 1 mutuo sumptam esse primum ex scholio sincero ad initium scaenae 716. 3, ubi prorsus eadem leguntur, dein ex 960: 'propriae sunt perpetuae, sempiternae' cett., tandem ex 4: 'et est dogma Epicureum'; quod autem scholiasta dicit 'proprium, ut animi virtus' non convenit cum doctrina Terenti in v. 960: 'voluptates eorum propriae sunt'. Denique particula 'enim' nunc etiam male est adhibita, cum nullum causale vinculum sit inter has sententias.

Superest similium scholiorum sylloge prorsus unica haec:
457 1. 2. 4. 5. Si omittimus prooemia scholiorum 3 et 4, — quae verba ad interpretationem nullius sunt momenti, nempe in 4

---

clare', Dzi: 'maledicis? unde est? d. c.', quod praestare mihi videtur, nec minus quod aposiopesin indicat Dziatzko post 'non tute ipse' in versu 752.

[1]) Itaque schol. 4 aut eiusdem est auctoris, aut, si germanum est, ut puto, lemma falsum est pertinetque ad v. 753, qui pressa voce a Davo enuntiatus est.

[2]) Sic etiam Dziatzko: 'maledicis'? i. e. audesne mihi male dicere?

haec: 'hi duo vss. ostendunt' et in 5 haec: 'sunt ergo verba, ut diximus', — reliqua prorsus sunt similia, hoc est 1 = 5, 2 = 4. Cum a coniecturis de commenti origine mihi prorsus abstinendum sit, non quaero quo casu hae repetitiones exstiterint et quae partes in ea re fuerint compilatoris aut scholiastarum. Wessnerus (l. l. p. 1403) coniecit, compilatorem ideo scholium 5 recepisse post 1, quia initium 5^1 diversum erat a primo, eumque cum peccatum suum animadvertisset, hoc mitigasse addendo 'ut diximus' [1]. Sed hoc mitto, ut considerem scholia ipsa. Prorsus vera est observatio in 2 et 4: 'pulsatus est senex' cett., haec igitur utriusque scholii verba genuina esse, nemo in dubium vocabit, et nemo facile dicere poterit, quid in hac adnotatione desideretur, quominus plenam sinceri et genuini scholii formam referat. Hoc tantum quaeri potest, cum levis discrepantia sit in acc. c. inf.' pulsatum esse' et additamento 'illo argumento, quod', utra forma potior habenda sit. Ego praefero 2, ubi repetitio vocis 'argumento' deest.

Alia res est in 1 et 5; quod ibi contenditur in altera scholii parte: 'aut de adventu mulierum, quae in scaenam veniunt', a prudenti interprete, qualis Donatus fuit, scribi potuisse non credo, nam nemo mentis compos punctum temporis dubitare potest, quin in illo versu cogitet tantum de iis, quae Davus modo locutus est. Initium scholii: 'verba sunt secum cogitantis senis [aut] de his quae nunc locutus est Davus' vera continet, sed supervacanea iuxta 2. 3, etenim 'argumentum falsarum nuptiarum' hoc ipsum est, quod Davus locutus est 449 sqq. et quod senis cogitationem nunc movit.

De his scholiis igitur sic statuendum esse puto: Donatus satis

---

[1]) 'Der Anfang des einen (5) wich von der des andern (1) ab; dass verführte den Kompilator, die ganze Anmerkung zum zweiten Male zu bringen und als er das Versehen merkte, suchte er es durch das 'ut diximus' zu mildern'. Tacet v. d. de altera repetitione 2 = 4, de qua non omnino valet haec ratiocinatio, etiam alioquin parum probabilis. Scholiasta, qui vidit alterum scholium ab altero differre in initio, nonne totum ille perlegerit antequam describeret? aut si tamen hunc errorem commisit, nonne corriget delendo potius quae otiose repetivit quam inserendo 'ut diximus'? Haec autem formula non est compilatoris aliorum scholia conglutinantis, sed magistri, qui ipse scholia conformat et aliorum adnotationes suis verbis repetit; docent hoc permulta exempla collecta ex omnibus fabulis l. s. l. p. 158 sqq. (Mn. 35 p. 409).

superque hunc versum illustravit uno scholio 2; alius scholiasta huic suam interpretationem duplicem per 'aut aut' opposuit. Unde autem utriusque scholii repetitio orta sit, in medio sit positum.

Scholia similia ad Eunuchum.

Incipio ab eodem genere quod primum tractavi ad Andriam p. XII sqq., quodque ea scholia complectitur, quae praeter aliquam similitudinem ita tamen differunt, ut alterum bonum et sincerum sit, alterum variis vitiis laboret.

10 2, **11** 2. Posterius scholium non quidem verbis sed tamen argumento simillimum est iis, quae leguntur in fine longissimi scholii prioris, inde ab his: 'quae contra naturam iurisque consuetudinem', cett. Hoc scholium accuratissimum et amplum nisi genuinum est, nescio qualem genuina scholia formam habuisse aliquis sibi mente proponat. In 11. 2 denuo non video quo referatur particula 'nam' (cf. adn. p. XII); sitne autem hoc scholium imitatio Donatei in fine, an scholiastae proprium nunc non diiudico; S a b b a d i n i a Donato abiudicavit [1]).

46 2. 5. Scholium 2 duplex est, primum de figura rhetorica, dein dramaticum: explicatur, unde sit hoc repentinum et insolitum scaenae initium ('in haec verba erupisse'); alterum potius ethicum characterem exhibet, stilo pathetico ('perditae', 'frustra'). Vix ex communi scholio quodam excerpta esse potuerunt et 2 plenum atque integrum videtur, quid enim deesset? vocabula 'perditae mentis' et 'frustra' in scholium sobrium non quadrarent.

103 3, **104** 7. Alterutrum genuinum est; cum Sabbadinio postremum seposui, quia additamentum est per 'autem' ad scholium 6 et supervacaneum post 103. 3.

168 2. 6. Illud integrum est, in 6 deficit exemplum.

264 2. 3. Utrumque, quod argumentum attinet, integrum est, nihil amplius requiritur; in 2 'vult dicere' minus recte legitur pro 'quod dixit' vel 'q. dicere coeperat'.

311 2. 3. In 2 ipsius Terentii verba (v. 308) citantur pro interpre-

---

[1]) Nec non omnia ea quae ego quoque hic in suspicionem vocavi usque ad v. 371. Commentatio eius desinit in fine scaenae II 3.

tatione; in 3 pro 'morae esse' magis perspicuum fuisset 'te exspectare'.

313 1. 2. In 2 deest exemplum Sallustianum.

319 1. 3. Illud imitationem esse satis debilem scholii 3, manifestum est.

341 2. 3. Posterius conclusio est per 'ergo' satis otiosa ex 2.

348 5. 6. Posterius additamentum est prorsus otosum ad 5.

350 1 *a*. **352**. Re satis similia nimis forma differunt, quam ut ex communi fonte prodire potuerint; 1 *a* additamentum est scholii Donatei quod praecedit.

367 1. 3. De quinque lineis amoris vide 640 2, quas Chaerea nominavit non omnes, ut dicitur in 1, sed tantum duo vel tres. 'Amatorie nimis' flosculus est.

371 2. **372**. In altero 'vis' illa 'non usitata' perperam etiam trahitur ad verbum 'intellego'; adiectivum 'immodicum' pathetice denuo additum (vide supra ad 46).

413 1 et 2. Re et forma nimis diversa et vix ad unum fontem revocanda.

470 2. **471** 6. Post simile initium ratio redditur prorsus dissimilis, iusta in 471 6, minus iusta in 470 2. Cf. l. s. l. p. 63 sq. (Mn. 35 p. 211).

555 2. 3. Posterius sine dubio praestat, nec est quod amplius ad vocis intellectum desideretur. In 2 'constat' satis ineptum est deficitque exemplum.

772 1. 2. 3. Tria scholia de eadem re satis diversa. Intellegerem 1, si sic fere audiret: 'ridicula praesumptio, tamquam adversus meretricem <certamen> Thraso sumi non posse crederet, nisi m. p.' etc., 2 et 3 non intellego. Igitur, ut nunc se habent, nullum genuinum mihi esse videtur.

907 2. 3. Posterius simplex et perspicuum et verum; 2 minus iustum, in quo neglegitur, Thaidem potius irridere et pudoris ruborem Chaereae provocare velle quam increpare.

908 2. 3. Nihil differunt nisi exemplo in 3, quod sumptum est procul dubio ex Donati scholio ad 894. Iunxi 2 et 4 et expuli 3, quod mire insertum est per 'nam'.

957 2. 3. In 3 'fieri' male additum est.

c. Vide supra p. x.

12 1 excerptum e longiore scholio 3.

163 E scholio 6, omnibus numeris absoluto, excerpta videntur quae similia leguntur in 2.

173 174 3. Scholia oratione et ambitu longe diversa tamen idem continent: 3 plenius et apertius est, 173 multo pauciora habet sed non ineleganter expressa, (vide coniecturam meam in initio).

471 2 excerptum ex initio longioris scholii 5.

495 2 similiter e longiore 5.

628 2 conclusio absurda cum eorundem verborum repetitione ex scholio praecedenti.

666 4 excerptum levissimum est e longissimo scholio 3.

691 3 ex fine longioris scholii 2.

1024 2 et 3 *a* a duobus scholiastis hausta e longiore scholio 1.

1067 3 contrahit quae leguntur enucleate in 1 et 2. Simile fere scholium referre supersedi ad Andriam 119 4, ubi paucis contrahitur argumentum scholii 3.

d. Supersunt pauca scholia quarti generis, quod indicavi supra p. xII.

145 verba 'abducere ut ab stulto' hausta videntur ex initio scholii Donatei 172 1. Ceterum vide quae in adnotationibus de hoc scholio scripta sunt.

357 2. Si inspicis scholium 1, videbis 2 repetitum esse e Donateo 230 2.

642 3. Scholium pugnat cum Donateo 2; sumptum videtur e Phorm. 205.

680 2 et 899 3 nihil fere differunt, sed non est cur ab ipso Donato bis data esse non credantur.

Scholia difficiliora, qualia supra tractavi ad Andriam p. xIII sqq. ad Eunuchum non inveni.

Haec igitur scholiorum similium collatio nusquam nos docuit, ea ad has comoedias ita esse comparata, ut utrumque simul vitiis laboret, quae excerptoris transformantis manum ostendant, sed rem prorsus contrariam: alterum vulgo boni et integri scholii numeros explere et a genuinis, quae cognovimus, non differre, alterum vero in rebus et forma vitia leviora aut graviora semper ostendere; nec

tamen in hoc genere multa esse vidimus, quae ex genuinis illis excerpta esse possint, sed scholiastae in iis aut aliquid novi ipsi invenerunt, aut imitati et aemulati sunt liberrime, quae de iisdem locis in scholiis genuinis legebantur; denique rara tantum et brevia scholiorum paria ita se habere vidimus, ut utrum genuinum sit, possit dubitari.

Scholia diversa aut repugnantia ad Andriam et Eunuchum.

Sunt scholiorum paria, in quibus de iisdem rebus opiniones exhibentur, quae aut diversae tantum sunt, aut adverso fronte inter se pugnant.

Ipse Donatus in uno eodemque scholio saepenumero diversas eiusdem rei interpretationes protulit, et ita quidem ut lectori decisionem vulgo relinquat; ea autem quae nunc spectantur, sunt scholia diversa, aut iuxta se invicem posita aut sibi opposita, idque modo sine aliqua iunctura, modo per particulas adversativas aliasque. Si sibi opponuntur, auctorum diversitas manifesta est, nisi quis veri simile esse credat, eundem auctorem altera adnotatione statim evertisse quod in altera proposuerat [1]. Si vero iuxta ponuntur, fieri potest, ut aliquis putet, diversas observationes adfuisse in scholio pristino, unde haec excerpta sint. Atqui nemini huiusmodi scholia inspicienti hanc opinionem probabilem videri posse credo. Sumamus statim primum iuxta positorum exemplum ad v. 12, ubi vocabula 'oratio ac stilus' quatuor modis definiuntur; quis credat has definitiones in uno olim scholio compositas fuisse a Donato, nec non ortas esse ex plurium magistrorum sapientia, quorum unus tantum fuerit Donatus [2]. Idem valet de 13 1 et 3, 16 1. 2*a*. 3. 2*a* et sic porro de omnibus iuxta positis. Vulgo autem hic quoque, ut in scholiis similibus, unum est quod alteri alterisve praestet optimumque esse videatur, hoc est, quod Donato, iisdem de causis quas antea exposui, addicendum sit. Quid identidem sit optimum, ex accurata scholiorum comparatione facile redundat, quam de singulis his scholiis

---

[1]) Cum iis qui sic opinantur, mihi in concordiam res redigi non poterit, veluti cum Fabia, ubi sic iudicat de Donato ad Eunuchi v. 7: 'après avoir donné une bonne explication de vertendo: in linguam latinam transferendo, il en ajoute une mauvaise: aut vertendo, corrumpendo'.

[2]) Vide etiam scholia similia ad Eunuchum.

instituí atque in Adnotationibus breviter sed satis plane, ut spero, declaravi. Ceterum infra in adnotatione [1]) scholia praecipua iuxta posita aut opposita composui, si cui ad ea exempla id quod perhibui exigere libeat.

Post scholia similia aut discrepantia in iis indiciis, quae supra enumeravi p. v, nominavi emblemata et additamenta inepta, quorum post alios Sabbadinius et Wessnerus [2]) iam multa notaverunt. Sunt vulgo brevia et Donateis adnexa per particulas aut per formulas, id est, deest, subauditur, abundat, alia. Quam frequentia sint docui olim in Mnem. 32. 287—307 de commento Andriae [3]) et ibid 35. 404 sqq. (= l. s. l. p. 153 sqq.) de Eunucho. Cur singula nunc damnaverim, in Adnotationibus, quantum necesse erat, aperui; ratio autem, quam secutus sum, eadem est, quae duxit viros doctos modo nominatos, damnantes ea, quae interpolatoris manum et ingenium nimis aperte ostenderent. Non de multis, credo, sed tamen de aliquibus erunt, qui aliter iudicabunt; ego meum esse duxi non nimis anxie proscribere, quicquid Aelio probabiliter adsignari non posse videbatur.

---

[1]) Vide igitur Adnotationes ad scholia horum versuum: Andria: 8. 11. 12. 13. 16. 24 sq. 36 sq. 49. 83. 93. 102. 17. 28. 32. 39. 45 sq. 75. 79. 88. 94. 200. 4. 34. 52. 74. 77. 79. 81. 303. 15. 34. 54. 72. 81. 98 sq. 410. 17. 29. 55. 60. 69. 86 sq. 516. 72. 96. 611. 29. 39 sq. 41. 707. 18. 20. 23. 26. 853. 65. 72. 76. 906. 26. 67.

Eunuchus: 7. 15. 23 sq. 54 sq. 65. 84 sq. 98. 104. 16. 39. 43. 47. 50. 68. 71. 95. 98. 200. 23 sq. 36. 56. 63. 317 sq. 25. 36. 58. 71. 88. 93. 404. 9. 12. 30. 63. 66. 85. 96. 554. 62 sq. 88. 90. 608. 37. 66. 69. 85. 88. 712. 69. 74. 82. 85. 89. 809. 23. 49 sq. 77. 84. 962. 1059. 79. 81. 94.

[2]) In praefatione p. XLVII haec habet: 'Inclinatis autem litteris reddi ea imprimis volui, quibus integrum scholium in duas vel plures partes disiectum esse videbatur; hic illic etiam parva additamenta eodem typorum genere exprimenda curavi'. Ex eo quod scribit: 'hic illic parva additamenta', ne quis efficiat horum numerum minorem esse quam emblematum, sciat Wessnerum iuxta emblemata per totum commentum LXX, additamenta notasse CLXX. De emblematis iudicium non tulit, essentne fortasse genuina, in scholia Donatea casu quodam transposita; qui vero ea persequitur, videbit ea ad unum omnia posterioris curae alicuius hominis indicia satis certa prae se ferre. Quod autem additamenta illa attinet, cum nullo externo indicio sese monstrent, alia de causa a viro doctissimo notata esse non potuerunt, nisi quod ei nimis inepta esse viderentur. Affirmabit opinor, quae dixi, qui comparaverit prima statim emblemata Wessneri: 16. 1, 25. 3, 28. 4. 6, 40. 3, 55. 1. 3, 75. 3 et sic porro, cum addimentis eiusdem: 24. 2, 29. 1, 30. 1. 5, 55. 5. 56. 2. 62. 2, 69. 4, 81. 1 etc. Cf. l. s. l. p. 2 sq.

[3]) Quod certis magistris haec additamenta olim attribuere ausus sum, hoc nunc mitto, abstinens ab omni auctorum indagatione.

Scholia quae tertio loco spuria esse dixi p. v, quod non Terenti verba respicerent, sed nata essent e praecedenti scholio Donateo, rara sunt et a me designata in Adnotatione ad Andriam 38 3 *b*. Unicum huius generis exemplum in Eunuchi commentario notaverat iam Sabbadini, Stud. Ital. III p. 344, cf. II p. 14.

Postremo loco p. v semovenda esse duxi permulta scholia, quae propter exempla rebus non apposita, differentias falsas, inventa inepta aliaque vitia diversi generis Donato indigna esse viderentur, in quibus etiam forma auctorem minoris notae vulgo ostendebat.

Haec scholia cum iuxta positis et oppositis in eo conveniunt, quod ab ipsis scholiastis inventa sunt, sed discrepant in eo quod et longiora sunt et nullo vinculo cum Donateis coniuncta, verum propriam aliquam doctrinam qualemcumque affectant. Multa ex his ad unum auctorem revocanda esse credo [1]) propter miram et peculiarem aliquam sapientiam, quam exhibent, propter stilum saepe contortum et obscurum, propter longe quaesitas differentias, exempla prava, praesertim e Vergilio, denique propter formularum quarundam, quas Donatus parce adhibuit, abusum importunum aliaque indicia, quae in Adnotationibus identidem referam, ubi magistrorum inventa praesertim accurate examinantur [2]). Formulae illae, quibus mirum in modum abutitur sunt hae: *non-sed* (Mnem. 32. 242 sqq., 35. 313, l. s. l. 141), *rettulit ad* sim. (35. 314, l. s. l. 142.), *ab eo quod praecedit, id quod sequitur* (32. 221, 35. 226 sq., l. s. l. 78 sq.), *ut diximus* (35. 409 sq. l. s. l. 158 sq.), et de verborum quorundam

---

[1]) Scholia asterisco insignita ad illum revocanda mihi videntur; vide mox ad Andr. 4. 2 *a*, et supra p. VIII.

[2]) Exempla huius generis tetigi in Adnotationibus ad Andriam: 41. 1, 73. 1 *a*, 134, 36, 37. 2, 39. 3, 52 1 *a*, 64. 3, 96 2. 205. 1 *a*. 11. 2. 36. 5, 43. 3, 45. 1 *a*. 3, 48. 4, 57. 2, 59. 1. 2, 64, 70. 1, 74. 3, 80. 2, 81. 2. 3, 82. 1, 84. 1. 2, 303. 2, 24. 5, 34. 1. 2, 47. 2, 81. 1, 89. 3 *a*, 95. 3, 98. 3. 406. 2, 12. 4, 22. 1 *a*, 43. 2. 4, 49 1, 57. 1, 62 1, 76. 3 *a*. 96. 2, 99. 3, 602. 2, 3. 1, 9. 1, 12. 1, 27. 3. 4, 33. 2. 3, 56. 2, 90. 1. 2, 96. 3 *a*, 703. 3, 4. 1, 76. 4 *a*, 98. 1, 856. 3, 79. 2. 3, 928. 1, 29. 1 *a*, 67. 1, 81. 2.

Ad Eunuchum: 19. 54. 2, 76, 119. 1 *a*, 68. 8, 79. 5, 83. 2, 89. 3, 93. 3, 202. 3, 17. 3, 23. 1 *a*, 40. 2, 43. 4, 50. 1. 59. 1. 2, 73. 3, 77, 85. 3, 304. 4, 5. 2, 6. 2, 7. 2. 4, 31. 3 *a*, 48. 2, 73. 1, 75. 2. 6, 401. 2. 4, 18. 1, 30. 3, 33. 1, 57. 2, 59. 3, 79. 3 *a*, 85, 555. 1, 69. 3, 83. 3 *a*, 604. 4, 22. 3, 25. 2, 27. 2, 35. 2. 3, 49. 2, 66. 6, 87. 3. 6, 711. 1, 18, 42. 3, 49. 1, 83. 2, 86. 4, 811. 1 *a*. 2. 5, 50. 1, 75. 2, 919, 33. 2, 68 *a*, ad 92 f., 1025. 5, 28. 2. 3, 45. 2, 53. 3, 57, 72. 4 *a*, 79. 9. 10. 12.

pondere. De his omnibus vide etiam, quae in Adnotationibus dixi ad Andriam 49. 132. 279. 600; ad Eunuchum 54. 67. 762.

Ceterum subscribo iis, quae Wessnerus posuit in censura supra allata p. 1404: '. . . aber diese (gewisse Kriterien zur Scheidung) versagen in gar manchen Fällen und dann wird die Entscheidung mehr oder weniger subjektiv, und Irrtümer sind leicht möglich', et mea facio Sabbadinii verba (Stud. Ital. III 346). 'Se mi sono ingannato, il lettore ha qui tutti gli elementi per rifare da sè il lavoro'.

Wessneri textum me presse secutum esse vix est quod dicam; coniecturas de locis dubiis aut me iudice corruptis raras protuli et infra textum indicavi. Lemmata repetita nonnumquam brevius rettuli, scriptorum exempla, ubi utile videbatur, plenius. Hac una in re textus aliquoties a Wessneriano differt, quod saepenumero scholia Donatea ab illo numeris et maiore interpunctione disiuncta, leviore distinctione coniunxi, unde multa scholia longiora evaserunt.

Ab instituta huius operis ratione (vide p. VII) alienum est inquirere quo consilio quibusve lectoribus Donatus hoc commentum composuerit. Hoc tantum affirmari tuto potest, scholia frequentia de pronuntiatione et de gestu vultuque non exarata esse in usum histrionum, sed eorum, qui has fabulas privatim in scholis aut publice in auditoriis recitare cuperent [1]). Donatus in his scholiis non usurpavit verba recitare aut declamare, sed pronuntiare et nonnum-

---

[1]) Sic etiam C. Sittl in libro 'Die Gebärden der Griechen und Römer' p. 203: Donat schreibt also weder für Schauspieler noch nach Komikern, sondern als Professor der Rhetorik, weshalb er auch über die Miene Vorschriften giebt, welche doch für die maskentragenden Schauspieler keinen Werth hatten. Ceterum Donatum in commento professoris artis rhetoricae partes praecipue egisse, cur non credam, ex tota praefatione satis apparuit. Quae paulo ante praecedunt: Benannt sind die Scholien freilich nach Donatus, aber offenbar, wie ähnliche Sammlungen, Auszüge aus Kommentaren verschiedener Verfasser, darunter auch des Donatus, quam vaga et parum efficacia sunt, dicere non opus est.

Vide de hac re Catharine Saunders Amer. J. o. Ph. 1911, p. 58 sqq., The introduction of masks on the Roman stage. Sero cognovi dissertationem v. doctissimi J. W. Basore, The scholia on Hypocrisis i/t. C. of Don. Baltimore 1908. Negat ille haec scholia fabularum recitationem tantum spectare, atque inesse contendit, quae actionem scaenicam respiciant. Ex verbis eius p. 9: 'it may be concluded that any theory which seeks to assign to the *scholia* on ὑπόκρισις a uniform purpose must ignore the varied strata which enter into the composition of the commentary and the different periods of which these may be representative' — apparet eius opinionem de his scholiis arte cohaerere cum quaestione de commenti origine et compositione, extra meam provinciam nunc posita.

quam legere, veluti ad Andr. 5: concitatius legendum est, Hec. 502: magno pondere legendum, Pho. 175: coniuncte l. e., sed ex multis adnotationibus apparet hanc lectionem ad declamationem prope appropinquasse deque lectore etiam aliquatenus valuisse, quod Quinctilianus perhibet de oratore, 11. 3. 2: adfectus omnes languescunt, nisi voce vultu totius prope habitu corporis inardescunt [1]. Pronuntiationem vultu gestuque adiuvandam esse, his ipsis verbis docent Eun. 89 1 et 130 2, et qua ratione his adiumentis utendum sit, praescribitur inter alios his locis: Andr. 183 1: et gestu et vultu servili dixit cum agitatione capitis, 667 8: pronuntiandum est cum odio, 722 1 scaena actuosa cett., Eun. 773 1: debet hic esse vociferatio vana: ad hoc et verbum militis cum quodam motu ingenti cett. 903: totum garrule et gesticulose, ut puellam cum adulescentulo fabulari videas. 1002 2: ergo persona cachinans inducitur (cf. 1007, 1011, 1017. 2); et inspice scholia de pronuntiatione vultuosa ad And. 226. 183 sq., 232, 363, 380 sq., 753, ad Eun. 89, 174, 224, 273 sq., 427, 469, 472, 497, 523, 572, 610, 769, 908, 943, 948. Est autem ubi adnotetur, lectorem fabulae non id assequi posse, quod actori in scaena contigit: And. 310: 'hic' gestu scaenico melius commendatur, nam haec magis spectatoribus quam lectori scripta sunt, Pho. 211: hic locus actoris magis quam lectoris est: ostenditur enim cett. [2].

Si vitia et errores typothetae lectorem non nimis multa offendunt, gratia debetur collegae amicissimo J. W. Beck, qui plagulis corrigendis nec non locis corruptis hic illic emendandis operam mihi praestitit.

Amstelodami. H. T. K.

---

[1]) Cf. etiam Quint. 1. 8. 7.

[2]) Reliqua scholia de pronuntiatione leguntur ad hos vss. Andriae; 186. 96, 211. 16. 39. 46. 86. 95. 301. 5. 27. 43. 50. 83. 415. 20. 47. 62. 69. 77. 95. 98. 552. 613. 35. 82. 85. 708. 9. 19. 41. 44. 51. 54. 59. 63. 64. 65. 67. 73. 87. 802. 15. 93. 915. 28. Eunuchi 46. 83. 96. 151. 52. 56. 74. 87. 88. 208. 32. 33. 82. 83. 94. 312. 27. 37. 54. 56. 66. 79. 403. 13. 18. 64. 66. 67. 539. 95. 602. 20. 36. 57. 76. 709. 11. 17. 33. 66. 72. 823. 58. 61. 86. 1007. 11. 17. 55. 56. 61.

ANDRIA

PROLOGUS

1 2 POETA CUM P. A. A. S. A. Intentio omnis huius prologi hoc agit, ut novo poetae veniam paret et veteri odium et ut quam maxime modestum minimeque errantem Terentium probet. 3. POETA CUM P. A. meritum iam poetae dedit 'poetam' eundem dicendo. 5 POETA CUM P. A. A. S. A.. sensus hic est: proposuerat quidem poeta noster ut in prologis argumenta narraret, sed hoc imputat Luscio Lanuvino adversario, qui eum non permittit facere quod proposuerat, maledictis suis ad respondendum eundem provocans. 6 APPULIT a p p e l l e r e proprie dicitur cum ex pelago aut freto quis ad litus accesserit: Vergilius 'hinc me digressum v. d. a. o.' (Aen. III 715). 7 APPULIT in secunda lectione 'apulit' [1] fuit, sed 'appulit' magis nam postea sic 'animum ad uxorem appulit' (446).

1 POETA CUM PRIMUM ANIMUM A. S. A. principium factum a commendatione personae, quod pudens, quod honestum, quod prudens Terentius; et honore maiore 'poetam potius' quam 'Terentium' dixit, ut illum hoc ipso nomine, de quo laborat, ornaret. 4 *Et* [2] ab animo eius quem defendit.

2 ID SIBI NEGOTI n e g o t i u m modo pro molestia et cura. (*a*)

a non labore.

---

[1]) Wessn. cum Stephano correxit 'attulit', vix recte.

[2]) *Et* litteris inclinatis, ubi est insertum a compilatore.

3 1 POPULO UT PLACERENT 'ut' ne non significat. (*a*) 2 UT PLACERENT QUAS FECISSET FABULAS. ad 'fecisset' rettulit 'fabulas', non ad 'placerent'; et est figura σύλλημψις. 3 QUAS F. F. bene 'fecisset', (*a*) unde et poetae a faciendo dicti sunt, ἀπὸ τοῦ ποιεῖν. Sic Vergilius 'Pollio et ipse facit nova carmina' (Ecl. 3. 86).

1 *a* modo enim est coniunctio. 3 *a* non scripsisset.

4 1 VERUM ALITER sic Vergilius 'maior mihi rerum nascitur ordo, m. o. m.' (Aen. 7. 44), non enim hoc elegisse se dicit, sed quasi ex ordine ipso natum sibi esse, 2 (*a*) 'aliter' autem contra significat, ut 'dis aliter visum' (Aen. 2. 428). 3 VERUM ALITER EVENIRE M. I. adeo nec praeparaverat nec intenderat quemquam laedere, ut spe falsus lacessitusque hoc faciat.

2 [1]) *a* * INTELLEGIT quod credimus plerumque falsum est, quod intellegimus certum est.

5 OPERA ABUTITUR utimur fructibus rei, quae amantibus [2]) salvo usu nobis subministratur, abutimur, quando deperdimus et rem et fructum: nam usui est ager domus, abusui oleum vinum et cetera eiusmodi. Cicero 'non debet, inquit, ea mulier, cui vir bonorum suorum usum fructum legavit, cellis vinariis plenis relictis putare id ad se pertinere: usus enim, non abusus legatus est; ea sunt inter se contraria'. Hoc in Topicis (3. 17) habetur.

6 1 NON QUI ARGUMENTUM NARRET quod vere prologi est officium. 2 QUI pro ut. (*a*)

2 *a* Ergo non est modo pronomen. 3 SED QUI MALEVOLI V. P. primum a natura 'malevoli', dein a tempore vel ab invidia 'veteris', a signo aemulationis 'poetae'.

7 1 Vetus plerumque refertur ad laudem, interdum ad vituperationem, ut hic et alibi 'vetus veternosus senex' (Eun. 688). 6 VETERIS POETAE M. R. quia senex Luscius edebat fabulas adulescentulo tunc Terentio. 7 *Et* eleganter 'malevoli maledictis' [veteris] [3]). (*a*)

---

[1]) Scholia asterisco notata eiusdem scholiastae esse videntur, a reliquis non minus quam a Donato diversi, illis sane doctioris, sed iuxta hunc nimis callidi et sagacis et speciose docti. Cf. etiam adn. ad 8. 3.

[2]) Rabbow et Schoell: "a mancipibus salva οὐδίᾳ". Legendumne: "a maioribus salva usui n. s.'? id est: inde a maioribus deorum benignitate servata. Cf. Cat. r. r. 141. 3: 'Mars pater, te precor... pastores pecuaque salva servassis', aliaque similia.

[3]) Uncis inclusi, elegantia ad hoc adiectivum non spectat.

2 * 'Veteris' pro cariosi et quasi rancidi posuit, atque ideo 'malevoli'. 3 * Non 'criminibus' sed 'maledictis', quid autem inter maledictum et crimen intersit, docet Cicero in Tusculanis (?). 4 VETERIS ratio invidiae, POETAE causa insectationis. 5 MALEDICTIS criminatio adversarii. 7 *a* commendatio poetae a persona adversarii. 8 RESPONDEAT excusatio respondentis. 9 *Et* non 'obsistat' sed 'respondeat'.

8 1 NUNC QUAM REM 'quam' qualem. 2 VITIO DENT vituperent, culpent. 4 NUNC Q. R. V. D. 'nunc animadvertite', non 'nunc vitio dent'. 5 *Et* oratorie quasi multos facit, cum unum supra dixerit, ut Vergilius 'desiste manum committere Teucris' (Aen. 12. 60). 7 ANIMADVERTITE legitur et 'attendite'. (*a*)

3 * Vituperare est mala, vitio dare etiam bona. 6 QUAESO propositio. 7 *a* * Unde manifestum est et 'adtendite' et 'advertite' non esse plenum, nisi addideris 'animum'.

9 2 *Et* proprie 'fecit': scribit enim Terentius, qui verba adhibet tantum, facit Menander, qui etiam argumentum componit; sed saepe ad laudem Terentii fecit de eo quod est transtulit (cf. ad v. 4).

1 MENANDER FECIT ANDRIAM ET P. iam narratio est.

10 1 Prima scaena Perinthiae fere isdem verbis quibus Andria scripta est, cetera dissimilia sunt exceptis duobus locis, altero ad versus XI, altero ad XX, qui in utraque fabula positi sunt.

2 Qui novit unam, novit ambas et noverit omnem rem. 3 Uno versu 'novit noverit'. 4 UTRAMVIS deest 'harum'.

11 1 SED TAMEN discretio est a superioribus. (*a*) 3 NON ITA DISSIMILI SUNT AR. 'ita' pro valde, 4 *Et* caute: potuit enim dici 'quomodo ergo duae sunt'?

1 NON ITA DISSIMILI SUNT AR. ordo: ita non sunt, ergo ita subdistinguendum. 2 *a* et est anacolouthon, non enim supra posuit 'quidem'.

12 1 <ITA> DISSIMILI ORATIONE 'ita': ne Menandrum culpare videatur, hoc adiunxit quod laudis est. 2 ORATIONE AC STILO oratio in sensu est, stilus in verbis.

3 Oratio ad res refertur, stilus ad verba. 4 * Stilus non est in pectore sed in prolata oratione, oratio autem et in cogitatione et in prolatu. 5 Orationem in sententiis dicunt esse, stilum in verbis, argumentum in rebus. Ergo et poema oratio.

13 3 QUAE CONVENERE IN ANDRIAM quae apta et commoda fuerunt. 4 IN ANDRIAM latinam non graecam.

1 * QUAE C. I. A. apparet non de industria sed casu esse translata ea, quae ex Perinthia in Andriam eodem sensu isdemque verbis perscripta fuerunt. 2 QUAE C. I. A. unam ergo non duas transtulit.

14 FATETUR TRANSTULISSE sed quare ergo se onerat Terentius, cum possit videri de una transtulisse? Sic solvitur: quia sibi conscius est primam scaenam de Perinthia esse translatam, ubi senex ita cum uxore loquitur, ut apud Terentium cum liberto; at in Andria Menandri solus est senex.

15 1 ID ISTI VITUPERANT F. 'isti' ad reprehensionem sumitur personae: interdum reprehensionem rei significat, ut Vergilius 'quid petis istis' (Aen. 9. 94). 3 DISPUTANT immorantur, calumniantur, argumentantur.

2 VITUPERANT vitum rei parant.

16 3 CONTAMINARI 'contaminari' tangi (*a*) polluta manu ac per hoc velut foedari aut maculari, ut ipse ait 'ne hoc gaudium contaminet vita aegritudine aliqua' (Eun. 552). 4 CONTAMINARI NON DECERE id est: ex multis unam non decere facere.

1 * CONTAMINARI 'contaminare' proprie est manibus luto plenis aliquid attingere et (2 *a*) polluere; Vergilius 'linqui pollutum h.' (Aen. 3. 61). 2 *a* contaminare contingere est. 3 *a* et relinqui.

17 1 FACIUNTNE INTELLEGENDO 'ne' quidam corripiunt et cum interrogatione pronuntiant, quidam producunt, quorum alii 'ne' pro nonne accipiunt [id est non] [1], alii 'ne' pro valde, ut 'ne ego homo sum infelix' (Ad. 540) et Cicero 'ne illi veh. er.' (Cat. 2. 6).

2 Et hoc melius, nam statim infert 'quorum aemulari exoptat n. p. q. i. o. d.' 3 NE nimis, multum, plurimum.

18 1 QUI CUM HUNC ACCUSANT NAEVIUM PLAUTUM ENNIUM A. in singulis magna ἔμφασις auctoribus, sed ordo non est servatus: Ennius namque ante Plautum fuit. (*a*) 2 QUI CUM HUNC A. N. P. E. Terentium, inquit, specialiter accusantes nesciunt se bonis omnibus maledicere, quos ille imitatur. (*a*)

1 *a* sed quod est summum auctoritatis Ennium ultimum dixit. 2 *a* et est argumentum ab exemplo et auctoritate.

22 1 DEHINC UT QUIESCANT P. M. recte, nam 'quiesce' illi dicitur, qui est insolens et inquietus. 2 PORRO 'porro' in futurum

---

[1]) Expunxi emblema.

dixit. 3 MONEO (*a*) Cicero 'moneo, praedico a. d.' (Verr. 1. 36). 4 MONEO liberatus culpa etiam terret alibi criminaturus adversarios.

3 *a* terribiliter dixit.

24 1 FAVETE ADESTE iam ad auditores convertitur, a quibus coepit (prol. v. 8). 4 FAVETE SILETE; sic et pontifices dicunt 'favete linguis, favete verbis', unde Vergilius 'ore favete omnes' etc. (Aen. 5. 71).

3 ADESTE non ut absentibus dicit, quippe qui corporibus praesto erant, sed: intenti estote. 2 FAVETE quasi dicat: haec adversarii faciunt, vos autem, quod in vobis est, favete. Vos ergo favorem facite. 5 * ADESTE animis scilicet: auxilium praebete, ut a d e s s e advocatus dicitur reo. 6 AEQUO ANIMO ab honesto et REM COGNOSCITE a iusto.

23 MALEFACTA NE NOSCANT SUA melius quam si dixisset 'audiant'.

24 7 COGNOSCITE per <* * *>. 8 COGNOSCITE sic dixit 'cognoscite ut pernoscatis', quemadmodum in Hecyra 'orator ad vos venio ornatu prologi: sinite exorator sim' (prol. 2. 1).

25 2 RELIQUUM sunt qui reliquorum accipiunt, ut sit sensus: de hac fabula sumite specimen, ut sciatis, an ceterae vobis spectandae sint; nam postmodum dicit in alio prologo 'alias cognostis eius: quaeso hanc cognoscite' (Hec. prol. 1. 8). 4 RELIQUUM sive h o c r e l i q u u m dicit sive 'reliquum' pro r e l i q u o r u m, geminata u scribitur.

1 UT PERNOSCATIS ab utili. 3 RELIQUUM quasi diceret 'postremum', — est ergo quasi adverbium. — id est τὸ λοιπόν.

26 POSTHAC FACIET scribet. 2 DE INTEGRO utrum denuo an ex integris Graecis?

27 1 SPECTANDAE AN E. S. V. P. *σύλληψις*, ut supra (v. 3), ad verbum enim 'faciet' declinavit, non ad 'spectandae sint'. 2 SPECTANDAE proprie ut fabulae: probandae.

3 Exigendae ἔξω agendae.

I

1.

28 1 VOS ISTAEC INTRO AUFERTE ABITE in hac scaena haec virtus est, ut <in> argumenti narratione actio scaenica videatur, ut sine fastidio longus sermo sit ac senilis oratio. 3 VOS ISTAEC I. A. A. molliter retenturus ac separaturus[1] Sosiam imperat, ut maneat; addit etiam causam illis abeundi dicendo 'istaec auferte', ne suspicionem iniciat Sosiam communicandi secreti gratia remansisse; 4 (*a*) deinde quasi respicientes increpat dicendo 'abite'. 5 ABITE concitatius legendum est, quia respectantes properat et discernit a Sosia. 6 Sosiae persona protatica est, (*a*) ut est Davi in Phormione, in Hecyra Philotidis et Syrae.

2 * VOS ISTAEC I. A. A. Haec scaena pro argumenti narratione proponitur, in qua fundamenta fabulae iaciuntur, ut virtute poetae, sine officio prologi vel θεῶν ἀπὸ μηχανῆς, et periocham comoediae populus teneat et agi res magis quam narrari videantur. 4 *a* * Et bene 'auferte', auferimus enim ea, quae cum fastidio cernimus, ferimus ea, quae cum honore tractamus. 6 *a* non enim usque ad finem perseverat.

29 2 PAUCIS deest colloqui. (*a*) 3 ADESDUM παρέλκον ut 'ehodum ad me' (An. 184).

1 ADESDUM ades imperativum est 'dum' παρέλκον, est enim productio. 2 *a* aut 'verbis' et est figura σύλλημψις. 4 * DICTUM PUTA ad hoc respondet, ut agi res videantur quemadmodum supra (28. 2) diximus.

30 1 CURENTUR RECTE diligenter coquantur. (*a*) Haec δεικτικῶς. 4 Bene ἀντέθηκεν τῷ 'nempe' τὸ 'immo'. (*a*) 5 QUID EST QUOD TIBI MEA ARS EFFIC. ars ἀπὸ τῆς ἀρετῆς dicta est per συγκοπήν. (*a*).

1 *a* * Curatio proprie medicorum est, cura reliquorum, sed coquina medicinae adulatrix est[2]. 3 NEMPE UT CURENTUR deest 'vis', ut sit 'nempe vis'. 4 *a* et deest 'volo'. 4 *a* * ἀρετή autem virtus est; virtutis vero quattuor generales sunt species: prudentia iustitia patientia fortitudo, sed prudentia in multis rebus descendit.

31 4 * EFFICERE facere est in opere esse, efficere autem perfectionem desiderat.

---

[1]) Sic recte Wessn. pro 'speraturus' cf. schol. 5.
[2]) Cf. Hartman de Ter. et Don. p. 117.

32 5 NIHIL ISTAC OPUS EST ARTE mire ait: arte non opus est, sed opus est artibus.

33 2 SED HIS ζεῦγμα a superiore, quod subauditur 'artibus'. 3 SITAS constitutas, positas.

1 * SED HIS QUAS SEMPER IN TE INTELLEXI SITAS ipse hic signatissime ostendit multas variasque artes esse, id est ἀρετάς, quae virtutes intelleguntur.

34 2 FIDE ad complenda, TACITURNITATE ad celanda mandata. 3 EXSPECTO QUID VELIS 'exspecto' desidero, ut Vergilius 'exspectate venis' (Aen. 2. 283).

1 FIDE ET TACITURNITATE fides est commendatorum fida exsecutio vel observantia, taciturnitas vero observantiae genus in silentio constituta et in celando secreta; quaerit autem taciturnitatem, ne prodat Pamphilo secretum, quod ei commendaturus est. 4 QUID VELIS deest scire, nam si dixisset 'quod velis' nihil desideraret.

35 1 EGO POSTQUAM TE E. A. P. commendatio personae quam [1] servi, ne contra filium levi servo aliquid committi indecore videatur. 3 EGO POSTQUAM TE E. A. P. non 'emi a parvulo' sed 'a parvulo ut clemens tibi fuerit servitus, scis'. (*a*) 4 UT SEMPER TIBI continuationem significat 'semper'.

2 EGO POSTQUAM TE E. A. P. tale est 'parvum ego te Iugurtha (excepi)' (Sall Iug. 10. 1). 3 *a* hoc est 'a parvulo scis'.

36 3 APUD ME IUSTA ET CLEMENS moderata, aequa, talis cui contrarium Vergilius ait 'et iniquo pondere r.' et 'iniquo sub fasce u. c. c.' (G. 1. 164, 3. 347): nam qui 'iustam' debitam nunc dici putant, nihil afferunt ad iuvandam sententiam. 5 SERVITUS mire servitutem pro dominatu posuit; sic Sallustius 'dein servili imperio patres p. e.' (fragm. H 1. 11).

1 * IUSTA ET CLEMENS F. S. ita dixit 'iusta', ut alibi 'non necesse habeo omnia pro meo iure agere' (Ad. 51): quid enim non iustum domino in servum? 2 IUSTA ET CLEMENS 'iusta' in qua nihil iniquum iubetur, 'clemens' in qua etiam de iusto multum remittitur. 4 IUSTA ET C. F. S. libertatem imputaturus clementem intulit servitutem.

37 3 *Et* MIHI ἔμφασιν habet: quod mihi libertus factus sis, non filio. 6 EX SERVO mire addidit 'ex servo', ut vim beneficii ostenderet. 7 SCIS FECI EX SERVO UT ESSES LIBERTUS MIHI hinc Vergilius 'nympha decus f. a. c. n. s. u. t. c.' [2] (Aen. 12. 142).

---

[1]) Intellegendum videtur 'potius' ante quam, ut 484. 1, 505. 2. In Mnem. 33. 146 aliter iudicabam.

[2]) Hoc est: 'decus fluviorum, animo gratissima nostro scis ut te cunctis' e. q. s.

1 * SCIS FECI EX SERVO UT ESSES L. M. dulcem libertatem fecit operatione et tractatione verborum dicendo: ex servo libertum; non enim tantum haberet gratiam, si dixisset 'feci libertus ut esses, 2 sed 'ex servo ut esses libertus' ac si quis dicat 'feci ut esses sanus' non tantum haberet gratiam, quam si dicat 'feci ex aegro sanus esses'. 4 Aut ideo 'mihi' additum, quia libertus ad aliquid dicitur. 5 Mihi bene 'mihi' ne pertimesceret filium, cui nec liberti munus debebat.

38 1 LIBERALITER bene (*a*); idem alibi 'factum est a nobis duriter inmisericorditerque et, si est, pater, dicendum magis aperte, inliberaliter' (Ad. 662 sqq.); 2 et bene admonuit, cur dederit beneficium, eadem et nunc officia quaesiturus. (*a*) 3 QUOD SERVIEBAS bene imperfecto tempore (*a*), quale est illud Vergilium 'atque omnis p. m. c. f. i.' (Aen. 6. 113). (*b*)

1 *a* quia omne bonum libero aptum est, malum servo. 2 *a* non enim dixit 'artificiose' [1]), quia supra (v. 32). ait 'nihil istac opus est arte'. 3 *a* non perfecto, ut ostendat potuisse eum etiam atque etiam servire. *b* ut ostendat eum, quamvis invalidus esset tamen adhuc potuisse laborem exitiumque ferre.

39 1 SUMMUM PRETIUM libertatem dicit. 3 PERSOLVI TIBI modeste pretium redditum dixit, non beneficiis praerogatum. 2 PERSOLVI TIBI quia 'pretium' dixerat 'persolvi' dicit proprie.

40 1 IN MEMORIA HABEO hoc est: non sum ingratus. 2 HAUD M. F. vetuste: non me paenitet, nam si quid paeniteret, infectum velle dicebant; 4 an secundum ius quod adversum libertos ingratos est, ut in servitutem revocentur? sed hoc non convenit senem dicere. 6 HAUD M. F. legitur et 'multo', hoc est damno, reprehendo (*a*).

3 Legitur 'muto'. 5 * IN MEMORIA HABEO plus dixit 'in memoria habeo', quam si diceret, 'scio', nam quae scimus, possumus oblivisci, quae vero memoriae mandamus, numquam amittimus. 6 *a* * quod si est, sic intellegeretur 'non nollem factum', nemo enim potest factum infectum reddere. 7 Sed adverbialiter dixit, ut dicimus 'nollem factum' 'nollem huc exitum' (Ad. 165. 775). 8 Ergo 'haud muto factum' non me paenitet facti.

41 2 GAUDEO SI TIBI Q. F. A. F. Q. P. Felicitatis est ut ea, quae facienda, grata sint. 3 SI TIBI QUID pro aliquid.

1 SI TIBI QUID FECI AUT FACIO QUOD PLACEAT SIMO et fecisse se et facere ostendit, quamvis manu emissus est.

---

[1]) Scil. pro 'liberaliter'.

42 1 ET ID GRATUM FUISSE ADVERSUS TE id est apud te. (*a*)

1 *a* penes te. 2 ADVERSUM te sine dubio praepositio est: 'adversus' et participium potest esse ab eo quod est adverto; sic alibi (v. 64). 3 Ergo 'adversum te' dixit pro apud te.

44 1 QUASI EXPROBRATIO EST 'exprobratio' est commemoratio beneficii cum enumeratione factorum [1]; 3 sunt qui ad beneficium referant immemor, ut 'memorem Iunonis ob iram' (Aen. 1. 4). (*a*)

2 QUASI EXPROBATIO EST IMMEMORIS cito ostendit se in memoria habere. 3 *a* quod <si> est, hoc immemor est beneficium, cuius nemo meminerit.

45 1 QUIN TU UNO VERBO DIC 'uno verbo' uno ἀξιώματε, una sententia, nam ἀξίωμα sententia est vel enuntatio uno verbo nexam continens et perfectam intellegentiam, (*a*). 3 (*a*) ut in Adelphis (952) 'non meum illud verbum facio, quod tu, Micio, bene et sapienter dixti dudum: 'vitium commune omnium, quod nimium ad rem in senecta a. s.' (*b*)

1 *a* ἀξίωμα enim constat ex nomine et verbo. 2 * sed hic quid est ἀξίωμα? hoc est 'has bene ut adsimules nuptias' (v. 168). Ergo omnis virtus adsimulatio est. 3 *a* QUIN TU UNO VERBO DIC una sententia. 3 *b* nam male intellegit qui putat 'assimules' verbum significare.

46 ITA FACIAM hoc est: uno verbo dicam; et quod verbum promisit? <illud> ubi dicit 'nunc tuum est officium h. b. u. a. n.' (v. 168).

47 QUAS CREDIS ESSE HAS N. S. V. N. σύλληψις.

48 CUR SIMULAS IGITUR Vergilius 'et quae tanta f. R. t. c. v.?' (Ecl. 1. 26).

49 1 EO PACTO 'pacto' modo. (*a*) 4 ET GNATI VITAM vitam filii in duas partes dividit in narratione, in ante actam bonam et praesentem malam, et incipit mala ab 'interea mulier quaedam' (v. 69). (*a*)

1 *a* * quoniam antecedit pactum sequitur modus, ergo ab eo quod sequitur id quod praecedit dixit. 2 ET GNATI VITAM ET C. M. C. istae divisiones sunt: 'gnati vitam' quoniam dicturus est 'nam postquam excessit ex ephebis, Sosia' (v. 51); 'consilium meum', quia dicturus est 'et nunc id operam do' (v. 157); et 'quid facere in hac re te velim', quia dicturus est 'nunc tuum est officium h. b. u. a. nuptias'. 3 ET GNATI VITAM ET C. M. C. tripertita distributio. 4 *a* et bonae vitae narratio ad eam rem valet, ut ostendat, quam iustus dolor patri sit spe decepto.

---

[1]) Legendum: <bene> factorum; Krebs-Schmalz, Antib. p. 574.

51 1 NAM IS POSTQUAM EXCESSIT necessario positum is pronomen, *αναφορᾷ* ad illud 'gnati vitam'. (*a*) 3 NAM IS POSTQUAM EXCESSIT EX EPHEBIS e p h e b i a prima aetas adolescentiae est. (*a*) 4 EX CESSIT EX E. cum sufficeret unum 'ex'.

1 *a* nam si non posuisset hoc pronomen, Sosia erat intellegendus. 2 NAM IS P. E. E. argumenta per coniecturam. 3 *a* a d o l e s c e n t i a est extrema pueritia.

52 1 LIBERIUS, liberius, non est comparativus gradus: non enim libere ante vivere potuit 'dum aetas metus magister prohibebant' (v. 54). (*a*)

1 *a* ergo deest 'aliquanto', ut sit aliquanto liberius. 2 LIBERIUS VIVENDI deest 'ei'.

53 * QUI SCIRE POSSES AUT INGENIUM <NOSCERE> s c i m u s quod certum est, n e s c i m u s quae adhuc incerta desideramus, idem 'forma in tenebris nosci non quita est.' (Hec 572).

54 1 DUM AETAS METUS MAGISTER PROHIBEBANT quidam iungunt 'metus magister', is quoque [1]; (*a*) 2 MAGISTER paedagogus. 3 ITA EST intercidit poeta, ne solus Simo loqueretur. (*a*)

1 *a* potest enim intellegi, tamquam si diceret: quid est metus? magister. 3 *a* ceterum non erat respondendi locus necessarius.

55 1 QUOD PLERIQUE O. F. A. haec adiectio dicitur in primo posita loco, (*a*) et alibi [2] 'iam calesces plus satis' (Eun. 85); in ultimo, sicut 'interea loci' (Eun. 126. Heaut. 257). (*b*) 2 Attendenda etiam locutio 'quod plerique omnes f. a.', aut enim 'quod' in 'quae' vertendum est, ut sit· quae plerique omnes faciunt adulescentuli, aut 'quod' ad singulare eorum studiorum adiungendum erit: equos alere, canes ad venandum; aut erit certe figurata locutio, ut est illud 'si quisquam est, qui placere studeat bonis quam pluribus et minime multos laedere, in his p. h. n. p. s.' (Eun. 159) et alibi 'aperite a. a. o.' (Ad. 634). 3 PLERIQUE OMNES *ἀρχαϊσμὸς* est (*a*): Naevius in bello Punico 'plerique omnes subiguntur sub unum iudicium' (fr. inc. 14 M.). 6 ADULESCENTULI bene diminutive, ut propter aetatem facile ignoscat.

1 *a* adiectiones vero aut in prima parte orationis aut in ultima adiciuntur; hic ergo 'plerique' ex abundanti positum est, 'omnes' vero necessario additum. *b* id est interim. 3 *a* nam errat qui 'plerique' παρέλκον intellegit aut qui subdistinguit

---

[1]) Vide adn.

[2]) Wessn. correxit 'ut alibi'.

'plerique' et sic infert 'omnes': hoc enim pro una parte orationis dixerunt veteres eodem modo, quo Graeci πάμπολλα et Latini 'plus satis' (Eun. 85). 4 Figurate Terentius: παρέλκον τῷ ἀρχαισμῷ. 5 QUOD PLERIQUE OMNES <F.> 'quod faciunt' pro 'quae faciunt', id est: quae faciunt plerique adulescentuli, horum ille nihil egregie p. c. s.; est ergo figuratum, quod rectum esset, si diceret: quae plerique omnes faciunt adulescentuli, horum ille nihil praeter cetera studebat.

56 1 ADIUNGANT alligent, aptent, accommodent. 2 AUT EQUOS ALERE AUT CANES AD VENANDUM sic et equos ad venandum alunt, quomodo canes: quod multi docti improbant, ut dicant separata esse et 'ad venandum' extra rationem esse pro ad venatum. (*a*)

2 *a* ut 'venatum Aeneas unaque m. D.' (Aen. 4. 117).

57 1 AUT <AD> PHILOSOPHOS mira ἔλλειψις et familiaris Terentio; (*a*) 3 aut si 'ad philosophos' separanda erit locutio sic 'ut animum adiungant ad philosophos'.

1 *a* nam possumus subaudire 'audiendos' sive 'sectandos'. 2 AD PHILOSOPHOS vitium est, quia dixit 'ad aliquod studium'.

58 1 EGREGIE egregium dicitur quod ex grege eligitur, 2 sed hic 'egregie' valde, nimis. (*a*) PRAETER CETERA .... MEDIOCRITER ergo non extenuavit rem, sed ad laudem rettulit.

2 *a* non est ergo ad laudem positum: inquit, ut cetera similiter studebat.

60 1 GAUDEBAM non dixit 'laudabam', sed 'gaudebam': laudat enim etiam alienus, gaudet qui pater est.

2 [NON INIURIA] [1]) * intempestive Sosia respondet, sed prudentia tantae sententiae compensavit importunitatem.

61 1 ADPRIME <'ad'> adiectio est confirmationis, ut admirabiliter dicimus. 2 UT NE QUID NIMIS sententia non incongrua servo, quia et (est?) pervulgata et non refertur ad personam domini dicentis et de quo dicitur [2])

3 An magis quia convenit Sosiae cor eiusmodi, χαρακτήρ in verbis est? 4 NE QUID NIMIS deest 'agas', ut sit ne quid nimis agas.

62 FACILE OMNES P. A. P. latens argumentum, quare filium ad meretricem commeasse errans pater non ad corruptelam filii sed ad obsequium amicorum traxerit. 3 PERFERRE mediocriter stultos odiososque.

---

[1]) Lemma falsum; pertinet scholium ad v. 61, ubi Don. aliter de eadem re.
[2]) Wessner cum Rabbow pro 'domini' modo; idem pro 'et' sed. Cf. quae de hoc scholio disputavi in Mnem. 39 (1911) p. 169 sqq. et infra in adn.

2 * PERFERRE AC PATI ferre est cum certo tempore, perferre finem exspectat effectus. Feruntur onera et sustinentur supplicia.

63 CUM QUIBUS ERAT C. Q. V. figura τμῆσις. 2 HIS SE DEDERE plus est 'dedere' quam 'consentire'. (*a*)

2 *a* * quemadmodum in hostium potestatem hostes se dedunt. 3 DEDERE ergo; pertinacibus.

64 2 EORUM OBSEQUI STUDIIS talem esse Phamphilum adiuvat argumentum fabulae (*a*).

1 EORUM OBSEQUI S. commodiorum scilicet. 2 *a* Simul et Charinum.

63 4 HIS SE DEDERE E. O. S. dedere se et obsequi superioribus; non adversari paribus, non se praeponere inferioribus.

64 3 NEMO contradicentium, pertinacium.

65 2 ITA UT deest 'faciens' 'volens' 'agens'. 3 UT FACILLIME SINE INVIDIA LAUDEM INVENIAS ET A. P. Sallustius 'et cum omnis gloria anteiret, omnibus tamen carus esse' (Jug. 6. 1).

1 NUMQUAM PRAEPONENS <SE> consentientibus.

66 INVENIAS secunda persona pro tertia, ut 'migrantis cernas' (Verg. Aen. 4. 401).

67 SAPIENTER VITAM I. N. Q. H. T. O. improbatur a sapientibus haec sententia, nam obsequium adsentator debet, amicus veritatem. Sed in theatro dicitur non in schola.

68 1 (*a*) Falsum est autem, quod Cicero putat (Lael. 89) 'obsequium' primo dixisse Terentium, cum et Plautus et Naevius ante dixerint.

1 *a* OBSEQUIUM AMICOS VERITAS ODIUM PARIT huius versus per [1] improbior est 'veritas odium p.'. 2 * *Et* est sententia παράδοξος et magis theatro apta quam officio, de qua Tullius multa dicit 3 OBSEQUIUM A. V. O. P. ἀμφίβολος sententia et probabilis magis quam necessaria aut honesta.

69 1 INTEREA MULIER 'interea' est cum habet instantiam superiorum actorum. 2 MULIER QUAEDAM sic dixit, <non> quasi ignoraret nomen eius paulo post (v. 85) Chrysidem nominaturus, sed ideo ut gratam exspectationem faciat simulque avidum lectorem nominis audiendi reddat ut, Vergilius 'ecce manus

---

[1] Wessner pro 'per improbior' dedit pars improbior, fortasse recte.

i. i. p. t. r. p.' (Aen. 2. 57). 4 ABHINC TRIENNIUM artificiose 'triennium' dixit, cum posset plus minusve temporis ponere, ut sit verisimile unum annum fuisse pudicae parcaeque vitae, sequentem condicionis acceptae, tertium mortis. (*a*)

3 INTEREA MULIER hic digressio est, nam proposuit gnati vitam dicere. 4 *a* Primo ergo anno ignorata est Pamphilo domus Chrysidis, secundo est Glycerio cognitus, tertio nupsit Glycerium Pamphilo et pariter invenit parentes.

70 1 Huc viciniae 'viciniae', παρέλκον est, ut 'adhuc locorum' (Plaut. Capt. 385).

71 1 INOPIA ET COGNATORUM N. laude impertita eius moribus, qui mox ducet uxorem, superest, ut futurae quoque matronae id est Glycerio, probitatem debitam pro persona reddat; quae quia honesta numquam esse poterit, si sic eam constet ante nuptias impudice eductam esse, partim defendenda partim etiam laudanda est Chrysis, cum qua commorata est, quam quoniam necesse est meretricem fateri, in condicione turpissimi nominis mulierum sumitur excusatio voluntatis.

70 2 Legitur et 'viciniam'.

71 2 ET COGNATORUM hic iam parat nos ad Critonis adventum.

72 1 EGREGIA id est eminenti praestantique. 2 ATQUE AETATE INTEGRA integra aetas est quae in flore consistit, cui neque addendum iam sit neque adhuc quicquam sit imminutum, ut Vergilius 'integer aevi Ascanius' (Aen. 9. 255). 3 *Et* contulit duo ad quaestum congrua meretricium.

73 1 EI VEREOR NE QUID ANDRIA APPORTET MALI 'Andria' mire. (*a*) 2 NE QUID ANDRIA eleganter 'ex Andro' <'Andria'> 'Andriae' (v. 85) nomen ostendit mulieris et fabulae,

1 *a* audivit enim excessisse ex ephebis Pamphilum illatamque esse mentionem mulieris peregrinae, adulescentulae pulchrae. 3 *Et* bene 'apportet', quia portare [1] ignotis est.

74 1 PRIMUM HAEC PUDICE V. defendit, ut diximus (ad v. 70), vitam Chrysidis, ut potuerit apud eam recte morata esse Glycerium, quae ex argumento matrona erit. 3 DURITER contra rationem regulae: 'dure' ab eo quod est durus dicere debuit. Tamen

---

[1]) Wessn. correxit merito 'apportare'.

est differentia: est enim duriter sine sensu laboris, dure autem crudeliter; illud ad laborem, hoc ac saevitiam relatum est.

2 PRIMUM HAEC PUDICE V. bene 'haec', quasi dicat: illa quae coacta est. 4 Sed dure in alterum, duriter in nos aliquid facimus.

75 1 LANA ET TELA VICTUM Q. subdistingue 'tela' finis enim laboris est 'victum quaeritans', ut Vergilius 'cum femina primum' (cett. Aen. 8. 408 sqq.) et deinde finem laboris intulit. 2 Non 'cibum' sed 'victum' dixit, cibus est enim, qui etiam delicatis praebetur, victus in parvis aridisque alimoniis est constitutus, unde Vergilius 'victum infelicem b. l. c. d. r.' (Aen. III 649); 3 (*a*) et non 'quaerens' sed 'quaeritans' dixit, quaerit 'enim' qui ad plenum et pepertuum reponit, quaeritat, qui vix cotidie inquirendo victum invenit. 4 LANA EST T. V. Q. artificiose, ut videatur pudice apud eam futura mater familias educi posse, quam meretricem necessitas fecit.

3 *a* * Et post tantum laborem 'victum' non 'cibum' dixit ut Vergilius 'ut patiens operum parvoque assueta' (G. 2. 472).

76 SED POSTQUAM A. Amator fingi potest, amans vere amat.

77 1 UNUS ET ITEM ALTER praeter duo unum, ex quibus alter, ut sint tres, nam 'hi tres simul o.' (v. 87), ut 'alter ab undecimo' (Verg. Ecl. 8. 39).

2 Ergo 'alter' non est secundus sed tertius.

78 PROCLIVE AD LIBIDINEM 'proclive' est porro inclinatum. (*a*)

a Vel pronum inclinatumque.

79 1 ACCEPIT CONDICIONEM cum uno, QUAESTUM O. cum altero, hoc est cum multis.

77 3 ITA UT INGENIUM EST OMNIUM HOMINUM quanta defensio Chrysidis, ut quae antea fecerit, ipsius sint, quae postea peccaverit, naturae hominum adscribantur!

79 2 CONDICIONEM condicio est cum uno, certam legem in se continens; 'postquam excessit alter', hoc est plures, quaestus iam meretricius factus est.

81 1 PERDUXERE ILLUC SECUM invitum isse Pamphilum his verbis significat: perducuntur enim necessitate coacti (*a*); 2 et hoc est quod supra (v. 63) ait 'his se dedere, eorum obsequi

studiis'. 3 UT UNA ESSET M. et producte legitur 'esset', ut cibum capiat, et correpte ut alibi (Eun. 574) 4 UNA simul. (*a*)

1 *a* Hoc etiam verbum iudices pronuntiare solent. 4 *a* id est una cibum capturus. 5 PERDUXERE ILLUC SECUM, secum duxerunt ut secum esset.

82 1 EGOMET CONTINUO M. bene 'mecum', ut appareat nihil temere constitutum vel prolatum foras, <sed> hoc ipsum satis quaesitum esse, quod statuit de falsis nuptiis, ut inoffensus esset filio. 2 EGOMET CONTINUO MECUM C. C. E. 'mecum', deest 'volvebam' 'cogitabam', 'versabam'. 3 CAPTUS EST tenetur et irretitur, ex translatione ferarum atque venatus.

83 1 HABET id est vulueratus est; habere enim dicitur, qui percussus est. Proprie de gladiatoribus dicitur 'habet', quia prius alii vident, quam ipsi sentiant se esse percussos.

82 4 CAPTUS EST Sallustius 'sin captus p. c.' (Iug. 1. 4). 5 CERTE sine dubio, pro certo. 6 CAPTUS EST ἰδιωτισμός.

83 2 HABET sic dicitur de eo qui letaliter vulneratus est, Vergilius 'hoc habet, cett.' (Aen. 12. 296). 5 MANE adverbialiter.

3 Ergo quid sequitur captum nisi occidi? 4 HABET OBSERVABAM MANE utrum Pamphilum an illorum servulos? 6 OBSERVABAM deest 'tamen', hoc est: quamvis captus erat et iam habebat, tamen observabam.

84 1 ROGITABAM HEUS P. non 'rogabam'' sed 'rogitabam', quia sedulo faciebat.

85 1 DIC SODES 'dic' imperativum est, ideo temperavit iniuriam blandimento 'sodes' (?); est autem si audes, ut 'scilicet' scias <licet>, nam delirat qui ,σῶος ζῇς' interpretatur 'sodes'. 3 Opportune intulit nomen Chrysidis.

86 2 DIC SODES exhortantis vox est, ut 'amabo' 'rogo'. Et bene 'illi' quasi dicat: quam tu Andriam nominasti.

85 4 QUIS HERI C. H. NAM A. I. Attico more peregrinis meretricibus a patria nomen imponit. (*a*)

4 *a* et simul celebrat nomen comoediae dicendo, ex Andro commigravit' (v. 70) et nunc 'Andriae illi id erat nomen'.

88 1 QUID SYMBOLAM DEDIT non 'quid symbolam dedit?', sed subdistingue 'quid', ut sit vox quaerentis, quid dicat de Pamphilo. 2 EHO QUID PAMPHILUS primo sic egit ut <non> de Pamphilo quaerere crederetur; ad ultimum adiecit nomen, ne quid reliqui

faceret. 3 [CENAVIT] [1]) cetera in gestu sunt quaerentis, quid dicat de Pamphilo, nec invenientis. 4 SYMBOLAM DEDIT mire nulla pro Pamphilo negatio facti est posita, sed per puerilem simplicitatem omnia gesta narrata sunt, et quod tacitum est, non celatum sed et non factum esse ita videtur.

89 1 ITEM ALIO DIE ‘item’ similiter.

2 Et vide diligentiae tempus adiectum, quasi non suffecerit unus dies.

90 1 COMPERIEBAM N. A. P. vide, si non patris verba sunt (*a*). 2 NIHIL AD P. Q. *παρέλκον* tertium, nam, abundat ‘quicquam’ <ut ‘quisquam Hec. 67>’ ,nam nemo quisquam illorum’.

1 *a* et de rebus veneriis circa filii mentionem agentis.

91 1 SPECTATUM ‘spectatum’ ad Pamphilum, non ad exemplum refertur.

2 Et SPECTATUM probatum.

92 ET MAGNUM EXEMPLUM CONTINENTIAE *ὑπερβολή* laudis: Pamphilus ‘exemplum continentiae’!

93 3 NAM QUI CUM INGENIIS i n g e n i a pro hominibus posuit. 1 NAM QUI CUM INGENIIS ‘qui’ a n i m u s scilicet. 2 Aut certe ‘homo’ subaudiendum et ‘neque commovetur animus’ deest ‘eius’. 4 CONFLICTATUR id est atteritur. CONFLICTATIO est tactus invicem corporum et collisus.

94 2 NEQUE COMMOVETUR A. utrum deest ‘eius’ an ordo est: qui animus cum ingeniis conflictatur eiusmodi neque commovetur in ea re? 3 TAMEN *ἀνακόλουθον* quod non promisso ‘licet’ vel ‘quamquam’ subiecit ‘tamen’: Sallustius ‘atque edita undique, tribus tamen cum muris et magnis turribus’ (fr. II 57 m.)

1 NEQUE COMMOVETUR utrum ‘qui’ a n i m u s an h o m o, ut nunc subaudiamus ‘eius’?

95 SUAE VITAE MODUM moderationem, regimen.

96 1 CUM ID MIHI PLACEBAT ‘cum’ praeterquam quod. 2 TUM UNO ORE OMNES ‘omnes’, ne pater amore falli videretur, et ideo mox (v. 132) ait ‘bene dissimulatum a. et c. i’. 3 CUM ID MIHI (cett. v. 96, 97, 98) *ἐμφατικώτερον* ‘fortunas’ quam ‘fortunam’. 4 *Et* de more, ut ‘qui tanti talem genuere parentes’, et ‘vade ait, o

---

[1]) Lemma non est c e n a v i t, sed q u i d? Cf. App. Wessn.

felix n. p.' (Aen. 1. 606. 3. 480). Plautus 'fortunatum. qui illum eduxit sibi' (Ba. 455).

99 1 HAC FAMA I. an vere laudatus sit; 2 et singula hic pro argumentis sunt; et excusatio est, non esse stultitia falsum. 3 <***>[1] sed impulsum. 4 IMPULSUS bene 'impulsus', ultro enim venire impulsus est, qui dat contra officium soceri.

100 1 UNICAM GNATAM S. abundat quidem 'suam', sed tamen asseverativum est.

2 UNICAM G. S. Quid si taedio multarum filiarum? at 'unicam'.

101 CUM DOTE SUMMA quid si pauperem? at 'cum d. s.'

102 1 PLACUIT DESPONDI cum pronuntiatione 'placuit'. 2 HIC NUPTIIS D. E. D. utrum constitutus an dicatus, ut 'Iunoni i. d. s'. (Aen. 6. 138), 3 DESPONDI ex vetere more, quo spondebat etiam petitoris pater; unde et sponsus et sponsa dicitur. 4. PLACUIT συντομία. (*a*)

4 *a* adeo bona condicio fuit, ut quamvis ultro obiceretur, tamen statim placeret. 5 DESPONDI proprie, nam desponsa dicitur quia spondet puellae pater, despondet adulescentis.

105 1 CHRYSIS VICINA H. M. commemorat nos quae esset Chrysis, <cum> ait 'vicina haec', supra enim 'ex Andro commigravit huc viciniae' (v. 70). 2 VICINA HAEC ἀνάμνησις. 3 O FACTUM BENE animadverte ubique a poeta sic induci comicas mortes, ut cum ad necessitatem argumenti referantur, non sint tamen tragicae; nam aut meretrix sumitur aut senex aut de duabus simul uxoribus una uxor. Itaque huiusmodi obitus aut mediocri tristitia excipiuntur aut etiam gaudio.

106 1 METUI<A> CHRYSIDE metuo illum dico <de eo>, qui mihi ipse aliquid facturus est, timeo ab illo, cuius causa possum aliquid mali pati, etiamsi ipse in me nihil mali consulat.

105 4 O FACTUM BENE quasi qui dixerit 'vereor ne quid Andria apportet mali' (v. 73).

106 2 BEASTI M. A. C. artificiose, quod gaudium subiecit, ne mors in comoedia, <ut> luctus in tragoedia, personaret. 3 METUI A CHRYSIDE ἀρχαίως.

---

[1] Rabbow scite explevit: 'et non dicit adductum'.

107 1 UNA ADERAT FREQUENS, sic 'una aderat frequens' ut supra (v. 63) 'cum quibus erat cumque una'; 3 et 'frequens' ut miles apud signa.

2 * *Et* ADERAT FREQUENS possumus enim et adesse et frequentes non esse, si praesentes non adhaereamus his, quibus adsumus.

108 1 CURABAT UNA FUNUS 'funus' est pompa exsequiarum, dictum a funalibus: etenim noctu efferebantur propter sacrorum celebrationem diurnam. 2 INTERIM 'interim' discretio est huius rei, quae ad narrationem pertinet superiorem.

3 CURABAT UNA F. utrum potuerit in exsequiis non videre patrem.

109 1 NONNUMQUAM C. illis enim magis flendi causa fuerat, qui quam amabant amiserant, huic amore propter Glycerium suam [1]. 2 COLLACRIMAT qui alienis lacrimis suas commodat.

110 1 SIC COGITABAM si dixisset 'hoc cogitabam', sensum tamen cogitationis dicere debuit, sed quia 'sic cogitabam' dixit, ipsum gestum cogitantis exponit: est igitur μίμησις. 2 HIC PARVAE C. C. hoc est convivii tantum, 3 [*et*] quia dixerat puer hoc solum egisse Pamphilum, nihil aliud: symbolam dedit, cenavit (v. 88).

111 1 * HUIUS MORTEM TAM FERT F. 'familiariter' id est graviter, nam quae nobis sunt familiaria, gravia sunt animo nostro.

112 1 QUID HIC MIHI F. PATRI 'mihi' circa me, 2 et postquam 'mihi' dixit pondus intulit nominis dicendo 'patri'.

111 2 FAMILIARITER quasi familiaris.

3 An potius 'familiariter' <***>? [2])

112 3 QUID HIC MIHI F. P. vide quam venuste repetierit 'hic' (cf. 110).

113 1 HAEC EGO PUTABAM putare est eius, qui simplicitate pectoris aberravit. Cicero 'non putavit, lapsus est' (Lig. 30). 2 HUMANI INGENII M. Q. 'humani ingenii' circa Chrysidem, 'mansueti' circa amicos. 3 HAEC EGO PUTABAM ESSE cum adhuc nihil peccationis ostenderit, tamen dolor in futura prorumpit, ut 'gener auxilium P(riamo) Ph(rygibusque) f(erebat)' (Aen. 2. 344).

115 1 IN FUNUS PRODEO 'in funus'' in pompam exsequiarum; 2 a funalibus dictum est, id est uncis et aculeis candelabrorum, quibus delibuti funes unguine et [3]) cerei fomites infiguntur.

---

[1]) Wessnerus subiunxit <collacrimandi>, vix necessarium.
[2]) Supplendum videtur 'graviter' ex 111. 1.
[3]) Sic correxi pro ,et ingenium', Mnem. 32 p. 310.

116 1 NIHIL SUSPICANS ETIAM MALI 'etiam' adhuc.

117 1 * EFFERTUR efferre Graecum est, quod vitans Vergilius ne diceret 'efferunt', 'exportant tectis, inquit, corpore luce carentes' (G. 4. 255).

115 3 EGOMET QUOQUE ut et ipse Pamphilus. 5 IN FUNUS in ipsum officium. 6 EIUS CAUSA eiusdem mansuetudinis et humanitatis.

4 An: etiam ego, quem quasi minus crederes? 7 Et EIUS Pamphili.

116 2 NIHIL SUSPICANS ETIAM <M.> bene suspendit auditorem.

3 ETIAM <M.> alia suspensio audientis et excusatio.

117 2 EFFERTUR efferri proprie dicuntur cadavera mortuorum; 3 et 'ire' proprie dicitur ad exsequias, Vergilius 'ite, ait, egregias animas' (cett. Aen. 11. 24).

118 1 UNAM ASPICIO ADULESCENTULAM ex consuetudine dixit 'unam', ut dicimus unus est adulescens; tolle 'unam' et ita fiet ut sensui nihil desit, at consuetudo admirantis non erit expressa. 4 FORTE UNAM CETT. et hic duo sunt, aetas et forma, quibus additur pudor, quod meretrix non est.

2 'Unam' ergo τῷ ἰδιωτισμῷ [1]) dixit. 3 Vel 'unam' pro quandam.

119 1 FORMA ... ET VULTU SOSIA forma immobilis et naturalis, vultus et movetur et fingitur. 2 ET VULTU SOSIA ADEO quia formae laudatio cum meretrice communis est, progreditur artifex poeta ad laudanda ea, quae honestiora quam forma sunt: 3 (ET VULTU SOSIA ADEO M.) quid hic deest, ut eam nurum dignetur Simo nisi sola cognitio? et formam probat in puella Pamphili pater et matronalem modestiam miratur in vultu et venustatem stupet: nonne ergo iam cernimus hoc praestruxisse Terentium ut cum Chremetis filiam esse cognoverit, Simo hanc potius eligat quam Philumenam nurum? quamvis ex sororia pulchritudine et ex amore Charini et Davi laudatione decoram ipsam quoque prope demonstraverit nobis.

4 ET VULTU SOSIA haec laus adiuvat post cognitionem futuram nurum.

120 1 ADEO MODESTO A. V. modestus ad probitatem vultus et morum pertinet, venustus ad naturam corporis. (*a*) 2 UT NIHIL SUPRA ἔλλειψις Terentiana. (*a*)

---

[1]) Idiotismus = consuetudo.

1 *a* Atque adeo vultum sibi fingere multi possunt, formam nemo. 2 *a* non necesse est subiungere duos versus.

121 1 QUIA TUM MIHI excusatio necessaria.

123 HONESTA AC LIBERALI 'honesta' ad formam, 'liberali' ad vultum rettulit.

121 2 PRAETER CETERAS id est plus quam ceterae.

125 2 ATTAT 'attat' interiectio admirantis. 3 HOC ILLUD EST δεικτικόν eius rei est, quam in animo conceperamus, Vergilius 'hoc illud g. f.' (Aen. 4. 675).

1 PERCUSSIT ILICO A. hoc est 'suspicio' vel aliquid tale.

126 HINC ILLAE LAC. 'hinc' ex hac causa.

127 1 QUORSUM EVADAS 'evadas' exeas vel pervenias. 2 FUNUS INTERIM P. S. funus a funalibus dictum est ut supra (v. 108) notavimus. (*a*) 3 et bene 'funus procedit nos sequimur' (*a*) unde et exsequiae dicuntur.

2 *a* et est funus pompa exsequiarum. 3 *a* * dixit quasi: post ipsum morituri.

128 1 AD SEPULCHRUM VENIMUS 'sepulchrum' κατ' ἀντίφρασιν dicimus, quod sine re pulchra sit. 4 Et 'sepulchrum' dixit futurum ut in quinto [1], non quod iam esset. (*a*) Vergilius proprie 'at pius Aeneas' (cett. Aen. 6. 232 sq.).

2 * An quod sine pulsu sint id est mortui? 3 An quod illuc animae a vivis sepelliantur [2], id est separentur? 4 *a* 'sepulchrum' enim a sepeliendo dictum.

127 4 QUAM TIMEO QUORSUM non videtur adhuc Sosiae plenum amoris argumentum: adeo pendet ad ea quae dicturus est Simo. 5 ἀσύνδετον (pertinet ad v. 128).

129 1 IN IGNEM IMPOSITA EST ἔλλειψις, (*a*) 2 et mire cum 'funus' supra dixerit. 3 FLETUR bene hic impersonaliter 'fletur': ab omnibus; extrema enim quaeque mortuorum omnes commovent ad lacrimas. 4 INTEREA HAEC S. id est: quam dixi sororem esse Chrysidis.

130 AD FLAMMAM ACCESSIT IMPRUDENTIUS invenit affectum sororis, unde omnes vinceret: ceteri enim flent, haec flammae se ingerit,

---

[1]) Rabbow pro 'in quinto' coniecit 'tumulum'. In quinto et similia identidem leguntur in commento ubi Lucilii libri citantur; interciditne tale exemplum?
[2]) Wessn. cum Rabb. 'sepellantur'.

sic Vergilius 'exstinctum . . . cum complexa . . . atque deos' (cett. Ecl. 5. 20, 22 sq.)

131 2 Et mire 'ibi'.

1 Ibi tum examinatus Pamphilus a voluntate, a facultate, a summo ad imum, ubi sunt dicta et facta, ubi est pathos.

132 1 BENE DISSIMULATUM 'bene', multum.

2 * An quasi dolens, quia etiam negaturus sit Chremeti, dixit 'bene'? 3 * ET CELATUM INDICAT omnia significanter: non 'ostendit' inquit, sed 'indicat', non 'accedit' sed 'accurrit', non 'vestem', aut 'manus' sed 'mediam mulierem', non 'tenet' sed 'complectitur'. 4 Et quia tribus rebus inducitur in alicuius rei gestionem persona: affectu facto dicto, affectus est, quod ait 'ibi tum ex P.', factum quod ait 'accurrit m. m. c.', dictum quod ait 'mea Glycerium, inquit, q. a.? c. t. i. p.?' 5. INDICAT indicium proprie est oris et linguae; factis ergo indicat, non enim dixit 'amo'.

133 ACCURRIT Vergilius 'interiora domus irrumpit limina' (Aen. 4. 645

134 * MEA GLYCERIUM I. Q. A. 'mea' quasi amator, [hoc] 'Glycerium' quasi familiaris dixit, 'quid agis' quasi perturbatus, 'cur te is perditum' quasi consolatus.

135 1 UT CONSUETUM FACILE AMOREM C. mire non 'suspicarere' dixit sed 'cerneres', et est ordo: facile cerneres. 2 Sed 'cerneres' sic ut supra (v. 66) 'laudem invenias et amicos pares'.

136 REIECIT SE IN EUM F. Q. F. obicitur ei et quod a Glycerio factum est, ut 'ecquis umquam tam palam de honore, tam cett.' (Cic. in Caecil. 22).

137 1 QUID AIS non interrogantis est sed mirantis.

2 REDEO INDE IRATUS ATQUE AC. F. 'iratus' culpa, 'aegre ferens' quia praeter spem.

138 1 NEC SATIS AD OBIURGANDUM mire expressit indulgentiam patris circa filium: erat, inquit, causa, sed pro amaritudine obiurgationis non erat satis, hoc est non idonea videbatur. 2 NEC SATIS (cett.) deest 'habui' vel 'erat', ut Vergilius 'nec sat rationis in armis' (Aen. 2. 314). (*a*) 3 DICERET deest 'enim'.

2 *a* et hic 'est' vel 'habui' deest ad sententiam.

139 1 QUID FECI mire fiduciam praetulit argumento, quod est in sequenti versu. 2 QUID FECI QUID COMMERUI αὔξησις a minoribus ad maiora.

3 * *Et* 'feci' quasi facinus dixit, facere enim quis et homicidium dicitur; 'commerui' minoris culpae est', peccavi' multo minoris vel levioris.

140 QUAE SESE IN IGNEM INICERE VOLUIT illic 'mea Glycerium' hic pronomen dixit: mira dissimulatio, tamquam illam praeter periculum nesciat.

142 2 TULIT pro 'attulit'; sed multa significat, et alias 'pertulit', ut ille 'non tulit hanc s. f. m. C', alias 'sustulit', ut idem 'omnia fert aetas' (Aen. 2. 407. Ecl. 9. 51). (*a*)

1 NAM SI ILLUM OBIURGES V. Q. A. T. argumentum ex coniectura per ratiocinationem a contrario, ut si dicas: forti viro praemium debetur, si desertori poena constituta est. 3 *a* pro aufert.

143 1 QUID FACIAS ILLI pro illo. 2 QUI DEDERIT DAMNUM AUT M. 'damnum' rei est, 'malum' ipsius hominis.

144 2 *Et* mire: supra (v. 100) 'ultro ad me venit'; ergo hic causa iusti doloris ostenditur, quando dolet etiam Chremes.; nam potuit non daturus filiam non venire. 3 POSTRIDIE AD ME ut sine dilatione sciri possit. 4 ET CLAMITANS indignantis est, ut 'clamant omnes' (Ad. 91).

1 VENIT CHREMES P. A. M. C. argumentum ex coniectura de testibus.

145 1 INDIGNUM FACINUS C. P. deest 'se'. 3 INDIGNUM FACINUS distinguendum, ut per se intellegatur 'indignum facinus': et ipse dolet corrumpi Pamphilum. 4 COMPERISSE ergo ab aliis, ut appareat eversum, quod ait (v. 96) 'tum uno ore omnes' et (v. 99) 'hac fama impulsus C.'. 5 PAMPHILUM PRO UXORE H. H. P. Pamphilum cum emphasi dixit, id est pudentem et bene moratum. 6 Et nec 'amicam', sed 'pro uxore', mire ergo, quasi non hoc doleat quod amet, sed quod pro uxore habeat. (*a*)

2 Et incerta distinctio. 6 *a* et simul excusatio filiam denegaturi soceri.

146 1 PRO UXORE HABERE H. P. 'hanc' cum contemptu dictum est. 2 *Et* PEREGRINAM ut alibi 'adeon est d.? ex p.?' (v. 469). (*a*) 3 EGO ILLUD SEDULO quanto affectu pater quod viderat negabat!

2 *a* nam hoc nomine etiam meretrices nominabantur. 4 SEDULO quomodo 'sedulo'', si negabat? an sedulo ὡσεὶ, idest simpliciter?

147 1 NEGARE FACTUM impersonaliter.

146 5 SEDULO quia non semel negavit vel ille institit.

147 3 ILLE INSTAT FACTUM Plautus 'instare factum simia' (Merc. 242) et est *ἀρχαϊσμὸς*. 6 DENIQUE id est postremo.

2 NEGARE FACTUM officium patris et simul per hoc expressio probationis. 4 INSTAT FACTUM vetuste, id est: instat dicere factum esse.

148 2 UT QUI SE FILIAM NEGET DATURUM ut ab eo disceditur, qui se filiam neget daturum. (*a*) 3 Probavit quod volebat senex Sosiae: adhuc superest, ut ostendat, quam non sit iracundum [1]) quin iuste irascatur.

1 ITA TUM DISCEDO proprie, non enim abeo; unde discessio. 2 *a* ergo probata res est, quando qui obtulit negat daturum.

149 1 NON TU IBI GNATUM ἀποσιώπησις.

2 Vel ἔλλειψις: deest 'invasisti' 'obiurgasti' 'adortus es'.

150 OBIURGANDUM incusandum, inclamandum.

151 <TUTE IPSE> HIS REBUS FINEM modo non addidit 'diceret'. (cf. 138).

152 1 PROPE ADEST CUM ALIENO MORE prope adsunt nuptiae. (*a*) 2 CUM ALIENO MORE 'cum' pro quando. (*a*)

1 *a* Id est in proximo sunt metae libertatis et ideo avidius voluptuaria sub fine carpenda sunt. 2 *a* hoc enim significat 'cum'.

153 SINE NUNC MEO ME VIVERE I. M. 'meo modo' mea voluntate, meo arbitrio.

154 QUI IGITUR RELICTUS EST OBIURGANDI LOCUS mire 'obiurgandi', tamquam ignoscentior pater in filium videretur; nam supra (v. 149) commotus plus per ἀποσιώπησιν significaverat.

155 2 SI PROPTER AMOREM UXOREM initium consilii sui demonstrandi. 3 NOLIT legitur et 'nolet'.

1 SI PROPTER AMOREM U. hoc erat secundum in divisione 'et consilium meum c.' (v. 49).

156 3 EA PRIMUM AB ILLO ANIMADVERTENDA ut iam hoc sit peccatum, quod recusat nuptias, non quod amat adulescens. (*a*) 4 ANIMADVERTENDA I. E. vindicanda, exsequenda. 5 *Et* bene 'ea ab illo' dixit 'iniuria': certissimam enim notavit personam, quae debeat pro iniuriis poenas solvere; quod si dixisset 'iniuria eius' amphiboliam fecisset, utrum: quam passus est ab alio, an: quam ipse aliis intulit.

---

[1]) **In promptu est correctio: 'irascendum sibi', nisi plura desint.**

1 EA PRIMUM nota participium a passivo 'animadvertenda'. id est castiganda ac vindicanda est. 2 AB ILLO ... INIURIA id est quam f a c i t, non quam p a t i t u r. 3 *a* ideo ergo 'primum' dixit,

157 1 ET NUNC ID OPERAM DO UT PER F. N. hic reddidit quod dixerat (v. 47) 'consilium meum cognosces'.

2 ID propter id.

158 VERA OBIURGANDI ἀντίθετον. (*a*)

a QUIA 'falsas' dixit, intulit 'vera'.

161 1 MANIBUS PEDIBUSQUE proverbiale. (*a*) 2 OBNIXE OMNIA cum conatu, instanter. (*a*)

1 *a* id est omnibus viribus. 2 *a* contra conantem.

162 2 MIHI UT INCOMMODET noceat, incommodum afferat; 3 (MAGIS ID ADEO MIHI UT I.) non enim, inquit, prodest filio amare meretricem.

1 MAGIS ID ADEO 'id' propter id.

163 QUAPROPTER mire Sosia interrogat, quasi nulla causa sit fallendi dominum.

164 1 MALA MENS MALUS ANIMUS <'animus'> voluntas est, 'mens' etiam ratio.

2 MALA MENS M. A. argumentum a natura, et an aliquis <sit> sine causa malus an ab impulsione. 3 MALA MENS M. A. quia dixit: magis ut laedat, quam ut prosit (cf. 162).

165 [SED QUID OPUS EST VERBIS] ἀποσιώπησις est gravissimam poenam ostendentis [1].

167 1 QUI MIHI EXORANDUS legitur et 'expurgandus'; si 'expurgandus', c u i lege, non q u i, quia et c u i per q veteres scripserunt. 2 ET SPERO CONFORE ab eo quod est c o n f i t, id est perficitur, futurum tempus infinitivi modi 'confore' facit, id est perfectum iri. Sic in Adelphis (v. 814) 'verum quid ego dicam? hoc confit quod volo'; 3 (*a*) unde c o n f e c t u m negotium dicitur vel c o n f e c t a res, quae ad plenum perficiuntur; Vergilius 'nunc qua ratione quod' (cett. Aen. 4 115).

3 *a* CONFORE confieri, perfici.

168 1 HAS BENE UT A. N. PTF. D. hoc erat tertium de his, quae dicturum se promiserat.

1 NUNC TUUM E. O. H. hoc ad illud tertium respicit, quod dixit (v. 49) 'et quid facere in hac re te velim'. 3 ADSIMULES hoc est u n u m v e r b u m 'adsimules', quod dixit (v. 45) 'quin tu uno verbo dic (cett.)'.

---

[1]) Scholium pertinet ad v. 164.

169 1 PERTERREFACIAS venuste et poetice. 2 OBSERVES FILIUM observatio in duabus rebus est: in obsequio et in speculando.

171 1 CURABO ut coquus; et supra (v. 30) sic 'nempe ut curentur recte haec'. 2 I PRAE figura ἀναστροφή, quod nos praei dicimus.

2

172 1 NON DUBIUM EST QUIN V. N. F. peracta narratione iam persona Sosiae non erat necessaria, ergo substitit senex per quem agenda sunt reliqua. 2 NON DUBIUM E. Q. V. ad hoc certus inducitur Simo, ut et magis perturbetur inopinata consensione Pamphili ad ducendam uxorem et propterea nihil agat cum Chremete de tradenda filia confirmandisque nuptiis.

173 ITA DAVUM MODO TIMERE S<ENSI> non recessit de loco senex, 'sensi' ergo: antequam cum Sosia loqui coepisset. 4 Davus ut recte scribatur, Davos scribendum est quia nulla littera vocalis geminata unam syllabam facit; sed quia ambiguitas vitanda est nominativi singularis et accusativi pluralis, necessario pro hac regula digamma utimur et scribimus DaFus serFus corFus.

2 ITA DAVUM M. T. S. argumentum quod supra, ab eo quod nostri faciunt. 3 MODO antequam cum Sosia loqui coepisset.

175 1 MIRABAR HOC SI SIC A. ET E. S. L. hic locus est in quo Davus insinuatur spectatoribus multa gesturus. 3 <SIC> significanter: αὔτως (*a*) et est de his quae gestu adiuvanda sunt, ut 'tantillum puerum' et 'huius non faciam' (Ad. 563. 173). 4 LENITAS clementia et facilitas, cui contraria asperitas et difficultas. 5 ET ERI SEMPER LENITAS 'semper verebar' an 'semper lenitas', ut sit ὑφέν? Lucretius 'semper florentis Homeri' (1. 125). 6 SEMPER LENITAS ac per hoc simulata usque nunc lenitas. (*a*)

2 SI SIC ABIRET 'sic' pro leviter et neglegenter, quod Graeci dicunt. 3 *a* id est 'sic'. 6 *a* * nam nemo in diversis actibus semper lenis est nisi forte fictus adsimulator et callidus. 7 SEMPER LENITAS sine differentia est importuna lenitas.

176 1 QUORSUM EVADERET ad quam partem erumperet. 2 *Et* 'evadere' est per quamcumque difficultatem ad aliquid pervenire.

178 1 VERBUM FECIT non dixit 'litigium' aut 'rixam' sed 'verbum': istae exiguitates adseverationis <sunt> et dicuntur cum pronuntiatione, ut intellegatur: ne verbum quidem. 2 NEQUE ID AEGRE TULIT haec est 'semper lenitas'.

179 2 AT NUNC FACIET subaudiendum 'verbum'; et est 'faciet' persona tertia pro prima. 3 NEQUE UT OPINOR SINE TUO et comminabitur tibi et minas contemnes, ut ad poenas pervenias.

1 AT NUNC FACIET id est irascetur, denuntiabit, loquetur.

180 1 ID VOLUIT aut absolute accipiendum 'id', aut opposite. 2 SIC demonstratio est et magis gestu quam sensu intellegitur, ut supra (ad v. 175) diximus. 3 NECOPINANTIS ὑφέν. 4 DUCI ducere est exspectatione longi temporis malum prolatare. 6 FALSO GAUDIO velut evitatae senis iracundiae.

5 Vel i n d u c i ut feras in retia.

181 1 SPERANTIS IAM AMOTO METU ista singula <pronuntianda> [1]) sunt. 2 *Et* 'amoto metu' sic dixit, quasi brutum corpus sit, quod cum molimine moveatur. 3 OSCITANTIS o s c i t a t i o est animi otium et securitas, dicta ab o r e c i e n d o. 4 O s c i t a n t e s securi. (*a*)

4 *a* id est nihil providentes.

182 NE ESSET SPATIUM C. A. D. N. miranda locutio, ut si dicas: cogitat ad dicendum.

183 1 ASTUTE hoc et gestu et vultu servili et cum agitatione capitis dixit. 2 CARNIFEX aut excarnificans dominum aut ipse dignus carnifice; (*a*) Lucilius 'carcer vix carcere dignus' (fr. 107 M.). NEQUE PROVIDERAM p r o v i d e n t i a duplex est, etenim aut animo aut oculis providemus.

2 *a* ut caro fiat, id est lanietur.

184 1 HEM quasi correptio totius corporis. 2 EHO nutus est intentionem animadversionemque deposcens eius, cum quo vult loqui. 3 EHODUM AD ME 'dum' παρέλκον est hoc loco. 4 QUID HIC VULT more servili et vernili gestu: sic enim vocati a dominis secum vultuose agunt. 5 QUA DE RE negantis vim habet haec interrogatio. (*a*) 6 ROGAS hoc cum interrogatione indignantis.

5 *a* plus est enim 'qua de re' quam 'nihil'.

---

[1]) Sic supplendum videtur.

185 1 MEUM GNATUM RUMOR EST AMARE mire apud servum dissimulat id, quod iam probavit. 3 ID POPULUS CURAT SCILICET quia rumigeratio populi est; 4 sed hoc aversus ab illo contumaciter; sic Vergilius 'scilicet is superis l. e.' (Aen. 4. 379).

2 * MEUM G. R. E. A. graviter constanterque senex nondum se fatetur credere nec verum scire, ne amittat vim vindicaturi, si rescierit. 5 Scilicet semper cum ironia ponitur.

186 1 HOCINE AGIS id est audis; alibi sic 'hoc agite amabo' (Eun. 130), Plautus 'vos hoc agite spectatores nunc iam, si vultis' (Asin. 1). 2 Demonstrative veluti aurem suam tangens.

3 EGO VERO ISTUC deest 'ago' vel 'audio'.

187 1 INIQUI PATRIS EST iniquum est, si nunc velim quaerere actus liberos adulescentis. 2 NAM QUAE ANTEHAC FECIT 'antehac' pro ante haec consuetudine quam ratione dicitur. 3 NIHIL AD ME ATTINET id agit, ut superius consilium servare se ostendat.

188 2 SIVI ANIMUM UT EX. S. mira ratio cur siverit, ut et hoc, quod permisit, ad bonam frugem permiserit, non ad luxuriam. 3 AD EAM REM TULIT 'tulit' absolute. 5 SIVI autem distingue. (*a*) 6 SIVI antique; aliter in Adelphis (v. 104) 'non siit egestas facere nos.'

1 DUM TEMPUS AD EAM REM TULIT deest 'se', ut sit: dum se tempus praebuit, quia supra (v. 151) dixit 'tute his rebus finem praescripsti, pater'. 4 Et deest 'se'. 5 *a* est enim modo 'sivi' permisi, cessavi.

189 NUNC HIC DIES A. V. A. hoc est: certe et severe et inexorabiliter denuntiat. 2 ALIAM VITAM pro diversam et contrariam; sic Vergilius 'dis aliter visum' (Aen. 2. 428).

190 1 TE ORO DAVE gravius illud fecit nomine appellando. 2 UT REDEAT IAM IN VIAM 'iam' modo tarditatis signum est, 3 et 'in viam' dixit quasi ex deviis erroris ad rectam vitam. 4 DEHINC POSTULAT ἐπανόρθωσις. 5 UT REDEAT IAM IN VIAM 'in viam' proverbiale.

191 HOC QUID SIT ἔλλειψις, deest enim 'quaeris'.

192 1 ITA AIUNT hoc credunt et locuntur universi; et est tepida consensio et quasi inviti reponsio, ut in Heautontimorumeno (v. 211) 'ita credo' monente patre filium. 2 TUM SI QUIS MAGISTRUM μεταφορικῶς.

3 An quia et paedagogus est, <ut> Geta? 4 AD EAM REM id est super eam rem, hoc est super amorem.

193 IPSUM ANIMUM AEGROTUM pro aegro, nam animus a e g e r, corpus est a e g r o t u m.

194 1 NON HEM 'hem' interiectio est irascentis. 3 DAVUS SUM NON OEDIPUS facete se negat Oedipodem, ut senem sphingam esse confirmet. 5 NON OEDIPUS si Latine pronunties genetivum O e d i p i faciet, si Graece, O e d i p o d i s.

2 * DAVUS SUM NON OEDIPUS multiplex contumelia: potest enim senem quasi sphingam dixisse, id est deformem monstrique similem; potest etiam inhumanum et ferum, ut sphinx; potest etiam per Oedipodem se ultorem promittere futurum atque oppressorem sapientiae senis. 4 [NON OEDIPUS] imitationum duo genera sunt, quaedam necessitas introducit, quaedam voluntas.

195 SANE QUIDEM 'sane' valide. (*a*)

a Quia qui sanus, et validus est.

196 1 SI SENSERO HODIE QUICQUAM comminatio, et sic pronuntiatur, ut <in> singulis verbis ardeant minae. 2 HODIE 'hodie' ad comminationem non ad tempus plerumque refertur ut Vergilius 'numquam omnes h. m. i.' (Aen 2. 679).

3 * Et d i e s pro nocte accipitur, ut hoc ipsum: 'numquam omnes hodie moriemur inulti".

197 QUO FIANT MINUS hoc est quominus <fiant> impediturum.

199 1 VERBERIBUS CAESUM TE IN PISTRINUM (DAVE) vult et pronomine et nomine exagitare comminatione servum, ne quid relinquat inultum iracundiae. 2 DEDAM d a r e est quod repetas, d e d e r e ad perpetuum.

3 * Et d a m u s etiam amicis, d e d i m u s tantum hostibus.

200 2 EA LEGE ATQUE OMINE bene 'lege' atque 'omine' quia leges auspiciis servatis ferebantur (*a*) et antiqui auspicato omnia faciebant, quae rata esse vellent.

1 EA LEGE ATQUE OMINE 'lege' ad homines 'omine' ad rem divinam refertur, id est firmamentum per humana et divina; 'omen' autem omne est quod ore dicitur. 3 *a* Ergo sic intellege quasi diceret: ea condicione.

201 AN NONDUM ETIAM quartum παρέλκον, quia abundat etiam.

202 1 IPSAM REM MODO LOCUTUS 'ipsam rem' (*a*) hoc est pistrinum et poenas serviles. 2 NIHIL CIRCUITIONE 'nihil' pro non. 3 CIRCUITIONE (*a*) τῇ περιφράσει. 4 USUS ES legitur et 'usor es.'

1 *a* id est voluntatem suam an interminationem?

203 2 UBIVIS FACILIUS P. S. (QUAM IN HAC RE) Cicero 'non est in hac causa peccandi locus, iud.' (Verr. II 1. 10).

1 UBIVIS FACILIUS admonitio.

204 1 BONA VERBA QUAESO hic *εἰρωνεία* est. 4 NIHIL ME FALLIS id est: non te ignoro, non me decipis; sic Menander *νῦν δ' οὐ λέληθάς με ἄν.*

2. Εὐφημισμός quasi dicat: meliora loquere, rogo te. 3 Ergo cum admonitione 'bona verba, inquit, rogo te'. 5 Nihil me fallis figura ἑλληνισμός: οὐδέν με λανθάνοις ἄν. 6 FALLIS lates, ut sit: οὐδέν με λέληθας. 7 NIHIL M. F. 'nihil' pro etiam non.

205 2 NEQUE TU HAUD DICAS TIBI NON P. vera lectio 'neque haud dicas': est enim quintum *παρέλκον*; Plautus in Bacchidibus (1. 1 fv. 11) 'neque haud subditiva gloria oppidum arbitror.'

1 * NEQUE TU HAUD DICES TIBI NON PRAEDICTUM duae negativae unam consentivam faciunt; tres negativae pro una negativa accipiuntur, ut hic 'neque haud non'. Sallustius (4. 41) 'haud impigre neque inultus occiditur'. Vera ergo lectio est neque tu haud dicas', quod plurimi non intellegunt, <cum> 'hoc dicas' legunt.

3.

206 1 ENIMVERO DAVE NIHIL L. E. S. hic brevis et comica deliberatio est magna exspectatione populum rerum imminentium commotura, aestuantis Davi consideratione proposita. 2 ENIMVERO DAVE N. persona aut ab altero commendatur aut se ipsam populo commendat aut et ab altero commendatur et a se ipsa, ut hic Davi et per Simonem supra (v. 164) descripta est, ubi dixit 'mala mens m. a.' et hic per se, dum hoc gestu ac sermone agit ac disputat secum. 3. ENIMVERO DAVE 'enimvero' significationem habet nimium permoti atque irritati animi, Cicero 'hic tum alius ex alia parte: enimvero ferendum non est; v. m.' (Verr. II 1. 66). 4 SEGNITIAE ad agendum, SOCORDIAE ad consulendum.

207 QUANTUM I. 'quantum' pro in quantum.

208 2 QUAE SI NON A. P. provisio rerum duas significationes habet; providemus enim nobis tam bonum negotium quam malum; malum, sicut si quis eminus veniens telum providerit atque caverit: 3 ergo hic 'providentur' caventur, 4 et nuptias veluti

undam navigio imminentem fecit, quod si quis non undam, scilicet ex adverso venientem, prora exceperit, demersus undis in pessum abit, est ergo μεταφορά. 5 ME AUT ERUM 'erum' hic: erilem filium.

1 QUAE SI NON ASTU P. exhortatio a periculo.

209 PAMPHILUMNE ADIUTEM AN AUSCULTEM SENI semper deliberativa verba habent quendam sonum, per quem exitus rei demonstratur, ut hic ostendit Pamphilum se magis adiuvaturum quam verbis senis obtemperaturum.

210 2 EIUS VITAE TIMEO ut alibi 'Syre, tibi timui male' (Heaut. 531). 3 SIN OPITULOR opem ferre dicitur in malis rebus et his, qui de salute dubii sint, ut 'fer opem! serva me, o!' (v. 473. Ad. 487). 4 OPITULOR opitulatio dicta ab opem tollendo, hoc est ferendo.

1 SI ILLUM RELINQUO partium tractatus quae supra sunt 'Pamphilumne adiutem an 'auscultem seni'. 5 HUIUS MINAS subauditur 'timeo'.

211 1 CUI VERBA DARE 'verba dare' fallacia scilicet: ad illud spectat 'nihil me fallis' (v. 204). 4 PRIMUM IAM 'primum iam' ὑφέν, est enim ἀναστροφή pro iamprimum. 5 DE AMORE HOC COMPERIT 'hoc amore' sic, quasi cum taedio et reprehensione eius amoris loquatur.

2 * PRIMUM DE AMORE HOC COMPERIT primo, inquit, iam infensus est senex, deinde gravida e Pamphilo est Glycerium. 3 DIFFICILE EST non dixit 'impossibile est', ergo ostendit partem se sequi, quae pro Pamphilo est.

212 2 SERVAT φυλάττει. 3 NE QUAM FACIAM NUPTIIS FALLACIAM hoc ad illud spectat 'tum si quis magistrum cepit ad eam rem improbum, ipsum animum ae.' (v. 192).

1 * ME INFENSUS S. scilicet de amore filii. Senex me servat et revera timendus est; ad hoc in ipsa re maior est difficultas, quia gravida Glycerium.

214 QUO IURE QUAQUE INIURIA proverbiale hoc est, qualia sunt fas nefas, velis nolis.

216 SIVE ISTA UXOR SIVE AMICA EST et hoc quodam taedio et indignatione stomachi interrumpit.

217 1 AUDIREQUE EORUM EST OPERAE PRETIUM 'operae pretium' dicitur de mirificis et laudabilibus; nam et ea quae magna sunt,

etiamsi mala, tamen admiramur et libenter audimus. (*a*) 2 *Et* AUDACAIM proprie dixit, ut in Eunucho 'audaciam meretricum specta' (v. 994).

1 *a* et hoc 'pretium est operae', id est audiendi.

218 NAM INCEPTIO EST AMENTIUM HAUD AMANTIUM amabant veteres de proximo similia dicere, ut Cicero 'minus clarum putavit fore, <quod> de armario quam quod de sacrario fuisset ablatum' (Verr II 4. 27) et quidem si in verbis sunt παρόμοια dicuntur, <si> in nominibus παρονομασίαι.

219 1 QUICQUID PEPERISSET maiorem reprehensionem sonat 'quicquid peperisset': paritur enim aut mas aut femina, et solet iustior causa esse tollendi, si marem uxor peperit: sed amoris nimii non est exspectare quid tollas. 2 QUICQUID PEPERISSET DECREVERUNT TOLLERE decernere est de magnis rebus certam proferre sententiam, unde etiam senatus decretum.

220 1 * ET FINGUNT QUANDAM et argumenti partem narrat et non credit factum esse quod dicit, ut supersit errori locus. 2 * Et 'fallaciam' et 'quandam', ut nec verisimilis sit ipsa fallacia: totius [1]) contemptionis et vilitatis.

221 FUIT QUIDAM OLIM SENEX MERCATOR modo totius summae [2]) argumentum populo narratur, sed ut restet aliquid ad errorem, abrogatur fides. 2 FUIT QUIDAM OLIM SENEX mire a diegematico ad mimeticum transit.

223 1 IS OBIIT MORTEM plene dixit, quod nos obiit tantum; Vergilius 'morte obita' (Aen. 10. 641).

2 CHRYSIDIS PATREM fama est.

224 1 RECEPISSE ORBAM PARVAM 'parvam' dixit ut sit verum non posse eam facile suos agnoscere.

2 FABULAE redit ad narrationem.

225 1 ATQUE IPSIS COMMENTUM P. 'atque' pro at, ut sit tamen.

2 COMMENTUM PLACET quod comminiscuntur, probant.

226 1 SED MYSIS AB EA EGREDITUR παρασκευή alterius scaenae. 2 EGO HINC ME AD FORUM nihil adhuc invenit Davus consilii, nisi ut quaerat Pamphilum moneatque. 3 EGO CETT. vultuose hoc pro-

---

[1]) Pro 'totius' Rabbow et Wessner 'in toto vis'.

[2]) Legendum videtur; totius summa argumenti.

nuntiatur. (*a*) 4 MYSIS semper nomina comicorum servorum aut a nationibus sunt indita, ut Mysis Syrus, aut ex accidentibus, ut Lesbia, velut ebriosa a Lesbo insula, quod ferax est suavissimi candidissimique vini, aut a moribus et vernilitate, ut Pseudulus, aut ex negotio, ut Chrysalus, aut ex qualitate corporis, ut Thylacus, aut ex specie formae, ut Pinacium.

3 *a* ut desit 'pergam' aut 'ducam me'.

4

228 1 AUDIVI ARCHYLIS IAMDUDUM haec sunt inventionis poeticae, ut ad *οἰκονομίαν* facetiae aliquid addant, nam *οἰκονομία* est, ut accersatur obstetrix et conveniatur Pamphilus; facetia scribentis in his verbis est, quod Archylis compotricem potissimum adduci iubere fingitur. 2 AUDIVI A. I. frequenter hoc modo Terentius compendium facit, ut egrediens loquatur persona de eo, quod est gestura, et simul doceat, quid ab altera gestum sit. 3 AUDIVI A. I. utrum 'iamdudum audivi' an 'iamdudum iubes' incerta distinctio est. 4 *Et* sunt qui 'iamdudum' 'quamprimum' intellegunt, ut 'iamdudum sumite poenas' (Aen 2. 103).

229 SANE POL 'sane' multum, valide, namque validus est, qui multum rerum necessariarum habet ad salutem. 2 TEMULENTA produc primam syllabam TE. 3 TEMULENTA vinulenta, hoc est ebriosa, quia temetum vinum, unde abstemius sobrius; dictum autem temetum ab eo quod temptet mentem.

4 * TEMULENTA vino TEMERARIA natura.

230 1 NEC SATIS DIGNA CUI C. P. bene in conclusione illa specialiter probavit dicendo non idoneam, cui committatur primus partus mulieris. 2 Sed mire signateque dixit 'committas', etenim committimus magna et quae salutem in dubio habent. 3 NEC SATIS DIGNA CUI COMMITTAS PRIMO duas res: nec parientem nec primo partu: figura *δύο δι' ἑνός*, ut Vergilius 'non me tibi Troia e. t.' et 'dum domus Aeneae C. i. s.' (Aen. 3. 42, 9. 448).

231 2 IMPORTUNITATEM SPECTATE importunitas neque loci neque temporis habet commoditatem. 3 ANICULAE Archylidis scilicet.

1 TAMEN ADDUCAM redit ad illud 'quamvis coacta'.

232 QUIA COMPOTRIX EST in vultu remansit oratio, deest enim per figuram ἔλλειψιν 'ideo illam vult arcessi'.

233 IN ALIIS POTIUS PECCANDI utrum in aliis mulieribus an in aliis rebus?

234 1 SED QUIDNAM E. exanimatus est perturbatus, ut Vergilius 'exanimata sequens inp. a. m.', exanimus mortuus, ut idem 'corpus ubi exanimum' (Aen. 5. 805, 11. 30). 2 VEREOR QUID SIT 'quid' ob quid, propter quid sit exanimatus, 4 sed quidam putant 'quid' pro quare, ut 'quid veniant' (Aen. 1. 518).

3 Aut aliter 'quid sit' id est: quid sit negotii. 5 Aut deest 'propter', ut sit <propter> quid.

235 NUMQUIDNAM hoc comicum est et Terentianum 'numquidnam', cum exceptis 'num' et 'nam' sufficere ad interrogationem potuisset τὸ 'quid'.

5.

236 1 HOCINE EST HUMANUM FACTUM A I. hic inducitur adulescentis animus circa nuptias, ut ex magnitudine metus ingens gaudium comparetur in fine fabulae cognita Glycerio; et simul id agitur, ut magis magisque per Mysidem Pamphilus excitetur ad resistendum patri nuptias indicenti. 2 HOCINE EST H. F. A. I. ab iracundia et dolore coepit. (*a*) 6 FACTUM AUT INCEPTUM in aliis 'factu aut inceptu' fuit. 7 HOCINE EST OFFICIUM officium dicitur ab efficiendo, ab eo quod quaeritur in eo, quid efficere unumquemque conveniat pro condicione personae.

2 *a* * iracundia ex iniuria descendit, dolor ex miseria. 3 HOCINE (cett.) quasi deliberatio est, in qua duae partes sunt, una patris, altera amicae; pro suasore Mysis est. 4 Principium ab invectione est, in qua primo ut hominem accusat, deinde ut patrem. 5 HOCINE (cett.) hoc est dilatare orationem, ne diceret quod fecit; et est perversa αὔξησις a maioribus descendens ad minora per amplificationem accusationis.

237 1 QUID EST SI HAEC NON CONTUMELIA EST sic dicimus de his, quae necessario hoc sunt, quod dicimus. 2 SI HAEC N. C. E. 'haec' cum stomacho δεικτικόν quasi aliquo contradicente non esse contumeliam: Cicero 'quid est quaeso, Metelle, i. c., si hoc non est?' (Verr. I 8).

238 3 NONNE OPORTUIT oportuisse ad patrem refert, nam nec sic consentiret ad nuptias: sed fac tu me velle: nonne oportuit p. m. a.? dolet autem se spatium non habuisse consilio.

1 UXOREM DECREVERAT DARE SESE MIHI H. decernere est de magnis rebus certam proferre sententiam. 2 UXOREM DECREVERAT propositio iniuriae.

239 1 NONNE ... OPORTUIT quam de stomacho repetitum est oportuit. 2 Et de more 'praescisse me ante'. 6 COMMUNICATUM quia nuptiarum non omnis potestas in patre est.

3 'Praescisse' proprie ad eum refertur, hoc est ad Pamphilum. 4 COMMUNICATUM quod neque huius proprium neque illius est. 5 Et 'ante' abundat aut certe 'prae', cum sufficiat 'scisse'.

241 1 QUID CHREMES transit a patre nunc ad socerum, et redit τὸ 'quid' non ad Chremetem, sed ad illum transeuntis [dicitur] est et non considerantis quid dicat.

240 QUOD VERBUM AUDIO 'verbum' pro ἀξιώματε more suo posuit. (*a*)

a id est 'uxorem dare' quod ait (v. 238).

241 2 QUID CHREMES irascitur patri quod cogat, Chremeti quod neget uxorem. 3 Nove: dolet non odio haberi, non repudiari. 4 QUID CHREMES QUI D. non latuerat Pamphilum repudiasse Chremetem, unde et Davus ait 'qui posteaquam audierat non datum iri filio uxorem suo' (v. 177).

242 1 ID MUTAVIT nove dixit 'id', τὸ 'id' enim ad 'denegarat commissurum mihi gnatam uxorem'. 2 ..... paraverat nuptias, et Chremem mutare sententiam[1]). 3 ID MUTAVIT QUONIAM ME IMMUTATUM παρόμοιον. (*a*).

3 *a* Nam quotiens verba sunt παρόμοιον dicitur, quotiens nomina παρονομασία.

243 1 ITANE O. 'obstinate' facere est aliquid in alterius malum cum conatu facere perseveranter et in alterius perniciem nimis niti. 2 UT ME A GLYCERIO MISERUM A. magna vi usus est verbi et proprietate; unde est illud '<divellimur inde> Iphitus et Pelias' (Aen. 2. 435).

3 * ABSTRAHAT magna indignatione usus est tamquam Chremes non tam filiae consultum velit quam laesum Pamphilum.

---

[1]) Scholium lacunosum et cui dandum sit incertum.

245 1 ADEONE HOMINEM E. I. neminem putat esse in genere humano ita infelicem ut se, quod est commune omnium, qui in aliquo maerore consistunt. (*a*) 2 ADEONE HOMINEM E. I. amatorie amore nominato exsiluit in gemitus; sic Vergilius 'aut si lux a. r., H. u. e.?' (Aen. 3. 311). 4 INVENUSTUM invenustus, cui displicens obicitur, infelix, cui placens negatur. 6 UT EGO SUM ἀνακόλουθον est 'ut', 'quam' enim inferre debuit non 'ut'.

1 *a* * Itaque non se sed condicionem humanam dolet et queritur natum esse quemquam, qui possit esse tam miser ut ipse est, ac per hoc: 'se'. 3 INVENUSTUM AUT I. Q. invenustus est sine Venere, id est sine gratia, quem omnes respuant repudientque pulchrae et quem deformes appetant. 5 * AUT INFELICEM QUEMQUAM UT EGO SUM adeo se miserum dicit, quod sibi repudiare non licet, ut propter se doleat humanum genus, in quo sit aliquis tam miser, ut Vergilius 'cadit in quemquam' (Ecl. 9. 17).

246 1 PRO DEUM ATQUE H. F. quam ferveat indignatione, hinc aspice, quod frequenter exclamat.

2 PRO DEUM A. H. F. alia exclamatio est adversum socerum.

247 EFFUGERE 'effugere' in totum fugere.

248 2 QUOT MODIS C. Pamphilus an Chremes? 1 (QUOT MODIS C. S.) si 'Chremes spretus', intellegeremus Pamphilum dicere, quod operam dederit, ut se repudiaret Chremes, ut supra dixit 'mutavit quia me immutatum videt' (v. 242). 3 ACTA AC TRANSACTA proverbiale est in id negotii, de quo nihil supersit ad agendum.

4 FACTA a Pamphilo, TRANSACTA a Chreme.

249 2 *Et* tale est in Eunucho 'exclusit, revocat' (v. 49).

1 REPUDIATUS R. quasi et haec iniuria sit, repudiare et repetere.

250 1 ALIQUID M. A. (*a*) sic alibi 'quid hominis uxorem habes'? (Hec. v. 643). 2 *Et* mutavit genus dicendo 'ea', quod femina est; sic in Eunucho 'taces? monstrum h., n. d.?' (v. 695).

1 *a* * duplex contumelia est et 'monstri' et ,aliquid'; minus enim esset 'aliquod monstrum'. 3 ALIQUID M. A. EA dum 'monstrum' dixerat 'ea' subiunxit, tamquam non verbis sed sententiae serviens.

249 3 NISI ID EST QUOD SUSPICOR coniecturale argumentum.

250 4 EA QUONIAM HOMINI OBTRUDI mire 'obtrudi'' quasi invito; et totum cum iracundia. 5 OBTRUDI infligi, impingi.

251 1 ITUR AD ME dotem amator non cogitat et ad utilitatem trahit, quod ultro venit et quod se repetit Chremes. 2 ITUR AD ME quasi ad hostem, Plautus in Pseudulo 'itur ad me' (v. 453) et Vergilius 'simul ense recluso ibat in Euryalum' (Aen. 9. 423) proprie. 3 ORATIO HAEC ME M. etiam pauca verba veteres orationem dicebant.

252 2 NAM QUID EGO DICAM DE PATRE redit ad patrem, in quo nove hoc accusat, neglegenter eum agere, quod nolit fieri.

1 NAM cett. quasi dicat: quid ego de patre dicam, qui alienum accusaverim Chremetem?

253 1 TANTAMNE REM T. N. summum voti ac nuptias.

2 PRAETERIENS MODO hic specialiter ostendit, quid peccaverit pater. 3 PRAETERIENS MODO M. A. F. undique conflatur accusatio: ex facto quod 'praeteriens', ex tempore quod 'modo', ex loco quod 'in foro', ex modo et verbis <'uxor tibi d. e. h.'>

254 UXOR TIBI D. E. H. mire 'ducenda': semper hoc genus declinationis necessitatem ostendit, ut Vergilius 'aut pacem T. ab r. p.' (Aen 11. 230), Sallustius 'agendum atque obviam eundum est, Q.' (fr. I 55.).

255 ID MIHI VISUS EST D. A. C. A. S. T. ad 'hodie' cito rettulit, ad 'uxor tibi ducenda est' suspende te.

257 1 AUT ULLAM CAUSAM I. S. F. duo patent in defensione: aut vera aut ad tempus accomodata. 2 Ineptum est, quod a quovis reprehendi potest, falsum est, quod etiam prudentem possit fallere.

258 3 QUOD SI RESCISSEM ὑποφορά.

1 QUOD SI EGO RESC. ID P. si mecum communicasset prius. 2 QUID FACEREM SI QUIS M. R. ipse se reprehendit.

259 1 UT HOC NE FACEREM ut tacerem: 2 Et nota 'facerem' pro tacerem. 3 SED NUNC QUID PRIMUM E. deliberatio et partes eius.

261 1 AMOR MISERICORDIA haec oratoria sunt, cum unum negotium in multas distrahimus partes. 3 MISERICORDIA ἀμφβολία. (*a*)

2 AMOR a necessario, MISERICORDIA ἀπὸ τοῦ ὁσίου. 3 *a* NUPTIARUM SOLLICITATIO a perturbatione; quibus colligit consulere se non posse.

260 DIVERSE TRAHUNT pro in diversa.

261 4 SOLLICITATIO sollicitudo est quae inhaeret mentibus, sollicitatio quae ab alio fit.

262 1 TUM PATRIS PUDOR QUI ME TAM L. P. hoc ad illud spectat 'tute his rebus f. p.' (v. 151). 2 TUM PATRIS PUDOR ἀμφιβολία.

3 QUI ME TAM LIBERALI P. explanatio, in quo pudendum sit apud patrem.

263 1 EINE EGO UT ADVERSER pronomen hoc vim qualitatis habet et est tali, tam bono.

262 4 QUI ME T. L. P. atqui accusabat eum: sed amator est.

263 2 EINE EGO UT ADVERSER videtur inclinasse, ut secundum patris animum consisteret, sed amore ad incerta iterum revolvetur.

264 QUORSUM ACCIDAT ad quam rem, quo versum.

265 1 SED NUNC PEROPUS EST AUT HUNC CUM IPSA AUT calliditati femineae et astutiae sententia haec congruit. 2 CUM IPSA 'ipsa' nunc domina mea. 3 ADVERSUM HUNC apud hunc; alibi 'et id gratum fuisse adversum t. h. g.' (v. 42).

266 DUM IN DUBIO EST ANIMUS P. M. H. V. translatio haec est a mole alicuius ponderis, quae antequam in loco sederit, cum incerta pendet facillime commovetur.

267 1 QUISNAM HIC LOQUITUR MYSIS SALVE hoc secum; deinde conversus vidit. 2 SALVE difficile est invenire aliud verbum, quod sic declinetur <ut> SALVE et SALVETE, quippe huius verbi per modos rara est declinatio. 4 QUIS HIC L. principium Terentianum in iungendis personis. 4 O SALVE PAMPHILE 'o' interiectio est optantis adventum aut repente percussi. 5 QUID AGIT amatorie et familiariter non addidit quae: Vergilius 'quae mihi reddat eum vel eo me solvat amantem' (Aen. 4. 479). 6 ROGAS lenta quaedam et tristis responsio est et dolore plena.

268 1 LABORAT EX DOLORE duplicem laborem Glycerii esse dicit: unum partitudinis, alterum curae et sollicitudinis Pamphili nuptiarum. 2 LABORAT EX D. A. E. H. M. S. D. callide aggreditur iuvenem, nam utrumque propter illum perpetitur, et dolorem et sollicitudinem. 3 ATQUE EX HOC M. S. E. D. Mysis, quae contra patrem suasura est, incertum inveniens Pamphilum facile ad se convertit mentione dominae suae et maxime <eo>, quod addidit, ut illam aegram esse dicat: qua re statim perfectum est quod volebat, 'egone istuc conari queam?' ut dicat Pamphilus.

269 1 QUIA OLIM IN HUNC SUNT CONSTITUTAE NUPTIAE [1]) nec addidit 'a patre', sed invidiose, quasi et a Pamphilo sint constitutae, 3 (IN HUNC SUNT C.) idem enim dies est, quo placuerant destinatae nuptiae, quamvis Chremes renuntiaverit: 4 *et* supra 'hic nuptiis dictus est dies' (v. 102). 5 TUM AUTEM HOC TIMET 'tum' praeterea: tertiam sollicitudinem (cf. 268. 1) habere Glycerium ostendit, ne deseratur a Pamphilo; <sed> sollicitudo rerum incertarum magis, hic certior metus est et gravior.

2 <***> an 'timet' in negotio <***> [2])

270 2 EGONE ISTUC C. Q. non 'perficere' sed 'conari': velle aliquid ad scelus effectio est, etiam si non potest fieri; hic enim voluntas non factum damnatur, ut Vergilius 'ausi omnes i. n. a. p.' (Aen. 6. 624).

1 EGONE ISTUC CONARI QUEAM ideo sic Pamphilus, quia illa invidiose non 'deserere cogaris' dixit, sed 'deseras'. 3 Ergo 'conari' levius est quam 'facere'.

271 1 EGONE PROPTER ME ILLAM magna vis est in pronominibus: et diversa sunt et singula et non praecipitantur nec dicuntur uno spiritu, sicut in Eunucho 'egone illam, quae illum, quae me'. (*a*)

1 *a* 'quae illum' id est amat, 'quae me' id est non amat. 2 EGONE evidenter subauditur 'id fieri sinam.'

272 1 QUAE MIHI SUUM A. ab eius beneficiis. 2 SUUM ANIMUM quantum ad amatorem pertinet. 3 ATQUE OMNEM VITAM hoc est: ut maritum speraret. 4 QUAE MIHI SUUM A. A. O. V. C. argumenta a consequenti: si eam deserit, haec subiciuntur.

273 QUAM EGO ANIMO <EGREGIE> CARAM PRO UXORE HABUERIM <ut> 'nihil <egregie> praeter cetera s.' (v. 58).

274 1 BENE ET PUDICE EIUS DOCTUM hic illud solvitur 'lana et tela victum quaeritans' (v. 75), ut hoc praestruat bene et pudice Glycerium esse eductam; <nam> 'lana et tela victum quaeritans' non pertinet ad argumentum, nisi propter vitam Glycerii intellegas.

2 BENE ET PUDICE ab honesto. 3 * BENE (cett.) hanc sententiam quasi de exemplo probat, nam bene educta etiam Chrysis est, quae 'primo pudice vitam parce ac duriter agebat' (v. 74).

---

[1]) Aliquid intercidisse videtur.

[2]) Scholium corruptum.

275 1 COACTUM EGESTATE propterea quod Chrysis 'inopia et cognatorum n. c.' (v. 71).

2 * COACTUM EGESTATE non 'paupertate' sed 'egestate', cui contrarium 'inopia et cognatorum n.'

276 HAUD VEREAR SI IN TE S. S. S. acuit animum adulescentis contra patrem, cuius etiam nomen grave est.

277 3 *Et* UT QUEAS ne non possis: non damnatio est virium adulescentis, sed provocatio in contemptum patris. 5 IGNAVUM quod adversum necessitatem proferendum fuit, id primum dixit: adesse sibi virtutem; quae sequuntur ad fidem pertinent: ita pro tempore contemptum patris pro fortitudine habet. 6 IGNAVUM ignavus est, qui vim non potest ferre, qui non est perseverans.

1 SED VIM UT Q. F. et hic 'vereor' subauditur. 2 'Ut' pro ne non posuit, ut sit, sed vereor, ne non queas vim patris ferre. 4 ADEON ME IGNAVUM an verisimile.

278 1 ADEON PORRO INGRATUM 'porro' coniunctio est expletiva, alias adverbium temporis. 2 IGNAVUM ET INGRATUM αὔξησις est.

3 INHUMANUM AUT F. post subiecta dixit[1]. 4 * ADEON PORRO INGRATUM AUT INHUMANUM mira omnis conversio: non enim dixit: 'adeon me obsequentem patri existimas, adeo gratum, adeo pium, adeo mansuetum'. Ita amatoris per omnia servat condiciones, ut oratorie hoc cogatur scelus esse, si pareret nunc patri.

279 2 UT NEQUE ME CONSUETUDO NEQUE AMOR 'consuetudo' adversus feritatem 'amor' adversus inhumanitatem 'pudor' adversus ingratum animum.

1 * UT NEQUE ME CONSUETUDO NEQUE AMOR non ordinem reddidit: 'ferum' enim reddidit ad mansuetudinem[2], qua etiam ferae mansuescunt; 'neque amor' ad illud 'inhumanum': amor namque vehementior est in homines. Vergilius 'quid iuvenis, m. c. u. i. o. i. d.?' (Ge. 3. 258), 'pudorem' ad 'ingratum' rettulit.

280 1 COMMOVEAT NEQUE COMMONEAT αὔξησις ad maiora.

279 3 UT NEQUE CONSUETUDO NEQUE AMOR ἀπόδοσις ad superiora.

280 2 UT SERVEM FIDEM exquisite: non dixit ut contemnam patrem.

281 1 UNUM HOC SCIO HANC MERITAM in eodem haeret, ut excitet iuvenem, neque audire se fingit quae dicit. 4 UNUM HOC SCIO

---

[1]) Wessner pro 'post' propter dedit, sed vel sic haec non intellego.
[2]) Wessn. recte consuetudinem.

quasi dicat, quid tu facturus sis equidem nescio, sed unum scio. 5 UT MEMOR ESSES SUI invidiose quasi oblito: adeo commovetur hoc dicto Pamphilus.

2 * UNUM HOC SCIO vide quam callida sint, quae a Myside subiciuntur ad irritandam promissionem Pamphili. 3 * UNUM HOC SCIO subicit illa quod ardentem incendat magis; nam dixit ille omnia, quibus cogitur fidem servare, sed merito eius aut nihil addixit aut parum. 6 * UT MEMOR ESSES SUI bene praeterito effert, quoniam quae praeterita sunt, in recordatione magis lacrimabilia et miserabilia sunt, ut Vergilius 'c. p. I., cui pater etc. q. t. d. r.?, idem alibi 'per caput h. i.' cett. (Aen. 2. 677, 9. 300).

282 2 ETIAM NUNC SCRIPTA id argumentum est quam vivae memor sit, qui etiam verborum mortuae meminerit Chrysidis de Glycerio.

1 * O MYSIS MYSIS primum vocandi, alterum increpandi est.

284 2 IAM FERME M. M. V. ex tempore probavit locutam vera esse et non ficta et simulata. (*a*).

1 IAM FERME MORIENS 'ferme' adverbium est festinantis. 2 (*a*) nam qui sani sunt, spe longioris vitae adulantur, Vergilius 'et dulcis m. r. A.' (Aen. 10. 782). 3 IAM FERME MORIENS affectus a tempore, quod postrema vox erat.

285 1 ACCESSI VOS SEMOTAE NOS SOLI figurae proprie Terentianae, ἀσύνδετον et ἔλλειψις, (*a*) ut est illud 'egone illam q. i. q. m.' (Eun. 65). 4 Inceptio dicitur orationis, quae longa taciturnitate meditate graviterque profertur, Vergilius 'tum pater omnipotens, r. c. p. p. i.' (Aen. 10. 100). 5 VOS SEMOTAE N. S. habuit fidem, quod soli fuimus, quod nemo testis. (*a*)

1 *a* 'vos semotae' deest 'estis', 'nos soli' deest 'remansimus'. 2 INCIPIT deest 'dicere'. 3 Praeparatio et quasi vestibulum orationis. 5 *a* an timuit, ne hoc pater ante firmatum amorem cognosceret?

286 1 MI PAMPHILE μίμησις per prosopopoeiam, (*a*) 2 imitatus est etiam blandimentum Chrysidis. 4 HUIUS FORMAM ATQUE AETATEM duplex causa commendationis: formae et aetatis, et supra (108) 'forte unam aspicio adulescentulam' (sqq.). 5 MI PAMPHILE vide redditam voci morientis densis intervallis intersumptam orationem utpote lasso anhelitu interveniente.

1 *a* et principium a blandimento. 3 * HUIUS FORMAM A. A. amat compendium lassitudo: 'formam' enim dicendo pulchritudinem significat, 'aetatem' quod parva.

287 UTRAEQUE UTILES legitur et 'inutiles sient'.

288 2 ET AD REM TUTANDAM ἀπόδοσις.

1 ET AD PUDICITIAM quia 'formam' dixit, ET AD REM TUTANDAM quia dixit 'aetatem'.

289 2 PER HANC DEXTERAM tenet eam, ut apparet. 4 ET INGENIUM legitur et 'genium'.

1 QUOD TE PER HANC DEXTERAM 'quod' propter quod, ut Vergilius 'quod te per superos' (Aen. 2. 141) 3 PER HANC DEXTERAM fidei et foederis membrum et manum conventionis.

290 PER HUIUS SOLITUDINEM legitur et 'sollicitudinem'.

291 3 <NE ABS TE HANC SEGREGES NEU DESERAS> hoc est: ne aliam ducas aut amare desinas, etiamsi non [1]) ducas aliam. 7 TE OBTESTOR sextum παρέλκον, dixit enim iam 'quod ego te per hanc dexteram oro. (v. 289).

1 OBTESTOR obtestatio dicitur, quando eum adiuramus, quem rogamus per eas res, propter quas rogamus, ut Vergilius 'per eversae, g. f. T. e. o.' (Aen. 10. 45). 2 * NE ABS TE HANC SEGREGES N. D. ad 'fidem' 'ne segreges' rettulit, ad 'solitudinem' 'neu deseras'. 4 NE ABS T. H. quasi ipsam amantem. 5 HANC S. propter formam et aetatem, — 6 SEGREGES hoc verbum simplex fieri non potest. — NEU DESERAS propter amorem.

292 1 SI TE IN GERMANI FRATRIS 'si' tunc dicimus quando praestitimus aliquid et tamen nolumus exprobrare, ut Vergilius 'si qua tuis umquam' cett. et alibi 'si bene quid de te merui' (Aen. q. 496, 4. 317).

2 IN GERMANI FRATRIS nec 'fratris' solum, sed etiam 'germani'.

293 SIVE HAEC TE SOLUM si aut mihi quoque te praetulit aut nullum alium noverit amatorem in domo meretricis.

295 1 TE ISTI VIRUM DO haec, ut diximus (ad v. 271), et singula sunt et non praecipitantur nec dicuntur uno spiritu. 3 TUTOREM quasi orbae, PATREM quasi parvae.

2 AMICUM TUTOREM PATREM potest enim et maritus esse et non amicus; sed <ad> affectum mariti rettulit.

294 SEU TIBI MORIGERA FUIT hoc quasi amanti, ut ille 'fuit aut tibi quicquam dulce m.' (Aen. 4. 317).

295 6 TE ISTI VIRUM DO A. T. P. apparet, quod iungens dexteras haec dicebat. (*a*).

4 'Virum' 'ne segreges' 'amicum' 'ne deseras', et <ad> illud quod ait 'ad pudicitiam' 'patrem'. 5 Conclusio per mandatum et obtestationem efficax satis. 6 *a* ideo et supra (v. 289) 'per h. d.'

---

[1]) Wessn. 'nunc'.

296 1 BONA NOSTRA HAEC TIBI haec verba quasi supellectilem suam ostendentis sunt. 2 BONA NOSTRA hoc est 'ad rem tutandam' (v. 288).

297 1 HANC MIHI IN M. D. confirmatae sunt legitimae nuptiae per manuum conventionem; 2 et mire 'hanc' non 'huius manum'. 3 MORS CONTINUO IPSAM O. quo magis memorem esse oportet eorum, post quae illa nihil locuta est.

298 1 ACCEPI 'accepi' proprie quasi uxorem.

2 ACCEPI A. S. conclusit partem deliberationis suae per electionem.

299 1 OBSTETRICEM A. quae opem tetulerit obstetrix dicitur, unde et parturientes 'fer opem' clamant. 3 <SED CUR TU ABIS AB ILLA> non est interrogantis sed corripientis et increpantis, quod Glycerium deserat. 4 PROPERA ATQUE AUDIN et interrogatio quo eat et revocatio ad argumentum magni amoris accedit.

2 SED CUR TU ABIS A. I. corripit, unde abeat ab illa.

300 1 VERBUM UNUM CAVE D. N. deest 'dicas': figura ἔλλειψις. 2 VERBUM CETT. non quo hodie futuras nescierit Glycerium, sed quod illas hodie indixerat pater filio, cum supra et Pamphilo et Glycerio disturbatae viderentur: 'quia sunt constitutae in hunc diem' (v. 269). 3 CAVE adnotant quidam 'cave' hic corripiendum esse. 4 NE AD MORBUM HOC ETIAM iterum ἔλλειψις, deest enim 'accedat'.

II

1.

301 1 QUID AIS BYRRIA D. I. P. H. N. in hoc colloquio altera pars ostenditur fabulae, si quidem Andria ex duorum adulescentium periculis gaudiisque componitur, cum fere solam Hecyram Terentius ex [1]) unius comoediam adulescentis effecerit. 2 QUID

---

[1]) Rabbow et Wessner pro 'ex' dederunt 'et'. Legendumme 'ex omnibus' an expungendum 'ex'?

AIS B. CETT. has personas Terentius addidit fabulae — nam non sunt apud Menandrum, — ne παθητικόν fieret Philumenam spretam relinquere sine sponso, Pamphilo aliam ducente. 3 QUID AIS ex verbis Charini apparet Byrriam nuntiasse futuras nuptias Pamphilo; nec adducitur tamen ut statim credat et accommodet animum; saepius ergo repetit interrogando. 4 *Et* bene 'illa': amatorie, velut de certa loqueretur persona; sic Vergilius 'solam nam' cett. (Aen. 4. 421). (*a*) 5 QUID AIS BYRRIA miratur magis quam interrogat. (*a*) 6 SIC EST hoc cum indignatione stomachi dixit.

4 *a* ergo non 'Aeneas' sed 'ille', et item hic non 'Philumena' sed 'illa' dixit. 5 *a* vel potius indignatur.

302 1 QUI SCIS non vult enim verum esse, qui quaerit unde hoc scis? 3 VAE MISERO MIHI tandem aliquando perductus est ut crederet. 4 VAE interiectio est in his rebus quas exsecramur. 5 APUD FORUM M. E. D. A. plurima dicit ad confirmandum Byrria quod interrogatus est. (*a*)

2 APUD FORUM CETT. de loco 'apud forum', de tempore 'modo', de persona 'e Davo'. 5 *a* a loco, a tempore et a persona.

303 1 USQUE ANTE HAC id est: antequam tua verba audirem. 3 ATTENTUS FUIT ut 'attentus auditor' dicitur. 4 USQUE ANTE HAC ATTENTUS nulla praepositio praepositioni adiungi separatim potest, sed 'usque' eiusmodi est, ut sine aliqua praepositione raro inveniatur.

2 Et duas praepositiones posuit, ut videtur, sed unum est totum 'antehac'. Vel 'usque' adverbium nunc, non praepositio.

304 2 LASSUS CURA C. <'lassus'> adempta attentione, 'cura confectus' confirmato timore, 'stupes' abiecta spe.

1 LASSUS C. C. si 'lassus cura' ex praeterita spe nunc 'confectus' est [1]), sicut vulneratus vel percussus, ut sanari non possit.

305 1 QUAESO EDEPOL obiurgantis est 'quaeso'. (*a*)

1 *a* vel rogantis. 2 QUONIAM NON POTEST ID FIERI Q. V. I. V. Q. P. consolatio, ad id quod fieri non potest, <id quod fieri potest> suadens.

306 1 ID VELIS QUOD POSSIT proverbiale est. 2 NIHIL VOLO ALIUD N. PH. hoc magis gemitu amatorio quam ut responderet Byrriae. (*a*)

---

[1]) Non intellego; legendumne 'sic lassus c.' etc.?

2 *a* * et quasi magis Philumenam velit quam vitam et lucem, idem alibi (Ad. 104) 'in eo me oblecto, solum id e. carum m'. — non enim dixit 'nullam volo aliam quam Philumenam', sed 'nihil volo aliud' quod infinitum est.

307 1 QUANTO SATIUS EST TE I. D. O. QUI 'qui' pro ut. 2 QUI ISTUM AMOREM AB ANIMO A. legitur <et> 'ex corde eicias'.

310 1 TU SI HIC SIS ALITER SENTIAS 'hic' gestu scaenico melius commendatur, nam haec magis spectatoribus quam lectori scripta sunt; (*a*) et est 'hic' pronomen. 2 SED PAMPHILUM VIDEO sed inceptivum est, (*a*) ut Sallustius'' sed Metellus in ulteriorem H' (fr. 68), non discretivum. (*b*) 3 AGE AGE UT C. adversus haec non habuit, quid loqueretur. (*a*)

1 *a* 'hic' ergo se ipsum ostendens dicit. 2 *a* pro, 'atque eccum Pamphilum'. *b* ut si dicas: s a p i e n s s e d m i s e r, hoc enim discretivum est. 3 *a* et est permissio reprobantis ea, quae sentit.

312 1 Per ἀποστροφήν finguntur <***>.

311 OMNIA EXPERIRI CERTUM EST idem alibi 'omnia prius experiri' q. a. s. d.' (Eun. 789); Vergilius quoque hanc posuit sententiam 'ne quid inexpertum f. m. r.' (Aen. 4. 415).

312 2 IPSUM HUNC O. H. S. bene 'ipsum' quasi auctorem et principem rei; refertur etiam ad dignitatem. 5 HUNC ORABO H. S. prooemia sunt petitionis, quibus ostendit poeta rationem, qua nova et improba res tamen petitur.

3 IPSUM HUNC ORABO H. S. * o r a m u s quae bona sunt, s u p p l i c a m u s in adversis malis vel cum lacrimis. 4 AMOREM HUIC N. M. nec 'studium' aut 'voluntatem' sed 'amorem', nec 'aperiam' sed 'narrabo' dixit: totum magnifice.

313 1 UT ALIQUOD SALTEM N. P. D. desperatis rebus solam petentes salutem hoc utimur verbo 'saltem'. 2 PRODAT proferat, prolatet, differat: Lucilius in quinto (fr. 32 M.) 'an porro prodenda dies sit'.

314 1 INTEREA FIET A. S. tale hoc est, quale illud (v. 398) 'interea aliquid acciderit boni'; sed nihil illum dixisse poeta per servum ostendit dicendo 'id aliquid nihil est'.

2 FIET ALIQUID ut supra 'impetrabo' (v. 313).

315 1 ADEON AD ILLUM consuetudine magis quam ratione dicitur, unum <'ad'> enim abundat. 2 QUIDNI SI NIHIL I. aut QUID

NISI NIHIL IMPETRES? in utraque idem sensus est, sed superior per ironiam, inferior per simplicem explanationem solvitur.

3 Et si 'quidni' legeris subaudiendum 'adeas' ut sit: quidni adeas, ut te arbitretur' cett. 4 QUIDNI S. N. I. 'nihil' ironia videtur dictum: quidni? si nihil petas? quoniam petitionem saepe impetratio sequitur.

318 1 CHARINUM VIDEO S. non imperite Pamphilum priorem loqui fecit, sed ut fiduciam det Charino loquendi; quod et Vergilius eleganter 'heus, inquit, iuvenes' cett.; (Aen. 1. 321).

2 * CHARINUM VIDEO ad hoc prior incipit Pamphilus, ut ad confessionem Charini non nimis clausa prae pudore sit via.

319 1 AD TE VENIO SPEM SALUTEM A. C. E. eleganter, quoniam demens et improbum est, quod petit, novissimum posuit 'consilium', ut si non possit concedi, vel consilium expetat ad sanandam dementiam. Cicero 'tu da salutem, qui spem dedisti' (Lig. 30).

2 SPEM cett. ut in petitionibus fieri solet, beneficium petens utitur partibus deliberativae.

320 2 NEQUE POL CONSILII <L. H. N. A. A.> C. his duobus ostendit etiam sese amatorem.

1 NEQUE cett. <neque consilii locus> apud amantem neque auxilii facultas apud inopem.

321 1 SED ISTUC QUIDNAM EST hoc si non adderet locus confitendi amoris Charini nullus fuisset (cf. v. 322).

329 3 NEQUE POL CONSILII L. H. quia sum miser.

321 2 HODIE UXOREM D. vide miram interrogationem ante confessionem. 3 AIUNT 'aiunt' de ea re dicimus, quam volumus esse falsam.

322 1 SI ID FACIS H. P. M. V. nihil prius quam moriturum dixit pudenda dicturus. 4 *Et* 'postremum' modo adverbium est.

2 Plus dixit, quam si moriturum dixisset. 3 HODIE P. M. V. a necessario, quia vivere non potest.

324 1 SPONSAM HIC TUAM A. nulla cunctatione Byrria, sed facilitate servili paratissime narrat. 2 NE ISTE HAUT M. S. 'ne' valde, ut Cicero 'ne i. u. e.' (Cat. 2. 6); 5 hoc est: valde iste, inquit, non mecum sentit: idem amat, quod ego odi. 6 NE ISTE H. M. S. 'ne' valde aut, ut quidam volunt, o quam. Lucilius

in decimo: 'nc, Marce, bovem descripsi magnifice inquit'. (Marx v. 388).

3 Sensus est: hic non id amat quod amo, nec id odio habet, quod odi. 5. * SPONSAM H. T. A. callide et 'sponsam' et 'amat', hoc est: neque adhuc uxor tua est neque aliquid admisit, qui amat tantum.

325 AH PAMPHILE artificiose Terentius personam expressit nuptias recusantem et τὸ πρέπον virgini reservavit.

326 1 QUAM VELLEM utique 'vitiatam', ut esset causa recusandae. 2 NUNC SE PER AMICITIAM suam et Pamphili dicit. 3 ET PER AMOREM OBSECRO 'per amorem' suum tantum circa virginem.

327 1 PRINCIPIO UT NE DUCAS sufficeret dixisse 'ne ducas'. 4 SED SI ID NON POTEST hoc ad patrem rettulit.

2 DABO EQUIDEM OPERAM plus promisit quam ille poposcit. 3 SED SI ID NON POTEST deest 'fieri'.

328 1 AUT TIBI NUPTIAE H. S. C. hoc ad Pamphilum pertinet (cf. 327 4) non enim unum et idem est (*a*). 3 Acute <***> [1]).

1 *a* nam si idem esset, 'tibi nuptiae hae sunt cordi' supervacuum esset additum. 2 CORDI animo.

327 5 DABO E. O. pronuntiatione levandum est: plus enim dixit 'dabo operam', quam si diceret 'non ducam.

328 4 SALTEM ALIQUOT DIES P. D. P. A. N. V. primo quae maiora sunt petit, postremo quae ex his videntur minima, et hoc arte ut 'incute vim ventis', ad postremum: 'aut age diversos et disice c. p.' (Aen. 1. 69).

329 1 PROFER prolata, produc, differ. 2 DUM PROFICISCOR A. N. V. 'aliquo' dixit, ut exsilium esset incertum. 3 AUDI NUNC IAM correptio est impatientis, qui non sinat <non> audire [2]).

330 1 EGO CHARINE sententiae, quae pronominibus incipiunt, seria semper et vera promittunt: Vergilius 'me natam n. v. s. p.' (Aen. 12. 27). 2 EGO CHARINE NEUTIQUAM OFFICIUM sensus hic est: non puto, inquit, liberum hominem, qui cum nihil praestet, deberi sibi gratiam poscat. Ergo cum nihil tibi praestem, nolo mihi gratias agas: non enim tui causa fugio, quam, priusquam me peteres, magis nolebam ducere, quam tu cupis.

---

[1]) Cf. quae supplevit Rabbow in v. 1. Wessn.

[2]) Inserui 'non', nam 'impatiens' est Pamphilus, cf. 399, 5.

331 1 CUM NIHIL MEREAT merere est aliquid mercedis pro labore sumere; cum dicimus 'nihil meretur' hoc intellegitur: nihil mercedis dignus est accipere; (*a*) 2 vel alio modo dicitur: 'cum is mereat', id est praestet, ut 'quique sui memores aliquos f. m.' (Aen. 4. 334), et 'numquam regina negabo promeritam'; et e contrario laedit 'quid commerui aut peccavi, pater'? (Andr. v. 139). 5 ID GRATIAE PONI SIBI addi in gratiam suam.

1 *a* NEUTIQUAM una pars orationis est pro nequaquam. 3 CUM IS NIHIL MEREAT laboret et mereatur, vel: mercedis petere debeat ut 'quid meret machaera' Plautus in Pseudulo (v. 1185). 4 POSTULARE ID GRATIAE PONI SIBI aut 'id' propter id[1]) aut 'id' quod nihil mereat. 6 Id est: sibi gratiam mereri.

332 NUPTIAS EFFUGERE EGO ISTAS M. QUAM TU A. interposita distinctione vultuose hoc dicitur. (*a*)

a hoc est cum gestu.

333 1 REDDIDISTI ANIMUM plus dici non potest. 2 AUT TU AUT HIC BYRRIA 'hic' δεικτικῶς: quasi efficaciorem ostendit.

3 Ergo ad comparationem alterius affertur.

334 3 FACITE FINGITE INVENITE mire exprimit animum Pamphili nuptias metuentis, cui quicquid dixerit parum est. 4 QUI DETUR TIBI 'qui' pro quemadmodum.

1 FACITE FINGITE I. E. fit quod verum est, fingitur quod falsum est, invenitur ne temere fiat. 2 Invenite ergo cogitate dixit, post cogitationem efficite, id est in effectum perducite: Sallustius 'nam et priusquam incipias consulto et, cett.' (Cat. 1. 6).

335 1 MIHI NE DETUR veteres frequenter 'ne' pro non dicebant. 3 *Et* recte: utriusque opera opus est; non enim continuo ducet Charinus, si non duxerit Pamphilus. 4 SAT HABEO sic antiqui pro 'sufficit' satis habeo dicebant.

2 EGO ID AGAM MIHI non dixit 'ego non instabo ut ducam', sed quod est amplius <'ego id agam m'.>. 5 An velut habundabant?[2])

336 AT TU HERCLE HAUD QUICQUAM deest: effers, dicis, nuntias.

337 1 NISI EA QUAE NIHIL OPUS SUNT, hoc est 'daturne illa hodie nuptum Pamphilo?' et 'sic est; apud forum modo e Davo au-

---

[1]) Sic probabiliter Rabbow pro codd. lectione 'postulare'.

[2]) Vide Wessnerum in v. 1.

divi' (v. 301 31.), quod memor est Charinus se non libenter audisse. 2 FUGIN HINC comminantis est et abigentis a se. 3 EGO VERO AC LUBENS nemo liber fugit nisi necessitate coactus, hic etiam 'libens' dixit, quod est libenter.

2.

336 1 DI BONI BONI QUID P. haec scaena consilium continet personarum ad quas maxime pertinet argumentum, et hic est locus, in quo ut fieri solet fortuna mixta rebus dispositis magnas turbas dat. 2 DI BONI B. Q. P. non mirum quod insolentius Davus exsultat, qui ut Simo dicebat (v. 174), timidus fuit, ut ipse Davus (v. 175), etiam desperavit ex nuptiarum terrore, quas nunc falsas comperit. 3 DI BONI BONI Q. P. ex proximo repetivit bis, sed tamen alterum nominativo plurali, alterum genetivo singulari dictum est. 4 BONI QUID PORTO non solum enim corpore sed etiam animo portamus tam bona quam mala; sic alibi 'ne quid Andria a. m.' (v. 73).

339 UT METUM IN QUO NUNC EST CETT. ordine locutus est: prius enim metum adimere, sic demum gaudio perfundere. Hic ordo etiam in laude servatur.

340 2 NESCIO QUID adverbiale.

1 LAETUS EST NESCIO QUID deest 'propter', ut sit: propter nescio quid.

342 EXANIMATUM Q. perterritum et perturbatum.

343 SED UBI QUAERAM QUO NUNC in omnes se versat partes, quaerens quo dirigat cursum.

344 2 HABEO inveni; legitur et 'abeo', ut merito illi dicatur 'resiste.' 3 QUIS HOMO EST QUI ME O PAMPHILE ante vidit, quam compleret orationem.

1 ABEO videtur quasi constitisse, dein quasi elegisse quo pergat.

345 1 EUGE CHARINE 'euge' modo pro interiectione positum est. 2 AMBO OPPORTUNE deest 'adestis', non: 'opportune vos volo'.

346 1 DAVE PERII proprium dolentibus praefestinare ad indicanda quae dolent. 2 ἀπόλωλα. 3 DAVE PERII habet non nullum affec-

tum, quod addidit 'Dave'. 4 QUIN TU HOC AUDI 'quin' modo pro *immo*, alias *quare non* (Ad. 247).

347 1 MEA QUIDEM HERCLE C. certa sententia est: videtur Charinus plus dixisse 'interii' quam Pamphilus 'mea quidem hercle certe in dubio vita est', sed non est hoc; plus enim Pamphilus dixit: nam qui vivit, non potest interisse, is autem qui vivit, potest in dubio vitam habere; ideo et iuravit 'hercle' et adfirmans iusiurandum 'certe' addidit. 3 ET QUID TU SCIO mira compendia, quae contrahit poeta longitudine fabulae nec tamen perdit affectus personarum.

2 * HERCLE CERTE bene 'certe', quasi illud 'interii' falsum sit. Ita Pamphilus plus fecit periturum se esse dicendo, quam Charinus interisse. 4 ET QUID TU deest 'timeas'.

348 1 ET ID SCIO ἐν ὑποκρίσει, tamquam dicat 'nihil est'. 2 ET ID SCIO legitur <et> 'etsi scio'. 3 HODIE tempus addidit tamquam rem sciens. 4 OBTUNDIS idem saepe repetendo dicere *obtundere* est: translatio a fabris, qui saepe repetunt tundendo aliquid malleo et idem obtundunt atque hebetant. 5 OBTUNDIS TAMETSI sincerius est et melius subdistinguere.

349 3 UT DUCAS pro *ne non* 'ut' posuit.

1 ID PAVES NE DUCAS deest 'ob' ut sit: ob id; hoc autem Pamphilo dicit. 2 TU AUTEM UT DUCAS hoc Charino.

350 1 ATQUE ISTUC IPSUM NIHIL P. E. ἐν ὑποκρίσει: ille enim hoc idem dixerat cum exclamatione, quod quasi vanum contemnit. 2 ME VIDE utrum: quia laetus sum, an: me specta fidei datorem, ut dici solet *me habes, me respice*?

351 3 EM ecce: demonstratio est facti.

1 OBSECRO TE QUAM PRIMUM cett. cum precibus et tempus admiscuit. 2 Et bene 'libera': perfecta enim securitas liberatio nominatur.

352 3 SCIO praeparatio est auditoris ad eam narrationem, quae ostendit argumenta falsarum nuptiarum.

1 UXOREM TIBI NON DAT IAM CHREMES oratorie a summo coepit, cuius partes multis dicentur. 2 NON DAT IAM CHREMES bene 'iam', quod si non dixisset, intellegeret Pamphilus vel postea Chremetem filiam esse daturum; sed addito 'iam' plena securitas est (cf. 351. 2), 'iam' enim renuntiatio est perpetuitatis.

353 1 TUUS PATER MODO ME PREHENDIT pro 'prendit', addita aspiratione geminavit syllabam; 2 et *prehendit* dixit quasi vitan-

tem se ac fugientem. 3 AIT TIBI UXOREM D. 'ait' proprie quia contemnenda dicuntur. 5 AIT TIBI U. D. S. H. dicit cur primo crediderit veras, dicturus subinde cur falsas putet.

4 AIT TIBI U. D. coniecturam fecit ex malis, quae praecesserint.

354 4 NARRANDI LOCUS modo tempus et spatium eius. 5 QUAE NUNC NON EST NARRANDI L. non vult dicere, quam minaciter secum egerit senex quamque instet nuptiis, ne Charinum Byrriamque spe deiciat, quos vult secum anniti, ne uxorem Pamphilus ducat.

1 * ITEM ALIA MULTA QUAE NUNC N. E. N. L. bene distulit narrationem, ne audirent Charinus et Byrria, ne desinant dolos adversus vigilantissimum senem. 2 ITEM cett. commoda narratio de necessariis tantum; minas autem senis praetermisit, ne corrumperet bona, quae nuntiabat. 3 QUAE NUNC argumentum est quaerere potuisse eum, qui sit territus; nam timor curam parit.

355 CONTINUO AD TE PROPERANS PERCURRO vide quantum dixerit: et 'properans' et 'percurro', ut continuationem cursus ostenderet.

356 1 UBI TE NON INVENIO 'ubi' modo non est adverbium loci sed temporis pro postquam.

2 UBI TE cett. a summo ad imum divisiones quibus dicta et facta continentur, sub quorum genere sunt species non dictorum nec factorum cum consideratione rerum personarumque.

357 3 *Et* recte, dixerat enim 'apud forum modo e Davo audivi' v. 302).

1 NUSQUAM deest 'vidi'. 2 FORTE IBI HUIUS VIDEO BYRRIAM deest 'servum'.

358 ROGO NEGAT VIDISSE mira brevitas et imitanda.

360 1 PAULULUM OBSONI hinc est quod ait 'nimium parce facere sumptum' (v. 450). 2 IPSUS TRISTIS DE IMPROVISO N. mire et moraliter. (*a*) 3 Et 'de improviso' et 'nuptiae' pronuntiandum.

2 *a* ex his enim quae facta non sunt, docet, quid fecisse deberet.

361 1 EGOMET CONTINUO A. C. bene 'continuo', ut si ab utroque hoc fieret, vera esset suspicio Davi. 2 EGOMET C. (*a*) consuetudine dictum est et ἐλλειπτικῶς. 3 EGOMET una pars orationis est. 4 <CHREMEN> Chremen et Chremetem, ut Daren et Daretem.

2 *a* deest 'duco'.

362 2 SOLITUDO ANTE OSTIUM quasi circumventum et non consentientem Pamphilum excitat ad gaudium laetitia sua. 3 IAM ID GAUDEO sic Vergilius 'cum venit aulaeis iam se r. s.' (Aen 1. 697).

1 CUM ILLO ADVENIO SOLITUDO A. O. signa ab his, quae sunt, quae non esse deceret.

363 1 RECTE DICIS <hoc dicit Charinus> [1]. 2 PERGE vultu enuntiandum: hoc dicit Pamphilus. 3 MANEO ne in (*vel* vi) temporis [2]) fugerit. 4 INTEREA temporis longi significatio.

5 INTROIRE NEMINEM <a> non factis.

364 EXIRE NEMINEM quid si intus erant? ideo ait 'exire neminem'.

365 NIHIL ORNATI ἀρχαισμός; sic Sallustius 'igitur senati decreto serviendumne sit?' (fr. H 1. 72).

366 1 MAGNUM SIGNUM proprie 'signum' pro argumento.

2 NUM VIDENTUR CONVENIRE a consequentibus argumentum.

367 2 OPINOR NARRAS quoniam argumenta sunt ex coniectura, 'opinor' dixit; contra opinionem 'certa res est' (v. 368). (*a*) 3 OPINOR NARRAS bene a prima ad secundam personam.

1 NON OPINOR DAVE OPINOR ille opinionem accommodat tantum, hic multum attribuit coniecturis. 2 *a* quae autem opinamur, putamus; quae putamus, incerta sunt.

369 1 HOLERA ET PISCICULOS MINUTOS sufficeret diminutive 'pisciculos' dixisse, quod sic [3]) 'minutos' dixit et 'obelo' esse emptos, quae est ultima nummorum significatio; sunt enim genera piscium minutorum, quae magno veneant: hic ergo etiam de pretio vilissimos pisces significavit.

2 Et quid si 'minutos' sed omnibus? 'seni' dixit ut obsonationis ostenderet causam. 3 HOLERA ET PISCICULOS quod supra generaliter 'paululum obsonii' (v. 363), hic specialiter dixit.

368 1 ETIAM PUERUM INDE ABIENS CONVENI CHREMI sic 'Chremi' ut Ulixi et Achilli. 2 ETIAM PUERUM 'etiam' pro praeterea.

369 4 IN CENAM SENI misere 'seni', cuius maior est cura domi.

370 NULLUS SUM pro n o n ut alibi 'nullus dixeris' (Hec. 79).

371 1 QUID ITA una pars orationis. 2 RIDICULUM CAPUT <'caput'> pro toto homine, (*a*) et est συνεκδοχὴ τρόπος.

2 *a* * Nemo enim ore contempto ex aliis membris hominem velit significare.

372 1 QUASI NECESSE SIT SI HUIC NON DET ostendit vitiosum ἐνθύμημα

---

[1]) Supplevit Wessnerus.

[2]) Sic codd. Wessner 'ne temporius f.' Cui scholium dandum sit incertum.

[3]) Cum Schopenio Wessnerus correxit 'quos sic'. Mihi sententia sic placeret: dixisse; quod s i m u l minutos dixit et o. emptos, quae... significatio, sunt e t i a m' cett. Postrema: 'hic ergo' cett. magistro reddenda videntur.

hoc esse, in quo altero sublato non necessario alterum relinquatur. 3 SI HUIC NON DET TE ILLAM UXOREM DUCERE artificiose Davus Charinum excitat, ut, si fieri possit, adiuvetur negotium Pamphili, dum ille sibi providet.

2 * SI HUIC NON DET TE I. U. D. hoc laborat Davus, quemadmodum Philumenam Charinus propriis laboribus promereatur uxorem.

373 1 NISI VIDES 'vides' provides. 2 AMBIS magnarum rerum desiderium et appetitus a m b i t i o dicitur.

374 VALE confirmata re a factis et personis deliberativa nascitur.

3

375 1 QUID IGITUR SIBI VULT PATER haec scaena deliberationem continet Davi et Pamphili. 2 *Et* bene 'igitur': si enim falsae sunt nuptiae, quid cogitat? stomachose etiam hoc dixit '<quid> sibi <vult>', ut ille 'quid vult concursus ad amnem?' (Aen. 6. 318).

376 SI ID SUCCENSEAT 'id' ob id, propter id.

377 NEQUE ID INIURIA id est: usque adeo iniustus sibi videbitur, ut se iniustitiae ipse condemnet.

378 AD NUPTIAS PERSPEXERIT perspicere est ad plenum et perfectum videre.

380 1 TUM ILLAE TURBAE τὸ 'illae' ad terrorem rettulit. 3 PATER EST PAMPHILE hoc vultuose pronuntiandum est, 4 et mire 'pater' dixit, ut in ipso nomine videatur habere auctoritatem. 6 QUIDVIS PATIAR sunt qui 'quiduis' pro q u i c q u i d e v e n e r i t intellegant, quia dixerat 'adeo me ignavum putas'? (v. 277) alii pronuntiant, ut sit sensus: quid me vis facere? an hoc [1]), ut patiar mihi uxorem dari?

2 QUIDVIS PATIAR hoc est: patiar me uxorem ducere. 5 * Et veluti dormitantem et oblitum potestatis paternae his tribus excitat: 'pater est, Pamphile' 'difficile est' 'haec sola est mulier'. 7 PATER EST a necessario argumentum.

381 2 DIFFICILE Pamphilo, perniciosum Glycerio, 3 SOLA autem: sine defensoribus propriis. 6 DIFFICILE EST ἀποσιώπησις cum vultu: deest 'resistere'. 7 DICTUM AC FACTUM proverbium celeritatis. (*a*).

---

[1]) Codd. 'an ut hoc patiar'; correxi.

8 INVENERIT pro 'inveniet': coniunctivo modo pro indicativo usus est. Et est honesta locutio.

1 DIFFICILE hoc est 'resistere' 'contradicere'. 4 Et 'sola' et' mulier' dixit. 5 SOLA sine auxilio ac per hoc deserta. 7 *a* id est cito.

382 1 QUAMOBREM EICIAT O. callide ad eius periculum se convertit, cui plus amator timet quam sibi: ideo vincitur statim. Apparet autem Davum male sic agere, quia cum caveat Pamphilo, tum cum maxime formidat senem. 2 OPPIDO ex oppido, ex civitate. 3 EICIAT miratur et stupet. 4 CITO illo admirante hic etiam confirmavit. (*a*)

4 *a* addidit etiam tempus celeritatis.

383 1 CEDO 'cedo' singularis numerus est, 'cette' pluralis, ut salve salvete. 2 DIC TE DUCTURUM pronuntia 'dic' quasi rem facilem et nullius praeiudicii.

3 DIC TE DUCTURUM hoc est, quo a principio nitebatur.

384 1 EGONE DICAM τὸ 'ego' ἔμφασιν habet, hoc est, vel: quem non oporteat dicere, vel: quem non conveniat fallere atque mentiri. 2 CUR NON non interrogat, sed facilitatem rei ostendit. 3 NUMQUAM plus habet negationis quam 'non'.

385 EX EA RE QUID FIAT VIDE ἀπὸ τῆς ἐκβάσεως.

386 1 UT AB ILLA EXCLUDAR HOC CONCLUDAR mire 'hoc': amicam pronomine significat dicens 'ab illa', huic nec sexum servavit, ne uxor esse videatur, 2 et ex ferarum translatione 'concludar' dixit, ut alibi 'conclusam hic habeo uxorem saevam' (Pho. 744). 3 UT AB ILLA EXCLUDAR HAC CONCLUDAR ἐν ὑποκρίσει, nam aliud infert atque intellegit Davum dicere.

387 1 NEMPE HOC SIC ESSE OPINOR DICTURUM PATREM coniectura atque divinatio, an hoc an illud eventurum sit. 2 NEMPE cett. ab imitatione. Mimesis enim dicitur. 3 NEMPE HOC a possibili.

389 2 HIC REDDES OMNIA 'hic' adverbium loci non est, sed adverbium temporis, ut Vergilius 'hic annis gravis atque a. m. A.' (Aen. 9. 246). 3 REDDES facies. (*a*)

1 CEDE QUID IURGABIT 'cedo' singularis tantum, 'cette' pluralis. 3 *a* restitues. 4 CEDO cett. ab utili.

390 INCERTA UT SIENT hic est eventus.

391 1 SINE OMNI PERICULO hoc est: sine ducenda Philumena. 2 [NAM HOC HAUT DUBIUM] ne consentiat Chremes filiam dare [1]).

---

[1]) Pertinet scholium ad verba v. 393 'ne is mutet sententiam suam'.

392 1 NEC TU EA CAUSA M. H Q. F. NE IS MUTET SUAM SENTENTIAM hoc est quod supra 'id mutavit, quia me immutatum videt' (v. 242). 2 NEC TU EA CAUSA MINUERIS quia promisisti te esse ducturum.

393 1 NE IS MUTET SENTENTIAM. Chremes scilicet. 2 NE I. M. redit ad consilium et coniungit eventum.

394 PATRI DIC VELLE UT CUM cett. scilicet ne securus, quod non sit daturus Chremes filiam suam, parvi faciat iram patris et neget uxorem ducere utpote fretus neminem alium sibi commissurum coniugem.

395 1 NAM QUOD TU SPERES sunt qui 'speres' pro timeas habeant. 4 PROPULSABO eleganter pro repellam.

2 NAM Q. T. alium daturum. 3 PROPULSABO hoc est: causam inanem esse monstrabo, id est: ostendam nihilominus te esse ducturum aliam uxorem, etiamsi hanc non duxeris. 5 UXOREM HIS MORIBUS deest aliquid, ut sit, his moribus agenti, aut his moribus praedito. 6 UXOREM cett. ne alteram quaerat.

396 1 INVENIET INOPEM *ὑπυφορὰ εὔστοχος*. 3 INVENIET INOPEM sunt qui *κατ' ἀνθυποφορὰν* dici putant 'inveniet inopem potius quam te corrumpi sinat'.

2 Sed ne inopem quaerat.

397 SED SI TE AEQUO ANIMO FERRE ACCIPIAT NEGLEGENTEM FECERIS hoc est: etiam in paratis nuptiis.

398 1 ALIAM OTIOSUS ex otio. (*a*) 5 ACCIDERIT nota 'acciderit' etiam pro bono et ab hoc et apud veteres frequentatum.

1 *a* hoc est securus. 2 INTEREA ALIQUID A. B. sed ne quaerendo inveniat. 3 * INTEREA ALIQUID mortem patris adulescentis in delicto pro bono servus ostentat. 4 ACCIDERIT et ad causam refertur, et certe, quia mortem patris bonum denuntiat.

399 2 VIDE QUO ME INDUCAS 'quo me inducas' in eadem translatione permansit, qua sursum dixit 'hoc concludar'' (v. 386). 3 Bona *οἰκονομία* ut mox iuste Davo succenseat Pamphilus. 4 QUIN TACES 'quin taces' cur non securus es? significat, (*a*) ut in Adelphis 'tace egomet conveniam Pamphilum' (v. 209); et ideo ille, ut consentire dicenti 'taces' videretur 'dicam' <ait>, ut scias illum non silentium sed securitatem imperasse.

1 HAUD DUBIUM ID QUIDEM EST plus intulit quam interrogatus est. 4 *a* nam nunc tacere securum esse. 5 QUIN TACES correptio est silentium praecipientis de eo dumtaxat, ne timeat de nuptiis. 6 Id est: esto securus, nam tacere securi est.

400 1 PUERUM AUTEM NE RESCISCAT [1]) videtur hoc illi contrarium esse, quod dixit 'quicquid peperisset d. t.' (v. 229); sic ergo solvitur: quod ibi servus cum stomacho dixit, hic tamen Pamphilum verecunde locutum accipimus. 2 PUERUM AUTEM NE R. num divinat an 'puerum' pro quolibet sexu, 3 (*a*) ut Graeci pueros *παῖδας*? Homerus '*Πριάμοιό τε παῖδες*' (Il. 1. 255) et Horatius 'dicam et Alcidem puerosque Ledae' (c. 1. 12. 25). 4 CAUTIO EST cautione opus est. (*a*)

3 *a* Subolem, hoc est filium, significat, ut 'quicquid peperisset d. t.' 4 *a* hoc est cavendum est.

401 1 NAM POLLICITUS SUM SUSCEPTURUM promissio et pollicitatio eandem vim habent, sed pollicitatio maioris asseverationis est. 2 HANC FIDEM ordo est: ut hanc fidem darem sibi, me obsecravit, qui <se> sciret non deserturum.

404 CURABITUR non 'curabo', sed impersonaliter cum difficultate, quod quasi arduum est et grave, dixit [2]).

4

403 1 REVISO QUID AGANT AUT QUID C. C. haec scaena nodum innectit erroris fabulae et periculum comicum; facit etiam exsecutionem consiliorum. 3 *Et* quod supra dixit non paenituit idem repetere 'observes filium, quid agat, quid cum illo consilii captet' (v. 170). (*a*) 4 REVISO redeo ut videam.

2 * REVISO cett. πρὸς τὸ 'quid agant' auribus est opus, πρὸς τὸ 'quid captent' prudentia et sagacitate. 3 *a* * quod enim prudenter dictum fuerit, non piget repetere; actio tamen ex his tribus consistit: cogitatione, dicendo, gerendo. 5 QUID AGANT quid respondeant, quid dicant.

405 * HIC NUNC NON DUBITAT non dixit 'senex' aut 'pater', sed 'hic' cum odio, quoniam averso animo loquitur.

406 1 EX SOLO LOCO 'solo' deserto, ubi meditari facilius possit. Menander '*εὑρετικὸν εἶναί φασι τὴν ἐρημίαν οἱ τὰς ὀφρῦς αἴροντες*'.

2 * VENIT MEDITATUS ALICUNDE terror, obiurgaturi patris hortatio est ad promittendum Pamphilo quod iubetur.

407 Et 'orationem' dixit quod quasi ad plenum cogitari potuisset, quippe 'meditatus alicunde ex solo loco'.

---

[1]) Scholium etiam ad sequentia pertinet.

[2]) Non immerito Wessnerus putat scholium intercidisse ad hunc versum de lectione 'cave ne te', quam commemorat Servius ad Georg. 1. 96.

408 1 QUA DIFFERAT TE 'differat' disturbet et in diversum ferat: Vergilius 'atque arida d. n.' (Ge. 3. 197), 2 (*a*) hoc est in diversum rapit, dissipat. 3 PROIN TU FAC APUD TE SIES non ne timeat cavet Davus, sed ne amore a consilio suo alienetur Pamphilus. 4 APUD TE SIES pro paratus sis, cui contrarium est 'non sum apud me' (Heaut. 621. Pho. 204).

2 *a* et in Adelphis 'miseram me, differor doloribus' (v. 468).

409 1 MODO UT POSSIM DAVE 'ut' ne non.

2 MODO U. P. a possibili. 3 POSSIM apud me esse.

410 2 NUMQUAM plus asseverationis habet quam 'non', ut Vergilius 'numquam omnes hodie m. i.' (Aen. 2. 670). 4 COMMUTATURUM altercaturum: in Phormione (v. 642) sic 'tria non commutabitis verba hodie inter vos', quod est dabitis atque accipietis. (*a*)

1 NUMQUAM H. T. ab utili eventu. 3 COMMUTATURUM patrem iurgium habiturum, hoc est enim 'verba commutare'. 4 *a* id est iurgabitis. 5 * Ego puto 'commutare' verba' esse pro bonis dictis mala ingerere, hoc est iracundia in maledicta compelli.

5

412 1 ERUS ME RELICTIS REBUS I. P. H. O. vide quam mire, cum omnes consulto consilio sibi agere videantur, omnes tamen rerum exitu inopinato ludificentur, et Simo et Pamphilus et Davus et Charinus et ipse Byrria. 2 ERUS ME R. R. ad hoc venit Byrria, ut in errorem concitet Charinum. 3 *Et* in hac scaena quattuor personae sine implicatione intellectus locuntur. 6 ERUS ME R. R. adeo praeposuit hoc negotii omnibus rebus.

4 * ERUS ME R. R. imponitur manus rebus, cum perficitur id quod coeperit, ut Vergilius 'imponit regina manum' (Aen. 7. 573); relinquuntur vero res, cum imperfectae relinquuntur, ut Vergilius 'atque opere in medio defixa relinquit aratra' (Ge. 3. 519). 5 PAMPHILUM HODIE OBSERVARE observatio duplex est: vel captationis vel obsequii.

414 ID PROPTEREA NUNC HUNC V. S. necesse est aut alterum esse supervacuum aut 'propterea' propter accipiendum.

415 HOC AGAM in gestu est, nam est figura corporis observantis, quid agatur.

416 UTRUMQUE ADESSE VIDEO et Davum et Pamphilum.

417 2 Ut 'respexit ad urbem' (Aen. 12. 671). 3 QUASI DE IMPROVISO RESPICE AD EUM scilicet ne meditata eum intellegat habuisse consilia.

1 * QUASI DE IMPROVISO RESPICE AD EUM interest eius, qui repente aspexerit; nam videbitur nihil dolose locuturus.

418 HODIE UXOREM D. U. D. V. 'volo' et 'nolo' nimis imperiosa et superba dictio est, ut alibi 'piscis ceteros purga D . . . . prius nolo' (Ad. 374 sq.).

419 NUNC NOSTRAE TIMEO PARTI Q. H. R. <****>

420 1 IN ME MORA recusantis est magis, non volentis consensio tam segnis ac tepida, si penitus consideres. 2 HEM percussus hoc dicto Byrria interiectione magis quam verbo exclamavit.

422 1 CUM ISTUD QUOD P. I. C. G. nimis obsequenter locutus est pater. (*a*) 2 POSTULO iuste volo; petimus enim precario, poscimus imperiose, postulamus iure.

1 *a* et 'postulo' pro iubeo et 'impetro' pro extorqueo.

421 QUID DIXIT nota hic Byrriae personam quartam, sed non admixtam.

422 3 <CUM> IMPETRO pro 'cum impetrem'.

423 2 UXORE hoc est matrimonio ac nuptiis. 3 SUM VERUS id est veridicus, ut 'falsus' pro fallaci (v. 647). 4 UXORE EXCIDIT quod Graeci dicunt 'ἀπέτυχεν'.

1 ERUS QUANTUM A. U. E. cadere spe dicuntur, qui levati a summo ad inferiora labuntur.

425 NULLANE IN RE ESSE CUIQUAM HOMINI F. non in nullis rebus sed neque in rebus neque in persona, ut Vergilius 'nusquam tuta fides', cum in amore fracta esset ab eo 'quem subiisse u. c. a. p.' (Aen. 4. 373, 599); alibi Terentius 'cuius tu fidem in pecunia perspexeris, verere ei verba credere? ubi quid mihi lucri est?': et hic ad rem 'perspexeris' (Pho. 60).

426 1 VERUM ILLUD VERBUM EST id est proverbium et sententia.

2 Et sic veteres 'verbum' pro sententia.

427 OMNES SIBI MELIUS MALLE QUAM A. sic alibi 'proximus sum egomet mihi' (v. 636).

428 EGO ILLAM VIDI V. F. B. hic corrigitur a poeta, quod per iracundiam dixit Pamphilus 'aliquid monstri alunt' (v. 105).

429 3 MEMINI VIDERE pro vidisse: Ennius 'memini me fieri pavum' (1 fr. 17 M.). Alii 4 (*a*) 'forma bona' distinguunt. 5 QUO AEQUIOR 'quo' hoc est qua re. 6 AEQUIOR SUM PAMPHILO benivolentior, non iratus vel minus iniquus.

1 MEMINI VIDERE aut: memor sum me vidisse, aut 'memini

videri' non 'videre', hoc est intellego, scio. 2 An memini quod viderim? 4 *a* sic 'memini videre' ut n o v i p r o b a r e.

430 1 SI SE ILLAM IN SOMNIS 'in somnis' per noctem, ut Vergilius 'libra die somnique pares u. f. h.' (Ge. 1. 208) et Plautus 'miris modis <di> ludos faciunt hominibus mirisque exemplis omnia in somnis danunt' (Merc. 525, Rud. 593). 2 (*a*) Alii 'insomnis' vigilans, sed melius p e r n o c t e m.

2 *a* <AMPLECTI> quod vulgo dicitur c u m i l l a m a n e r e, c u m i l l a d o r m i r e.

6

432 1 HIC NUNC ME C. A. S. F. haec scaena dolos continet utriusque personae, quibus utraque et capit et capitur miro modo. 2 HIC NUNC CREDIT ALIQUAM SIBI FALLACIAM Davus ita videtur loqui, ut spectator, non senex audiat, sed hoc agit, ut velit a sene audiri.

433 GRATIA 'gratia' veteres pro c a u s a ponebant.

434 1 QUID DAVUS NARRAT videtur ille blandius locutus esse. 2 AEQUE QUICQUAM NUNC QUIDEM bene 'nunc quidem' (*a*) ut paulo ante, cum dixit 'id populus curat scilicet' (v. 185). 3 AEQUE Q. N. Q. hoc est: nihil.

2 *a* similiter 'nunc nihil' (Heaut. 267).

435 1 NIHILNE HEM 'hem' interiectio est irati adversum eum, qui negat se aliquid esse locutum; 2 simul quid sit 'aeque quicquam nunc quidem'; senex explicandum dat: 'nihil' (*a*) 4 'N i h i l p r o r s u s' dicitur, in quo nulla est ambiguitas. (*a*) 5 ATQUE EXSPECTABAM QUIDEM e x s p e c t a m u s tam bona quam mala, s p e r a m u s bona.

2 *a* et est εὐφημισμός antiquorum pro nihil. 3 NIHIL PRORSUS id est neque <quicquam>. 4 *a* est enim confirmatio negantis.

436 1 PRAETER SPEM EVENIT 'praeter' pro contra, ut praeter aetatem tuam (Heaut. 59). 2 HOC MALE HABET V. εἰρωνικῶς 'virum' dixit defessum senem, (*a*) 'vir' enim modo ad vituperationem cum ironia, modo ad laudem sumitur <sine> ironia.

2 *a* modo enim ioculariter dixit 'virum'.

437 POTIN ES MIHI V. D. integrum 'potisne <es>', id est potes, ut Vergilius 'nec potis Ionias f. a. s.' (Aen. 3. 671), (*a*) est autem nomen 'potis' et facit p o t i s p o t i o r p o t i s s i m u s.

a et deest illic 'est'.

438 NUM ILLAE MOLESTAE Q. H. S. N. 'quippiam' significatio est minimae rei.

439 1 PROPTER HUIUSCE HOSPITAE CONSUETUDINEM haec omnia pronominibus bene mollita sunt. (*a*) 2 HUIUSCE HOSPITAE C. et 'hospitae' non 'meretricis' et 'consuetudinem' non 'amorem' dixit: ita omnia extenuat ut Davus audeat confiteri.

1 *a* * etenim atrocia sunt, si cum suis nominibus nuda ponuntur.

440 AUT SI ADEO BIDUI EST AUT TRIDUI bene ait 'si adeo', ne, si omnino negaret, 'cur igitur tristis est?' ille diceret.

441 2 NOSTIN DEINDE DESINET in significatione multorum quae compendii facimus 'nostin?' dicimus.

1 SOLLICITUDO propter perturbationem.

442 1 EAM REM REPUTAVIT VIA 'reputavit' retractavit, quia p u t a r e purgare est, unde et arbores et vites putare dicimus. 2 VIA consilio, ratione.

443 1 LAUDO senex inducitur et credit. 3 *Et* mire hic utitur senis verbis: ipse enim supra dixerat 'dum tempus ad eam r. t.' cett. (v. 188.) 5 TULIT duo significat: attulit et abstulit, passus est et pertulit. 6 DUM LICITUM EST EI sic et p l a c i t u m et p u d i t u m dicebant, quod nos p l a c u i t et p u d u i t.

2 DUM LICITUM EST EI 'licitum est' per te, hoc est: tu permisisti. 4 DUMQUE AETAS TULIT dum esset immatura aetas nuptiis.

444 1 TUM ID CLAM bene, 'clam', quia nunc liquido apparet Pamphilum voluntatem propositumque mutasse. 2 [TUM ID CLAM cett.] mire utitur senis verbis: ipse enim supra dixerat 'dum tempus' e. q. s. (v. 188). [1]

446 1 NUNC UXORE OPUS EST ANIMUM AD UXOREM APPULIT quasi denuntiatio est quaedam senis necessitatis impositae. 3 *Et* sic dixit 'ad uxorem appulit' ut supra 'animum ad s. a.' (prol. 1).

2 * Et bene 'appulit' quasi ab iactatione fluctuum et aestus marini, has enim tempestates habet amor.

447 1 SUBTRISTIS VISUS EST ESSE A. M. 'sub' temperamentum est plenae pronuntiationis, (*a*) ut confessionem eliceret. 2 SUBTRISTIS EST V. E. A. M. mire servatum est in adulescente τὸ πρέπον et in amatore τὸ πιθανόν, nam et honesto iuveni non congruebat versipellis vultus et amatorem absurdum fuerat ingenii

---

[1]) Scholium repetitum et huc errore delatum e scholio tertio ad v. 443.

celare tristitiam. Itaque nec ad plenum tristis fuit, quia, <ut> dixit (v. 403), celanda res erat, nec gaudium fuerat, quia et ingenium et amoris necessitas in tristitiam retrahebat.

1 *a* ut subridet non ad plenum ridet.

448 3 'Succensere' in re gravi et iusta irasci.

1 Quod ille a summo ad imum proposuit, hic causae derivationem opposuit. 2 QUOD SUCCENSEAT TIBI succensere potioris est.

449 2 PUERILE EST . . . NIHIL EST utrum magis ideo suspendit, ut senex audire desideret, an quia necdum commentus est causam contra rependendam propositioni senis?

1 PUERILE EST apparet Davum nunc quaerere, quid respondeat et ad quam causam derivet aversa suspicione tristitiam Pamphili, quam animo advertit senex. 3 NIHIL videtur non posse invenire.

450 1 AIT NIMIUM PARCE FACERE SUMPTUM mirum ipsum dicere, veluti fecit. (*a*) 2 PARCE F. S. pepercit ne diceret 'sordide'. 3 Et perturbati indicium est, quia se ipsum pronomine ostendit[1]).

1 *a* et 'nimium' et 'parce'.

453 MEORUM AEQUALIUM POTISSIMUM 'aequalium' <ab> aetate, 'potissimum' <a>dignitate. (*a*).

a etenim potis potior potissimus facit.

454 NUNC ET QUID DICENDUM HIC SIET bene 'hic', ubi non sit adulescens.

455 1 TU QUOQUE PERPARCE bene 'quoque', quasi dicat: cum ille peccet, quod pueriliter succenseat, tu quoque peccas. 2 TU QUOQUE P. NIMIUM et 'perparce' et 'nimium', cum sufficeret 'per'; etenim per et nimium vituperatio est, ut 'ne quid nimis' (v. 61). 4 NON LAUDO magna moderatione 'non laudo' dixit potius quam 'reprehendo'.

3 NON LAUDO quia 'perparce' et quia 'nimium'; nam parce agere laudis, nimium peccati est.

456 1 COMMOVI ideo 'commovi' quia argumenta dixit seni, quibus proditur non esse veras nuptias. 3 Et 'commovi' dixit apud se, ut spectator audiat, non senex.

2 COMMOVI supra (v. 436) 'sollicitavi' dixit, modo 'commovi'.

457 2 QUIDNAM HOC EST REI pulsatus est senex argumento falsarum nuptiarum: 'paululum obsonii' (cf. v. 360 cll. 459 sq.), tamquam se illuderet Davus. 3 QUID HIC VULT VETERATOR SIBI

---

[1]) Scholii lemma debebat esse 'Mene?'

'veterator' est vetus in astutia et qui in omni re callidus est.

1 * QUIDNAM HOC EST REI verba sunt secum cogitantis senis aut de his, quae nunc locutus est Davus, aut de adventu mulierum, quae in scaenam veniunt. 4 Et hi duo versus ostendunt pulsatum esse senem ex argumento falsarum nuptiarum, illo argumento, quod ait 'paululum obsonii', tamquam se illuderet Davus (= schol. 2). 5 Sunt ergo verba, ut diximus (schol. 1), secum cogitantis senis aut de his, quae nunc locutus est Davus, aut de adventu mulierum, quae in scaenam veniunt modo.

458 1 NAM SI HIC MALI EST QUICQUAM si promissa non compleverit Pamphilus. 2 ILLIC EST HUIC REI CAPUT 'caput' est origo et summa unius cuiusque rei, ut Vergilius 'o Latio caput horum et causa m.' (Aen. 11. 361).

III

1.

459 1 ITA POL QUIDEM RES EST UT DIXTI LESBIA in hac scaena novo modo cessante Davo fallitur Simo per nimiam sagacitatem suam; simul in hac scaena id agit poeta, ut ad nuptias faciendas magis accendatur Simo; et quaedam industria, quaedam velut casu eveniunt, ut nunc suspicio senis; in multis enim οἰκονομία comicorum poetarum ita se habet, ut casu putet spectator venisse, quod consilio scriptoris factum sit. 2 ITA POL CETT. ex hoc sermone, quem habent ingredientes, scaenae apparet principium: quod enim auditur, non quod incipitur, dicunt. 3 ITA POL CETT. productio est narrativa ad explendum modo potius iusiurandum. 4 UT DIXTI Lesbia et 'dixti' et 'dixisti' legitur.

460 1 FIDELEM HAUD FERME 'fidelem' maluit quam 'fidum' dicere; 'fidum' enim honestius esset. 2 FERME pro *facile* posuit. 4 INVENIAS VIRUM secundam pro tertia persona posuit (*a*) ut Vergilius 'migrantis c. t. e. u. r.' (Aen. 4. 401).

3 Et '*ferme*' facilitatem significat, quia sunt adverbia aestimationis. 4 *a* pro *inveniat quis* vel *invenire quis possit*.

461 1 AB ANDRIA EST ANCILLA HAEC simpliciter dixit 'ab Andria est' pro 'Andriae est', nam ex usu sic dicere solemus.

2 Ergo 'ab Andria est' hoc est Andriae est. 3 * <An>: Andriae favet, ut cum dicimus ab illo sto hoc significamus: illi faveo, illi accommodo suffragium?

462 2 Et bene 'hic', ut ostendat de illo fuisse sermonem. 3 HEM interiectio est accipientis verba et admirantis.

1 SED HIC PAMPHILUS semper 'sed' contrariae sententiae significatio est.

463 1 UTINAM AUT HIC SURDUS comice et facete: 'aut hic surdus' qui audire non possit, 'aut haec muta' quae dicere non possit. 2 AUT H. S. A. H. M. F. S. σύλληψις per genera.

464 1 IUSSIT TOLLI haec est 'fides' (v. 290). 2 <IUSSIT TOLLI id est:> suscipi: legitimos filios faciunt partus et sublatio; matris est parere, patris tollere. 3 IUPPITER QUID EGO AUDIO bene rursus adducitur ad desperationem senex Mysidis verbis.

465 1 ACTUM EST in summa rerum desperatione ponitur, <ut> 'actum est, ilicet, peristi' (Eun. 54). 2 Haec res [1] secundum ius civile dicitur, in quo cavetur ne quis rem actam apud iudices repetat; sic ipse in Phormione (v. 419) 'actum aiunt ne agas.'

466 BONUM INGENIUM NARRAS ADULESCENTULI 'ingenium' naturam.

468 QUID HOC secum senex ἐλλειπτικῶς. (*a*)

a deest enim 'rei est'.

469 1 ADEON EST DEMENS EX PEREGRINA ἔλλειψις per ἀποσιώπησιν apta cogitanti; reliquum autem sic pronuntiat quasi reperto consilio. 3 EX PEREGRINA id est ex meretrice; mulieres enim peregrinae inhonestae ac meretrices habebantur; sic ipse alibi 'Samia mihi m. f. ea h. R.' et servus 'potest taceri hoc' (Eun 107). (*a*)

2 Et bene 'adeo', quia iam demens est, quod amat. 3 *a* quid est 'potest taceri hoc'? meretricem habuisse matrem verisimile est. 4 EX PEREGRINA ἀποσιώπησις, deest enim 'ut filium suscipiat' aut aliquid tale.

470 1 VIX TANDEM S. S. pulchro colore vitae inducto poeta ostendit non minus falli suspiciosum, quam qui stultus est; huic enim veritas fallacia videtur, dum nimis est acutus ac perspicax. Et hoc est quod ab eventu fingit poeta, non enim in Davo est sic errare nunc senem. 3 <SENSI> quasi ad tactum

---

[1]) Pro 'Haec res' corrige 'Acta res' ('haec' pro 'hact.' = 'acta').

rettulit, quo etiam pecora impelluntur ad sensum. 4 Duabus ergo rebus scimus: aut ratiocinatione aut sensu, quibus maxime praestamus ceteris animalibus.

2 * VIX TANDEM SENSI STOLIDUS quinque sunt sensus, quorum duos, visum et auditum, magis nos sensibiles habemus quam pecora; unde Cicero 'non solum videam, sed etiam audiam planeque sentiam'. (Cat. 1. 8). 5 * Ergo senex se non sensu, non ratione sensisse ait, sed veluti calcaribus et stimulis punctum.

471 1 HAEC PRIMUM ADFERTUR IAM MIHI satis se sagacem senex ostendit, quando ipsa principia inceptionesque comprehendit. 2 HAEC PRIMUM bene 'primum' quasi ex multis, quas paraverat Davus.

473 1 IUNO LUCINA 'Iuno' ab iuvando dicta, 2 (*a*) 'Lucina' ab eo, quod in lucem producat. 3 *Et* gemina vota sunt, ut et partus et pariens servetur. (*a*) 4 IUNO L. CETT. nota hoc versu totidemque verbis uti omnes puerperas in comoediis nec alias induci loqui in proscaenio: nam haec vox post scaenam tollitur. 6 SERVA ME OBSECRO obstetriciam hanc potestatem Iunoni attribuit, quamquam illam Menander Dianam appellet et hoc sentiat in Bucolicis Vergilius (Ecl. 4, 10).

2 *a* IUNO LUCINA Iunonis filia, graece Εἰλείθυια; Latini nixos dicunt. 3 *a* nam 'fer opem' propter partum, 'serva me' propter parientem dicitur. 5 FER OPEM propter quod Lucina est; inde obstetrix quod opem tulerit.

474 1 HUI TAM CITO 'tam cito' ut felicitatem partus ostendat incredibilem. 3 Et inspice 'ridiculum', adverbium sit an nomen, ut sit: vide hominem ridiculum, sed adverbium magis est.

2 TAM CITO ad reprehensionem; RIDICULUM ad irrisionem.

475 1 NON SAT COMMODE DIVISA SUNT TEMPORIBUS confusa tibi sunt, inquit, omnia, nec unumquidque suo tempore geritur, qua re proderis. 2 NON SAT non satis. 3 DIVISA SUNT digesta et composita et distributa. 4 TEMPORIBUS id est per tempora.

476 1 MIHIN adhuc Davus non percipit. 3 NUM IMMEMORES DISCIPULI 'discipuli' Mysis, Lesbia et Pamphilus: omnes, per quos agitur fallacia. (*a*) Alii hic Pamphilum significari putant discipulum, quia Davus magister (cf. 192), nam nomen est ad aliquid discipulus ut magister.

2 Et bene, quasi dicat: cum ille loquatur, illae agant. 3 *a* * Bene ergo discipulos imperitos ostendit et magistrum Davum, quia supra dixit (v. 192) 'tum si quis magistrum cepit ad eam rem improbum'. 4 Et nunc 'discipuli' genetivus singularis est

casus; alii nominativum pluralem putant, ut 'discipulos' dixerit omnes, per quos agitur fallacia, secundum illud 'tum si quis magistrum cepit ad eam rem improbum'.

477 4 EGO QUID NARRES NESCIO semper ita respondet Davus seni, tamquam non intellegat quid loquatur.

1 EGO Q. N. N. quasi fabulam. 2 NUM IMMEMORES DISCIPULI deest 'nunc'. 3 Et bene 'discipuli', quia ipsum magistrum supra fecit (cf. 476. 3 et 4).

478 HICINE ME SI IMPARATUM redit ad illam sententiam 'simul sceleratus Davus, si quid consilii habet, ut consumat nunc'. (v. 159).

479 1 ADORTUS ESSET adortus dicitur, qui ex insidiis repente invadit. (*a*)

1 *a* dictum ab eo, quod corpora aggredientium exsurgant subito atque increscant. 2 ADORTUS aggressus.

480 EGO IN P. N. haec ex translatione maris sunt dicta μεταφορικῶς.

2.

481 1 ADHUC ARCHYLIS QUAE ADS. Q. Q. O. specta in hac scaena quam scite expressa sit consuetudo medici vel medicae egredientis ex aegri domo, (*a*) et haec sunt praeter οἰκονομίαν quae dicuntur εὑρήματα. 2 ADHUC ARC. sic veteres scribebant 'adhuc', quando incerti futurarum rerum ex praesentibus firmum intimabant, quod est genus cautissimae promissionis et certae. 3 ADHUC ARC. Q. ADS. medicina aut in ratione est aut in consuetudine et exemplis (*a*).

1 *a* nam veniens de negotiis eius loquitur, abiens de morbo. 3 *a* 'adsolent' ergo consuetudinis est, 'oportent' rationis.

482 1 SIGNA ESSE AD SALUTEM deest 'haerentia' aut 'pertinentia'; sic in Heautontimorumeno 'atque haec sunt ad virtutem omnia' (v. 207); 2 (*a*) unde et nos dicimus quid ad rem? quid ad me?

2 *a* Absolute ergo dixit, ut desit aliquid tale.

483 1 NUNC PRIMUM FAC ISTA UT LAVET imperitiae notantes Menandrum aut Terentium ipsi ultro imperiti inveniuntur, nam et ille 'λούσατ' αὐτήν' dicens a consuetudine non recessit, (*a*) et Terentius propius ad significationem accessit 'ista' dicendo, ne pudenda nominaret.

a cum lavisse se aut non lavisse a parte totum significantes. [1])

481 4 Et sunt qui 'adhuc Archylis' correptionem esse nimium sollicitae nutricis putent, quod ego non probo.

---

[1]) Cf. infra adn. ad hoc scholium.

484 1 QUOD IUSSI DARI BIBERE ET QUANTUM IMPERAVI DATE consuetudine quam ratione dixit pro: date ei potionem; Lucilius in quinto (Marx v. 222) 'da bibere <a> summo'; 2 (*a*) nam duo verba iniuncta nullum habent significatum sine nomine aut pronomine, ut si dicas dic facere.

2 *a* DARI BIBERE <***>. 3 QUOD IUSSI DARI BIBERE ET Q. I. et qualitatem et modum rei dixit.

485 5 MOX EGO HUC R. vide ut auctoritatem et iactantiam medicorum imitetur dicendo 'quod iussi'; et non sufficiebat, sed etiam 'imperavi' dixit; simul haec dicit, quae solent medici promittere frequenter 'mox ego huc revertor'.

486 2 Ideo subblanditur, ut operae pretium maius accipiat. 3 PER ECASTOR per Castorem et Pollucem ornativa sunt iurandi apta feminis. 4 Et 'natus Pamphilo' dixit, ut Vergilius 'quem Dardanio' cett. (Aen. 1. 617). 5 SCITUS elegans, pulcher, quem Graeci κομψόν dicunt; (*a*) 6 et est diaeresis, nam ordo est: perscitus ecastor, ut in Hecyra (v. 58) 'per pol quam paucos' cett. ut sit: perquam paucos.

1 SCITUS PUER EST satis obstetrici est adhuc incertum aevi, ut ita dicam, et a matre sanguinolentum non 'pulchrum' — quod ipsum nimium videretur — cito dicere, sed 'scitum' pronuntiat. 5 *a* quod enim quis scit, hoc scitum et pulchrum est.

487 1 DEOS QUAESO UT SIT SUPERSTES 'superstes' nunc salvus; alias superstites sunt senes et anus; quia aetate multis superstites iam delirant, unde et superstitiosi, qui deos nimis timent, quod est signum deliramenti. 3 *Et* 'quando' pro quoniam et pro quia intellegimus. 4 QUANDO QUIDEM IPSE EST transit a puero ad ipsum Pamphilum.

2 QUANDO QUIDEM IPSE EST quando et cum interdum causales sunt coniunctiones.

489 1 VEL HOC QUIS NON CREDAT ironia est. 2 'Vel' modo non est disiunctiva coniunctio, sed pro etiam posita, ut apud Vergilium 'vel Priamo miseranda manus' et 'carmina vel c. p. d. l.' (Aen. 11. 259. Ecl. 8. 69). 4 ABS TE ESSE NATUM et 'ortum' legitur, ut sit: instructum, commentum et compositum.

3 Et bene 'vel hoc': subaudies 'exceptis illis, quae reprehendit supra'.

490 1 NON IMPERABAT C. 'coram' ad certas personas refertur, 'palam' ad omnes. 2 QUID OPUS FACTU ESSET impersonative dicitur 'opus

facto esse'. 4 *Et* QUID FACTO OPUS ESSET <PUERPERAE> sic enim dicimus quid vis tibi faciam? 5 PUERPERAE omnis quae peperit (*a*) puerpera dicta; et apud veteres puer puellus, puera puella.

6 *a* 'Puerpera' πρωτοτόκος et non quod puerum, sed quod filium[1]).

491 2 CLAMAT DE VIA mire 'clamat' quasi dicat: maluit clamare quam sine labore intus imperare.

1 ILLIS QUAE SUNT INTUS CLAMAT DE VIA argumentum ex eo quod non factum est, cum fieri oportuerit. et ex eo quod factum est, cum fieri non oportuerit.

492 1 O DAVE ITANE CONTEMNOR hoc est: usque adeone. 2 ITAN CONTEMNOR valde temnor, (*a*) nam veteres temnere dicebant sine praepositione. 4 IDONEUS aptus et huic rei natus.

2 *a* temnor autem graecum est, id est caedor et reicior. 3 ITANE TANDEM indignatio est ad aestimationem revocantis eius dicta vel facta, <a> quo contemnitur quis.

493 APERTE FALLERE *δυο δι' ἑνός* cito: et 'fallere' et 'aperte'.

494 1 SALTEM ACCURATE mire 'saltem', (*a*) primum enim fuerat 'ut ne conareris fallere'. 2 SALTEM ACC. V. M. *ζεῦγμα* a superiore 'fallere incipias'.

1 *a* quod ponitur in desperatione rerum (cf. 313. 1). 3 Aut certe σύλλημψις 'fallere incipias'. 4 CERTA SI RESCIVERIM utrum pro 'cum resciverim', an quia stultum me putas?

495 1 CERTE HERCLE NUNC SE I. F. H. E. hoc ita dixit, ut audiat spectator, non ut Simo. 2 EDIXI TIBI hic illud reddit 'edico tibi ne temere facias' (v. 204).

496 1 INTERMINATUS SUM NE F. pro 'minatus sum': Plautus in Aularia (v. 558) 'interbibere sola si vi'. 4 QUID RETULIT 'retulit' profuit vel interfuit, et producit RE syllaba.

2 * NUM VERITUS veretur liber, metuit servus. — 3 Et deest 'es', apta ἔλλειψις irascenti. — Alibi 'non simultatem meam revereri' (Pho. 233). 5 Et est sensus: sic contempsisti, quasi tibi non comminatus sim.

498 1 TENEO QUID ERRET ET QUID A H. hoc dixit non ut Simo, sed ut spectator audiat; hoc denique senex probat dicens 'quid taces'? 2 ET QUID AGAM HABEO et quid respondeam scio.

499 1 QUID CREDAS propter quam rem aut quomodo [aut propter quid]. 2 QUID CREDAS repetit verbum eius quod ait 'credon',

---

[1]) Cf. Wessn. v. l.

quare adiuvandum pronuntiatione est. 3 QUASI NON TIBI RENUNTIATA nuntiata: compositum pro simplici.

500 1 MIHIN QUISQUAM favet sibi senex in eo, quod se vult perspicacem videri. 2 EHO AN TUTE 'eho' nunc interiectio est admirantis, alias ad se vocantis ut 'ehodum ad me' (v. 184).

501 NAM QUI ISTAEC 'qui' unde.

502 1 QUASI TU DICAS FACTUM ID C. M. 'dicas' pro credas; (*a*) 2 (*a*) idem (*b*) *et* alibi 'faeneratum istud beneficium pulchre tibi dices' (Pho. 493), id est credes, scies, senties.

1 *a* Non enim dicimus nisi quod credimus: ab eo quod sequitur id quod praecedit. 2 *a* Figura μετάληψις a posterioribus ad priora. *b* alibi (Plautus Merc. v. 726) 'audacter dicito'.

503 NON SATIS ME PERNOSTI ETIAM QUALIS SIM SIMO 'etiam' pro adhuc, ut Vergilius 'Idaeumque etiam c. e. a. t.' (Aen. 6. 485).

504 1 EGONE TE duobus istis pronominibus ostendit senex omnia se scire. 2 SED SI QUID TIBI NARRARE OCCEPI 'occepi' melius quam 'coepi'; dicitur ab occipitio, est enim 'occepi' quasi c a p u t r e i i n s t i t u i [1]).

505 1 FALSO potest et εἰρωνικῶς 'falso' pronuntiari, potest et 'falso loqueris' dici, ut 'falso queritur de n. s. g. h.' (Sall. Jug. 1.). 2 Et vocalitatis causa sic dixit, ut 'sedulo' 'optato' 'certo', quam false sedule optate certe. 3 NIHIL IAM MUTIRE Ennius 'nec dico nec facio <mu>', (*a*) quod Graeci φθέγγεσθαι.

3 (*a*) unde et m u t o s dicimus.

506 1 EGO UNUM HOC SCIO NEMINEM 'neminem' dicendo maiorem confirmationem fecit: non solum Glycerium non peperisse, sed neminem. 2 Et 'hic' dicendo ostendit domum. 4 Et nota in feminino genere etiam n e m i n e m positum.

2 Et est 'neminem' nullum hominem.

507 1 REFERETUR MOX HIC PUER ANTE OSTIUM pro feretur. 2 HUC quasi nobis.

508 1 ID EGO IAM TIBI RENUNTIABO fingit se prodere id, quod ipse facturus est, ut non credat senex ab illo fieri quod praedixit fore. 2 ID EGO IAM TIBI RENUNTIABO ERE FUTURUM 're' syllaba apud veteres interdum abundat, ut modo et Cicero 'renuntiatur mihi' (Verr. II 149). (3)

[1]) Cf. Wessner in v. l. et in App.

3 RENUNTIO pro nuntio. 4 RENUNTIO quasi secretum consilium, ut supra 'renuntiatum est' (v. 502).

509 DAVI FACTUM CONSILIO AUT DOLIS commodius et magna cum invidia dixit 'Davi', quam si 'meo' dixisset, ut Vergilius, cum Turnus incusaretur, ait 'nulla mora in Turno' (Aen. 12. 11).

510 1 PRORSUS A ME OPINIONEM 'prorsus' quasi porro versus, quod Graeci dicunt μακράν. 2 PRORSUS <quidam 'prorsus'> pro v e r e positum putant, ego pro eo quod est o m n i n o. Sunt qui coniunctionem velint esse. 3 OPINIONEM TUAM HANC 'hanc tuam' cum taedio eius dixit, hoc est: nimis molestam, nimis suspicacem, nimis accusatricem, (*a*) et in Adelphis (754) 'iam vero omitte, Demea, tuam istam iracundiam'.

4 *a* Sic dixit 'hanc tuam' ut ille de apibus 'vere suo' et 'solemque suum, s. s. n.' (Ge. 4. 22. Aen. 6. 641).

511 2 Bene subiunxit 'crede': non enim audisse statim c r e d e r e est.

1 AUDIVI ET CREDO locus communis, an famae credendum sit. 3 MULTA CONCURRUNT SIMUL QUI CONIECTURAM HANC restat enim, ut multis concurrentibus signis una coniectura confletur.

512 1 IAM PRIMUM HAEC SE EX PAMPHILO a falso concepit, secundum quod credit, senex.

2 Et a summo ad imum et ex factis et ex dictis et ex rebus atque personis sumit argumenta.

513 POSTQUAM VIDET NUPTIAS DOMI PARARI eleganter omisit in cuius domo.

514 MISSA EST ANCILLA ILICO quod Graeci dicunt αὐτόθεν, αὐτῇ, αὐτοῦ; nam loci significatio est, etiam brevitatem temporis notans.

516 1 NIHIL MOVENTUR NUPTIAE non perturbabuntur nuptiae.

2 MOVENTUR differuntur.

517 QUID AIS CUM INTELLEXERAS quaqua se verteret Davus, obvium infestumque invenit senem, et tamen versute it obviam et iam comprehensus elabitur.

519 1 QUIS IGITUR EAM AB ILLA ABSTRAXIT non frigide intulit dixisse se, sed cum magna asseveratione. 2 Et 'a b s t r a x i t' proprie, ut supra 'me a Glycerio miserum abstrahat' (v. 243). (*a*)

2 *a* et 'divellimur inde Iphitus et P. m.' (Aen. 2. 434). 3 QUIS IGITUR EUM hoc sic audiendum est, quasi dicat 'dixi'.

521 1 POSTREMO ID MIHI DA NEGOTI de proiectione pueri pro foribus. 2 TU TAMEN IDEM 'idem' abundat; 3 apud veteres 'tameni-

dem' integrum fuit, unde apud nos et tandem et tamen natum est; sic et 'identidem' <iterum> iterumque dictum.

520 1 QUAM MISERE HANC AMARIT 'misere' valde, nimis. 2 NUNC TIBI UXOREM EXPETIT oratorie pro eo quod non recusat, 'expetit.'

521 4 TU TAMEN IDEM 'tamen idem' aut pro tamen positum est aut pro tandem, ut <sit: tu tandem has nuptias> — 5 TU TAMEN HAS NUPTIAS ut caveatur ab appositione pueri ante ostium — perge facere ita ut facis.

523 QUOD PARATO OPUS EST PARA diserte et latine dixit 'quod parato opus est'.

524 1 NON IMPULIT ME HAEC NUNC OMNINO UT CREDEREM 'non impulit' non persuasit non perfecit, ut crederem Glycerium peperisse; 2 et cum dicit 'omnino' ostendit quaedam se credidisse, in quibusdam tamen esse circumventum. Mire autem cautum capi inducit senem, ut crederet, quod Glycerium peperisset.

525 1 ATQUE HAUD SCIO AN QUAE DIXIT SINT VERA O. quae praeterea <dixit> Davus; 2 et bene 'omnia', ut appareat senem multa credere vera esse, quae Davus dixerit.

526 MULTO MAXIMUM EST 'multo' et comparativis et <superlativis> antiqui adiunxerunt.

527 QUOD MIHI POLLICITUS EST pollicitatio multarum rerum promissio est?

528 GNATO UXOREM subauditur 'ut det'.

529 1 QUID ALIAS 'quid' pro cur. 2 ALIAS alio tempore.

532 1 ATQUE ADEO IN IPSO TEMPORE in ipsa opportunitate, in ipso articulo. 2 ECCUM IPSUM OBVIAM <CHREMEM> continuo mutavit declinationem, ut 'iubeo Chremetem'. (v. 533).

3

533 1 IUBEO CHREMETEM haec congressio duorum senum ad tale periculum adigit fabulam, ut id non videatur consilio, sed eventu posse vitari: qui eventus est Critonis praesentia, nam nunc ex falsis fient verae nuptiae. 2 IUBEO CHREMETEM ferme aliquid iubere velle est, (*a*) 3 et deest 'salvere', quod opprimitur ab alterius personae interventu. (*a*) 5 TE IPSAM QUAEREBAM placabilis et lenis amicus per totam fabulam inducitur Chremes, ut cognitioni ad ultimum interesse possit. 6 OPTATO ADVENIS 'op-

tato' adverbium est, ut Vergilius 'ac velut optato ventis' (Aen. 10. 405).

2 (*a*) IUBEO ergo: volo. 3 *a* ut Vergilius 'reddique viro promissa iubebant' (Aen. 5. 386). 4 * Et μεταληπτικῶς, quia qui dicit 'salve', iubet: volumus enim animo, iubemus verbis.

534 1 ALIQUOT ME ADIERUNT aliquot hoc est nec multi nec pauci. 4 ADIERUNT sic alibi 'Byrria, quid tibi videtur, adeon ad eum?' (v. 314). 5 EX TE AUDITUM ut supra 'e Davo audivi' (v. 302).

2 ET ADIERUNT non accesserunt quia aditus arduus difficilisque est. 3 ADIERUNT quasi importune et interpellantes. 6 EX TE AUDITUM ergo non iam rumor sed veritas.

535 1 ID VISO 'id' ob id, 3 et VISO ad videndum venio. 4 TUNE AN ILLI INSANIANT tu insanis, si dixisti, illi insaniunt, si non audita referunt.

3 VISO deest 'te'.

536 1 AUSCULTA PAUCIS et pauca legitur.

2 ET QUID EGO TE VELIM a docilitate.

538 1 PER TE DEOS ORO ordo: per deos te oro, ut Vergilius 'per has ego te' (Aen. 12. 56), 2 ET NOSTRAM AMICITIAM CHREMES legitur et 'Chreme'.

539 1 QUAE INCEPTA A PARVIS CUM AETATE mire ait 'incepta a parvis cum aetate', ut ostendat non nuper cognitam [1]) amicitiam sed antiquam, ut 'veterem Anchisen a. a'; idem alibi 'neque enim novus iste D. v. a.' (Aen. 3. 82, 11. 537).

2 ACCREVIT ut supra (v. 494) 'accurate': 'ad' praepositione familiariter utitur. 3 ADCREVIT hinc Vergilius 'crescent illae crescetis amores' (Ecl. 10. 54).

540 1 PERQUE UNICAM GNATAM T. ET M. G. ineptum est sic adiurare aliquem: per salutem filii mei, ut facias id, quod te rogo! Sed hic caute subiunxit: 'cuius tibi potestas summa servandi datur': in tua est, inquit, potestate et tuus est: 2 haec ergo obtestatio dicitur, cum eas res adiuramus aliquem, de quibus agitur causa, ut 'Iliaci cineres et f. e. m.'; idem alibi 'per eversae, g. f. Troiae excidia obtestor' (Aen. 2. 431, 10. 45).

542 2 NUPTIAE UT FUERANT FUTURAE F. breviter et latine; et hoc genus compositionis veteres non vitabant.

1 UT ME ADIUVES CETT. petitio est.

---

[1]) Legendumne 'coniunctam'?

543 AH NE ME OBSECRA τῷ ἑλληνισμῷ· μὴ λιτάνευε μὴ μάχου, pro 'ne obsecres'.

544 QUASI HOC DE ORANDO IMPETRARE OPORTEAT haec plena vox est et caritatis et officii: quod enim amicus ab amico petit, iustum esse debet, nec pro eo, quod est iustum, supplicare oportet.

545 1 ALIUM ESSE CENSES NUNC ME ATQUE OLIM CUM DABAM nos dicimus cum darem: Vergilius 'tum decuit, cum sceptra dabas' (Aen. 3. 597). 2 *Et* nota 'olim' pro nuper.

3 ALIUM ESSE CENSES NUNC ME non persona, sed rei condicio commutata est.

546 1 SI IN REM EST UTRIQUE UT FIANT τῷ δευτέρῳ συλλογισμῷ prave proposuit, ut recte replicaret. Hic syllogismus negativus dicitur, nam in secundo λήμματe negat, quod prius dixit, 'sed si ex ea re plus mali est quam commodi'. 4 Bene 'utrique': mihi et tibi. (*a*)

2 SI IN RE EST UTRIQUE ab utili argumentum. 3 SI IN RE E. U. utrumque de duobus constat. 4 *a* non alteri utile alteri inutile.

547 2 Mutavit numerum, ex plurali singularem: 'fiant', 'ex ea re'.

1 SED SI EX EA RE id est: nuptiarum.

548 IN COMMUNE <UT C.> id est: ex aequali provide.

549 QUASI SI ILLA TUA SIT PAMPHILIQUE EGO SIM PATER nota suavissimam varietatem. (*a*)

a * Non enim dicit 'quasi illa tua sit et ille meus'.

550 2 ITAQUE VOLO 'itaque' modo duae partes orationis sunt, ut in Hecyra 'itaque una inter nos agere aetatem liceat' (v. 207).

1 IMMO ITA VOLO quia utile est, quia 'in re' est (v. 546).

551 NISI IPSA RES MONEAT bene intulit 'moneat', non 'postulet', quia 'postulo' praetulit (v. 550).

552 1 IRAE SUNT INTER GLYCERIUM ET GNATUM hoc laeto vultu pronuntiat Simo, 2 (*a*) loquitur enim apud eum, ex quo audiverat, Pamphilum pro uxore habere peregrinam; 3 AUDIO ironia: mox 'fabulae'; et hic (scil. Chremes) paulo sapientior inducitur et minus obnoxius dolis.

2 *a* Et hoc a possibili est.

554 PROFECTO SIC EST 'profecto' confirmatio est.

555 1 AMANTIUM IRAE sententia γνωμική, in qua a specie receditur et in omnes aliquid dicitur. 3 INTEGRATIO instauratio.

556 ID TE ORO deest 'ob' ut sit: ob id, ut Vergilius 'quod te per superos oro'' (Aen. 2. 141).

558 PRIUS QUAM HARUM invidiosius 'harum', cum una sit, ut in Eunucho 'non perpeti meretricum c.' (v. 48).

559 REDUCUNT ANIMUM AE. hoc ut supra (v. 193) 'ipsum animum aegrotum ad d. p. p. a'.

560 UXOREM DEMUS ἠθικῶς 'demus', ut in Heautontimorumeno 'quomodo minimo periculo id demus adulescentulo' (v. 477).

564 1 MEQUE ILLUM HANC PERPETUO amphiboliam de industria posuit.
2 Aut utrumque significat.

565 NISI PERICULUM FECERIS temptamentum. Cicero 'aut tute tui p. f.' (div. 27); idem Terentius 'fac periculum in l.' (Eun. 476).

566 AT ISTUC PERICULUM memorabile dictum nimis et id, quod merito in proverbium cesserit.

568 SI EVENIAT QUOD DI PROHIBEANT παρένθεσις per εὐφημισμόν.

569 AT SI CORRIGETUR QUOT C. V. alter est syllogismus per contraria lemmata et ipse negativus.

570 1 PRINCIPIO AMICO FILIUM R. 'principio' nec intulit 'secundo'. 2 RESTITUERIS INVENIES ergo ἀνακόλουθον duplex.
3 AMICO FILIUM ab honesto.

572 1 QUID ISTIC SI ITA ANIMUM I. E. U. 'quid istic?' concedentis et veluti victi verbum, [tamquam si diceret 'quid?']. 4 SI ID ANIMUM INDUXISTI legitur et 'animum induxisti' et 'animum induxti', sed illud plenum est, hoc per metaplasmum συγκοπήν diminuitur.
2 Abundat 'istic'. 3 * Vel potius 'quid istic?' significat hominem de loco ac de sententia secedere, ut e contrario perstare ac resistere dicitur, qui aliquid negat.

576 1 IPSUS MIHI DAVUS cett. est commendatio testis ut 'in foro modo e Davo audivi' (v. 302). 2 Ergo 'ipsus' quasi qui maxime sciat.

579 TUTE ADEO IAM EIUS AUDIES VERBA 'adeo' modo παρέλκεται [et abundat], ut Vergilius 'tute adeo, quem mox quae' cett. (Ge. 1. 24).

580 1 ATQUE ECCUM VIDEO 'eccum' quasi ecce eum veteres dixerunt <ut> eccillum, quod apertius significat ecce illum et obscurius ellum.

4

580 2 AD TE IBAM QUIDNAM ID EST CUR UXOR Davus ut recte scribatur, Davos scribendum est, quia nulla littera vocalis geminata unam syllabam facit; sed quia ambiguitas vitanda est no-

minativi singularis et accusativi pluralis, necessario pro hac regula digamma utimur et scribimus DaFus serFus Fulgus corFus. (= 174). 3 AD TE IBAM QUIDNAM hic locus est, in quo iam ad discrimen mali perducta comoedia in meliorem partem iam incipit inclinare.

582 1 EGO DUDUM NON NIHIL VERITUS SUM semper gravis orationis inceptio est, quae exordium sumit a pronomine 'ego', ut 'ego te quae p. f.' <et> 'ego postquam te e.' (Aen. 4. 334. Andr. 35). 2 EGO DUDUM CETT. adverbia temporis aut certa sunt, ut hodie cras, aut incerta, ut dudum nuper, itaque incertis additur tempus, ut iam dudum, nunc nuper. 3 NONNIHIL CETT. breviter pro: veritus sum, ne quid abs te fieret; sic et supra (v. 106) 'metui a Chryside' et Cicero 'quae precatus sum ab dis immortalibus' (Mur. 1) pro eo quod est, quae ab dis petii precatus eos.

583 PROPTEREA QUOD AMAT FILIUS totum cum extenuatione protulit, tamquam qui satisfactum voluerit Davo ob comprobatam fidem eius.

586 1 NAM PROPEMODUM HABEO IAM ridicula dilatio eius rei quae iamdudum nota est audituro. 2 NAM CETT. hoc est: prope modum, cuius auctivum est admodum.

587 SED EA GRATIA SIMULAVI gratiam pro causa posuit nove.

588 SIC RES EST quod Graeci dicunt *οὕτως ἔχει*.

591 NUMNAM PERIMUS 'nam' *παρέλκεται* ut quisnam.

592 QUIDNAM AUDIO legitur et 'audiam'; Menander enim sic ait '*τί ποτ' ἀκούσομαι*'; 2 OCCIDI HEM QUID DIXTI bene usus est *παρομοίῳ* 'occidi' et 'optime', ut similitudine falleret audientem.

593 NUNC PER HUNC Chremem scilicet.

594 IBO ATQUE HUC RENUNTIO varie 'ibo' et 'renuntio'.

595 1 NUNC TE ORO DAVE 'te' id est: per quem stat summa negotii; 2 et modo magis vere rogat quam tunc, cum ait 'dehinc postulo sive aequum est te oro, Dave' (v. 190); ibi enim ironia latet, cum dicit 'sive aequum est'. 3 QUONIAM SOLUS MIHI EFFECISTI <H. NUPTIAS> non 'fecisti': est enim efficere perficere faciendo. 4 Et bene 'has': quarum causa laboro.

596 1 EGO VERO SOLUS *διλογία*; 2 et hoc ad increpationem, non ad confirmationem. 3 SOLUS id est: cui non assentiebat Pamphilus.

5 <PORRO> futuri temporis adverbium, aut hortantis, ut 'percipe porro, q. d.' (Aen. 9. 190).

4 PORRO ENITERE 'porro' in futurum, deinceps. 6 ENITERE elabora, quasi difficile sit et conatu opus.

597 1 FACIAM HERCLE SEDULO productiones sunt comici stili 'hercle sedulo' ad fucum orationis positae. 3 DUM ANIMUS INRITATUS quia dixerat 'irae sunt inter Glycerium et gnatum' (v. 352). 4 IRRIRTATUS est ira commotus, ut in Phormione (v. 240); ducitur autem verbum a canibus, qui restrictis dentibus hanc litteram imitantur.

2 POTES NUNC DUM ANIMUS I. EST. a possibili argumentum.

598 1 QUIESCAS pro 'quiesce' imperativi modi, ne iniuriosum videretur. 2 AGE IGITUR 'age' aut dic, ut est 'egi atque oravi tecum' (Hec. 686) aut adverbium est hortandi. 6 MIRUM NI DOMI EST compositum est quasi: hoc miror, ni domi est. 7 Caute servus callidam interrogationem senis paratus excepit: memor simulatae discordiae cum amica fingit non se eum alibi esse suspicari quam domi.

3 QUIESCAS pro quiesce. 4 Aut deest 'volo' aut 'facito' 5 MIRUM NI DOMI EST aestimationem intulit τό certum fugiens; et est compositum quasi m i r o r.

599 1 DICAM EADEM ILLI in aliis 'idem' scriptum est, quod si est, pro i t e m accipiamus.

2 An: e g o i d e m? an pro i t e m? 3 * NULLUS SUM plus est n u l l u m esse quam p e r i s s e; nam qui perit, vel corpus habet reliquum, qui vero nullus est, ita non est, ac si natus non sit.

600 1 QUID CAUSAE EST QUIN HINC AD P. RECTA P. VIA bene 'recta': ut vel corporis impulsionem lucri faciam. 4 Et 'recta via' plene dixit, non tantum 'recta'.

2 Aut 'recta': ut <non> eam ad precatorem aut ad Pamphilum. 3 * Bene 'proficiscar': proficisci enim in rem aegram et difficilem dicimus. 5 QUIN HINC id est ex hoc loco.

601 2 NIHIL EST PRECI quia praedixit senex.

1 NIHIL EST PRECI LOCI RELICTUM subiungit ergo causas, cur proficiscatur in pistrinum. 3 IAM PERTURBAVI O. allocutio in qua quid metuat quid velit palam est.

602 1 ERUM FEFELLI haec enumeratio causarum est, qua magnifice exaggeravit errores suos. 3 ERILEM FILIUM τρόφιμον.

2 IN NUPTIAS CONIECI E. F. nec 'immisi' sed 'conieci' quod impetum iniuriamque significat.

603 1 * FECI HODIE UT FIERENT <nec solum> 'feci', verum etiam

addidit tempus 'hodie', ut ne diecula quidem eius sit quod fecerit mali. 2 INSPERANTE HOC ATQUE INVITO 'insperante' et 'invito' duplex offensio.

604 EM ASTUTIAS bona ironia pluraliter dixit 'astutias'. (*a*)

a Quasi is qui abundet astutiis, ut ei non una sufficeret.

606 1 UTINAM MIHI ALIQUID ESSET CETT. non dixit 'gladium' aut 'laqueum' ne esset tragicum.

2 Ergo bene pressit dicens 'praecipitem darem'.

5.

607 1 UBI ILLIC EST S. Q. M. P. haec scaena cuius perturbationis esse debeat, iam supra (II 3) praestruxit poeta, cum ad consentiendum Davi consilio tardum Pamphilum faceret. 3 UBI CETT. nimium terribile est saevire, antequam videas eum, contra quem irasceris. 4 UBI CETT. ad intellectum non ad verba redegit, et est figura σύλληψις per genera; 5 (*a*) nam quia 'scelus' scelestus intellegitur, modo 'qui' subiunxit non 'quod'.

5 *a* Vergilius 'pars in frusta secant' (Aen. 1. 212), sed hic figura est per numeros.

608 1 TAM INERS sine arte, id est sine ἀρετῇ. 2 TAM NULLI CONSILI una pars orationis est. 3 NULLI CONSILI nos nullius et solius, recte autem veteres nullus nulli et solus soli declinabant.

609 2 FUTILI levi inani: a vase quod futile dicitur, quod non deponunt ministri sacrificiorum, quod est acuto fundo et patulo ore instabileque est, ut Vergilius 'consiliis habitus non futilis' (Aen. 11. 339).

1 * ME COMMISISSE F. non 'commendasse' sed 'commisisse': committimus enim quae magno cum periculo volumus esse servata.

610 1 ERGO PRETIUM et pretium et praemium generaliter pro bono aut malo facto redditur, sed discernuntur hoc modo: pretium pro stultitia poena est, praemium pro virtute et sapientia honor est et lucrum, 2 (*a*) Vergilius 'rem magnam pretiumque morae fore' et alibi 'illum Tydides p. t. a. adfecit pretio' (Aen. 9. 232, 12. 351).

2 *a* PRETIUM OB STULTITIAM sic et Plautus locutus est 'pretium ob 'asinos pro asinorum' pretium'. (Argum. Asin. v. 3).

609 3 ET EST FIGURA ἔλλειψις, ut apud Vergilium 'invidisse deos patriis ut r. a'. (Aen. 11. 269).

611 1 POSTHAC INCOLUMEM SAT SCIO FORE ME sic dicere solemus in magno periculo positi: numquam nos periclutaturos, si illud periculum potuerimus evadere. 3 (*a*) Menander sic 'ἂν θεὸς θέλῃ οὐκ ἂν ἀπολοίμην'.

2 * POSTHAC audacter se incolumem in futurum promittit fore, cum vita hominis tam variis multisque sit periculis conferta. 3 *a* Sed hoc dicit: sic, inquit, periclitor: si hoc evasero, scio me postea non periclitaturum. 4 * Et est sensus: tam difficile est hinc evadere, ut, qui hinc evaserit, videatur immortalis futurus.

612 2 MODO POLLICITUS SUM 'modo' mire: etenim maiorem vim habent recentiora promissa. 3 MODO P. S. oratorie 'pollicitus sum' dixit quam si 'promisi' diceret.

1 * NAM QUID EGO NUNC DICAM PATRI bene 'patri', non 'Simoni', ut de auctoritate huius nominis summus terror exsurgat.

613 1 QUA FIDUCIA ID FACERE A. percutiendum 'qua fiducia': ad personam suam rettulit, 2 et 'fiducia' modo impudentiam significat.

614 1 NEC QUID NUNC ME FACIAM S. nos quid faciam, veteres autem 'me' addebant, 2 et nota 'faciam' <cum> ablativo casu. 3 ATQUE ID AGO id quaero, hoc est: ut inveniam quid faciam.

615 ALIQUAM PRODUCAM M. et 'productam' legitur; significat autem differam, protendam, prolatem.

616 1 EHODUM BONE VIR QUID AIS gravis interrogatio et invehentis <in> eum pro iracundia. Et hoc ironia prosequitur, cum omne genus contumeliae lene in eum ducimus, in quem ferimur iracundia. 2 VIDEN ME TUIS C. hoc est: numquid negare potes?

617 1 IMPEDITUM ESSE impeditus est proprie, qui ita pedes habet illigatos, ut progredi non possit. Sed hic ad negotium rettulit. 2 AT IAM E. non defendit, sed emendaturum promittit. 3 *Et* bene ad 'impeditum' 'expediam' rettulit.

4 * Duo promisit simul et tempus cum celeritate et effectum.

618 1 IMMO MELIUS S. bene 'melius' comparativo, quasi hoc bonum sit, illud melius. 2 OH TIBI EGO CREDAM F. furciferi dicebantur qui ob leve delictum cogebantur a dominis ignominiae magis quam supplicii causa circa vicinias furcam in collo ferre subligatis ad eam manibus et praedicare peccatum suum simulque summonere ceteros, ne quid simile admittant. Itaque et Cicero de servo 'quid deinde? furcifer quo progreditur?' (Deiot. 26).

619 1 TU REM IMPEDITAM ET PERDITAM multum progressus est 'impeditum' dicebat [1]), modo 'perditam' dixit. 2 Sensus hic est: integram perdidisti et perditam restitues? 4 HEM QUO FRETUS SIEM memor est se ante dixisse 'Davum video, cuius consilio fretus sum' (v. 335).

3 <TU> hoc est: qui integram expeditamque turbasti

621 1 AN NON DIXI HOC FUTURUM ut ab illa excludar hoc concludar' (v. 386) et 'vide quo me inducas' (v. 399). 2 QUID MERITUS CRUCEM plena satisfactio est confessio peccati sine recusatione poenarum, nam mitiores eos reddimus, quibus ultro operae pretium pro delictis offerimus nostris: Vergilius 'equidem merui n. d. i.' (Aen. 12. 931).

622 1 SED SINE PAULULUM AD ME UT R. ad se redire dicitur, qui animum recipit in sedem mentis: Vergilius 'victus ad se redit' (Ge. 4. 443). (*a*) 2 IAM ALIQUID DISPICIAM dispicere est disquirere consilium, despicere deorsum aspicere.

a et hic de corpore dixit; ad se autem redit, qui amens esse destitit.

623 NON HABEO SPATIUM UT DE TE S. S. V. V. *οἰκονομία.*

624 NAMQUE HOC TEMPUS PRAECAVERE sic Vergilius 'sed motos praestat c. f.' (Aen. 1. 135). Et est *σύλληψις*: illud enim cogit, hoc sinit.

IV

1.

625 1 HOCINE EST CREDIBILE AUT MEMORABILE elegans perturbatio, in qua inter se Simo, Davus, Pamphilus, Charinus, Byrria, Chremes, omnes omnibus redduntur offensi. 2 HOCINE CETT. et incredibile est, inquit, et nefandum; e contrario enim ab interrogatione quadam incipiunt, qui nimis irascuntur, ut est illud 'hocine est humanum f. a. i.? hoc est o. p.' (v. 236); 3 et totum

[1]) Sic dedi pro 'impeditam' dicere, respicit Scholiasta Pamphili in v. 619 'viden me tuis consiliis miserum impeditum esse'.

in pronuntiatione est. (*a*) 4 HOCINE est credibile a generalitate incipit, ut Cicero 'quam facile serpat iniuria et peccandi locus, quam non f. r. v.' (Verr. 2. 53). Idem 'hocine saeclum! o scelera!' cett. (Andr. 304).

a hoc enim genus interrogationis vim negandi exprimit.

626 TANTA VECORDIA I. C. UT SIET singulari et plurali numero respondet.

627 1 UT MALIS GAUDEANT cum dixisset 'cuiquam', intulit numerum pluralem, ut alibi 'si quisquam est, qui . . in his poeta' (Eun. prol. 1599). 2 UT MALIS GAUDEANT legitur et 'gaudeat', et 'comparet'.

3 EX INCOMMODIS A. et hic gaudeat subauditur.

628 SUA UT COMPARENT hoc est adquirant. (*a*)

a vel aestiment.

627 4 ATQUE EX INCOMMODIS A. S. UT C. C. hoc est: non intellegunt commoda sua, nisi ex alterius incommodis ea aestimaverint.

629 2 VERUM IMMO ID EST parum accusaverat dicens 'id est verum hominum genus' et ideo addidit 'id est pessimum hominum genus', ut hoc facere non hominis modo sit, sed pessimi hominis.

1 * ID EST VERUM IMMO ID EST alii sic 'verum est hoc genus hominum: <hominem> se probavit esse, cum malus sit'. et hic contra hoc 'immo non hominem, sed pessimum hominem se probavit'.

630 1 IN DENEGANDO MODO 'modo' pro tantummodo. 2 QUIS PUDOR P.

a. adest pudor, ne denegent, non adest, ut et praestent.

631 POST UBI TEMPUS deest 'est', ut sit: tempus est.

632 1 TUNC COACTI NECESSARIO S. A. mire ait 'necessario', quia natura sunt tales. (*a*) 2 APERIUNT mire 'aperiunt', quoniam tunc, cum promittebant, mali erant, sed latebat malitia intra pectoris altitudinem.

1 *a* * necessitas autem in natura est constituta.

633 1 ET TIMENT ET T. R. P. D. bis numero subauditur 'denegare'. 2 * Et melius 'timent', quam si diceret 'pudet eos': nam t i m o r etiam malorum, p u d o r tantum bonorum. 3 RES malitia scilicet: id est quia mali sunt ad rem, quam praestare non possunt.

635 1 QUIS TU ES QUIS MIHI ES 'quis tu es' ad dignitatem refertur, 'quis mihi es' ad necessitudinem; (*a*) 2 et haec verba mollia dictu sunt, sed animo aspera. 3 CUR MEAM TIBI ἐλλειψις.

1 *a* id est frater aut cognatus.

636 1 HEUS PROXIMUS 'heus' significatio est modo nominis ad in-

tentionem considerationemque revocandi. 3 PROXIMUS carus, benivolus; 4 *Et* hoc est quod ait supra (v. 429) 'quo aequior sum Pamphilo si se illam in somnis quam illum amplecti maluit'. Inde et proximi et propinqui dicuntur qui nobis cari esse debent.

2 PROXIMUS SUM EGOMET MIHI id est carior mihimet ipse sum quam quisquam alienus.

637 1 NIHIL PUDET pudor est mali facti, verecundia recti et honesti. (*a*) 2 SI ROGES abundat 'si roges', sed ἠθικῶς additum est. 3 HIC UBI OPUS EST ubi iam promiserunt.

a ergo mire posuit.

638 ILLIC UBI NIHIL nota 'illic' et 'ibi': aptum irascenti repetitionis genus.

637 4 HIC UBI OPUS EST salvo pudore.

638 2 ILLIC legitur et 'illi'. 3 UBI NIHIL OPUS EST ubi nondum promiserunt. 4 IBI VERENTUR quod ait supra (v. 630) 'in denegando modo quis p. p. a.'

639 3 *Et* MORALITER VERBA Charini sunt posita. 4 ET CUM EO INIURIAM pro 'de iniuria.' 5 EXPOSTULEM expostulatio est adversus eum, quem incusamus; nam expostulare est querellam apud eum ipsum deponere de eo ipso, postulare autem querellam dicere de altero apud alterum.

1 SED QUID AGAM ADEAMNE AD EUM hic locus deliberationis est an adeat Pamphilum. 2 UNUM abundat.

640 1 INGERAM MALA M. quasi tela ista se dixit ingesturum mala. 2 ATQUE ALIQUIS D. N. P. hoc dicit: et si existat aliquis, qui mihi dicat 'quid profeceris'? respondeo 'multum'.

641 4 MOLESTUS CERTE EI FUERO hoc est: si nihil aliud promovero certe ei molestus fuero. 5 ATQUE ANIMO M. G. erit fructus iracundiae ex vindicta.

1 MULTUM non subiunxit, quomodo 'multum', sed: aliud faciam. 2 Transitum fecit dicendo 'molestus certe ei fuero'. 3 MULTUM subauditur 'promovero'. 6 * Et per iracundiam atque perturbationem non invenit, quid sit 'multum', aliud ergo invenit 'molestus ei fuero.'

642 1 CHARINE ET ME ET TE IN P. mire et artificiose Pamphilum fecit priorem alloqui ad perfringendam iracundiam Charini: alioquin si prior vociferari potuisset, tragica exclamatione usus fuisset. 2 IMPRUDENS est defensio ab imprudentia: etenim nisi bonae esset conscientiae, numquam diceret 'te perdidi purgaturus'.

643 1 ITANE IMPRUDENS 'imprudens' distingue et attende hoc illum repetere, quod indignatur magis, quasi audierit 'imprudens' et non audierit reliqua.

646 QUI TUUM ANIMUM EX A. S. M. legitur et 'cum'.

643 2 ITANE IMPRUDENS quia articulus omnis defensionis per concessivam qualitatem hoc dicto est constitutus, idcirco hoc ipsum Charinus per infirmationem repetit, hoc cupiens eripere Pamphilo, quo ille maxime nititur.

647 FALSUS ES modo participium est, id est falleris, si Pamphilus dicit; si vero coniungitur, pro fallax accipitur. 2 HOC SOLIDUM VISUM 'solidum' plenum, idoneum, integrum.

648 1 NISI ME LACTASSES produxisses, oblectasses, induxisses, quae significatio frustrationem ostendit. 2 Lactare est inducere in aliquam volutatem a laciendo; unde et oblectatio dicitur.

649 1 HABEAS permissio animi irati. 2 HABEAM ut supra (v. 328) 'aut si tibi nuptiae hae s. c.'

650 1 QUANTAS HIC MIHI SUIS CONSILIIS ironia dixit, ut supra (v. 536) 'cuius consilio fretus sum'. 2 Et cum 'verser' praetulerit, 'conficiat' debuit inferre; est ergo ἀνακόλουθον, ut est illud 'principio amico filium r. . . . i.' (v. 570). 3 CONFECIT legitur et 'conflavit'. 4 SOLLICITUDINES perturbationes.

651 1 MEUS CARNUFEX id est: in me carnifex, qui me torserit, ut alibi 'deo irato meo' (Pho. 74), hoc est: 'in me deo irato'. 2 DE TE SI EXEMPLUM C. utrum: si te imitatur, an: si de te exigit poenas, ut ipse alibi 'uterque exempla in te edent'? (Eun. 1022). 3 Sed melius te imitatur accipimus.

652 HAUD ISTUC DICAS SI COGNORIS nosti enim [1]), sed si, cognoveris non ita dicas.

653 2 CUM PATRE ALTERCASTI legitur et 'altercatus es'. (*a*).

1 CUM P. A. ab his quae facta sunt ad ea quae facta non sunt. *a* non enim alterco dicimus.

654 NEC TE QUIVIT H. C. argumentum attulit ex his quae non sunt facta, cum fieri debuerint.

655 1 IMMO ETIAM pro: praeterea et amplius. 4 (QUO MINUS TU SCIS) vel accipe, ut sit quod vel quoniam; 5 vel 'quo' id est ex quo aut qua re; 6 Aut certe erit sensus cum subauditione huiusmodi: immo etiam, quo minus scis aerumnas meas, eo magis

---

[1]) Vide quae scripsi in adnotatione.

audi; aut: immo etiam hae nuptiae non apparabantur mihi, quo ipso minus tu scis aerumnas meas, id est: falsae nuptiae erant, quae res te magis fallit irascique mihi cogit merito.

2 IMMO ETIAM deest 'audi'. 3 QUO MINUS TU SCIS 'quo' id est q u o d; et deest 'audi'.

656 1 HAE NUPTIAE legitur et 'haec nuptiae', sic enim veteres dixerunt.

2 NON APPARABANTUR a p p a r a r i cum dativo casu iunctum semper cladem et perniciem significat, ut 'mihi sacra parari' (Aen. 2. 132).

658 TU COACTUS TUA VOLUNTATE hic est accusatio: ille enim excusat per imprudentiam, hic arguit voluntatem; hoc ergo dicit: eo gravius, quod nullo cogente, peccasti.

660 CUR ME ENECAS 'enecas' excrucias.

661 INSTARE UT DICEREM . . . SUADERE ORARE 'instare' 'suadere' 'orare' quarto nihil potest esse.

663 1 DAVUS INTERTURBAT [1] 'Davus' cum admiratione pronuntiandum. 2 INTERTURBAT deerat, ut et hic 'Davus' diceret, sed plus intulit 'interturbat'. 3 Et 'inter' modo pronuntiabat habetur [2] significatio, est enim auctiva particula, ut Plautus 'interfectus, interemptus' (Merc 833). 5 NESCIO quia irascitur Davo, dixit 'nescio'; alioquin scit.

4 Vel 'inter' modo pro p e r, ut ille 'hunc inter fluvio Tiberinus amoeno ... in mare pror.' (Aen 7.30).

664 NISI MIHI DEOS FUISSE IRATOS deest 'quia' ut sit: nisi quia.

665 FACTUM HOC EST DAVE non quod non credat interrogat, sed quod increpet.

666 AT TIBI DI DIGNUM FACTIS EXITIUM DUINT 'at' principium increpationi aptum, ut Vergilius 'at tibi pro scelere' (Aen. 2. 535) et Horatius 'at o deorum quicquid in caelo regit terras et h. g.' (Ep. 5. 1),

667 1 EHO DIC MIHI 'eho' interiectio est intentionem audientis exposcens. 3 SI OMNES HUNC CONIECTUM cum odio hoc pronuntiandum est. (*a*)

2 * DIC MIHI semper τὸ dic mihi iniuriosum est, ut ille 'dic mihi, Damoeta' (Ecl. 3.1). 3 *a* ideo 'coniectum' dixit.

---

[1] Glossema 'interturbat' ab editoribus remotum.
[2] Wessner dedit: 'pronuntia ut adiuvetur', recte nisi forte praestat 'ut augeatur'.

668 2 SCIO τὸ 'scio' non ad deceptionem sed ad defetigationem reddidit: ergo cum ironia sonandum.

1 DECEPTUS SUM concessio.

669 2 ALIA ADORIEMUR adoriri propie dicitur repente ex insidiis aliquem invadere.

1 HAC NON SUCCESSIT deest 'quod conabamur'; et proprie de bono sic dicitur.

674 HOC TIBI PRO S. D. μεταληπτικῶς 'servitium' pro servitute posuit, ut 'servitio enixae tulimus' (Aen. 3. 327).

676 1 CONARI M. P. G. ut supra (v. 161) 'quem ego credo manibus pedibusque obnixe omnia facturum'. 2 Et accusativo casu sine intermissione significat 'noctes et dies'. 3 MANIBUS ET PEDIBUS ὑπερβολικῶς.

678 1 SI QUID PRAETER SPEM EVENIT 'evēnit' producta magis, quia hoc perpetuo non vult accidere Pamphilo.

2 Ergo 'evēnit' non 'eveniet' aut 'evĕnit' media correpta.

679 1 PARUM SUCCEDIT QUOD AGO si nostrum est officia praebere, at nostrum non est fortunam posse praestare. 3 AT FACIO SEDULO id est ex animo et sine dolo.

2 Et bene 'succedit', ut quod agimus ostendat successus esse atque fortunae.

681 RESTITUE IN QUEM ME A. L. sensus hic est: omnia mihi integra et salva redde, qualia tibi tradidi consulturo vel cum nihil promisissem patri.

682 HEM SED MANE 'hem' quasi incipientis est demonstrantisque aliquid novi se invenisse.

683 2 NIHIL AD TE QUAERO haec enim ad cogitantem nihil pertinere oportuit. 3 AT IAM HOC TIBI I. D. consilium scilicet, quo in pristinum restituaris locum.

1 NUNCINE DEMUM pro denique.

2.

684 1 IAM IAM UBI ERIT INVENTUM TIBI CURABO in hac scaena instauratio est adhortationis Pamphili per Mysidem (*a*): 2 opportune rursus aestuanti Pamphilo amicae mentio obicitur per Mysidem, ne succumbat ad nuptias patri, quamvis promiserit se

ducturum coniugem; adversus quam difficultatem quia ipsius (sc. Mysidis) persona non sufficit, id agit, ut ad ipsam Glycerium modo adducat Pamphilum, cui affectum concitat non ex eo solum quod eum vocat puella, sed etiam quod desiderat eum videre. 3 UBI UBI ERIT <'ubi ubi'> in prima parte vim suam tenet, in posteriore productio est; et est quemadmodum utut, quaqua, undeunde pro utcumque, quacumque, undecumque.

1 *a* opus enim est excitari rursus adulescentem, ne sub patris oppressione frangatur. 4 * (IAM) ... INVENTUM cett. non solum se adducturam promisit, sed et tempus addidit. 5 Et bene 'tibi' quasi amanti.

685 1 TU MODO ANIME MI N. T. M. mollis oratio et feminea multis implicata blandimentis. (*a*)

1 *a* ait enim 'tu modo, anime mi'. 2 MI pro meus.

688 1 HOC MALUM INTEGRASCIT integratur, quod ad integrum redit, quod repetitur, quod instauratur, ut Vergilius 'ramoque sedens miserabile carmen integrat' (Ge. 4. 514).

689 SOLLICITARIER perturbari.

688 2 HOC MALUM amor meus aut Glycerii sollicitudo, quam nescire <nuptias> oportuit.

690 1 * NUPTIAS QUOD MIHI APPARARI 'apparari' ad horrorem et timorem refertur, 2 et dativo iunctum cladem et perniciem significat, ut Vergilius 'mihi sacra parari' (Aen. 2. 132).

692 1 AGE SI HIC NON INSANIT SATIS hic exsertius comprimit Charinum, ne fomenta iracundiae Pamphilo praeberet. 3 SI HIC NON I. ironia est. (*a*)

2 Aut: si paenitet te, quantum sua sponte insanit. 3 *a* an laus ad mitigandum Pamphilum?

693 MYSIS asseveratio est, si a nomine eius incipias, cum quo loqueris.

692 4 ATQUE EDEPOL EA RES EST id est 'nuptias apparari sensit'.

694 1 PER OMNES TIBI ADIURO DEOS 'ad' auctiva particula est, ut admirabiliter valde mirabiliter. (*a*) 2 *Et* hoc superest amissa fide, ut iurandum sit.

1 *a* et adverto, addo.

695 1 NON SI CAPIUNDOS MIHI S. I. O. H. mira verecundia 'omnes homines' maluit dicere, ut in his parentes quoque significaret, quam aperte dicere 'patrem' cuius metu promisit nuptias. 2 *Et* contra illud 'sed vim ut queas ferre' (v. 277).

3 * NON SI CAPIUNDOS M. S. ita dixit de uno, hoc est patre, 'omnes homines', ut idem alibi 'o caelum, o terra, o maria Neptuni!' (Ad. 790) Numquid et caelum Neptuni est? non utique sed omnia haec mare vult esse, ut Vergilius 'omnia vel medium fiant mare' (Ecl. 8. 58).

696 1 CONTIGIT quod vix evenit, contigisse dicitur. 2 CONVENIUNT MORES recte et id quod matrimonium firmat 'conveniunt mores'. 3 VALEANT hoc est abeant, recedant; (*a*) 4 vel potius τῷ εὐφημισμῷ: cum male optaturus esset, considerato patre παραδόξως locutus est et non dixit, quod intenderat, 'pereant'. 5 Et attende, quam moderate pluraliter dixit, cum significaret patrem.

3 *a* * quia et discedentibus et mortuis 'vale' dicitur, ut Vergilius 'salve aeternum m. m. P... vale' (Aen. 11. 97). 6 VALEANT renuntiationis et imprecationis est verbum.

697 3 HANC NISI MORS MI ADIMET NEMO perseverat, ne dicat 'pater.'

1 HANC NISI MORS etsi valeant, — 2 HANC NISI MORS haec concessio est. — hoc enim per concessionem dicitur.

698 1 RESIPISCO spiritum revocat sensus. 2 MAGIS VERUM aut 'magis verum' aut 'verius' dicimus.

699 1 UT NE PATER ut non. 2 UT NE PATER PER ME STETISSE 'stetisse' hoc est esse, ut ille 'desertaque montis stat d.' aliter plenum esse, ut idem 'stant et iuniperi et c. h.', aliter horrent, ut 'stant lumina f.' (Aen. 8. 191. Ecl. 7. 53. Aen. 6. 300) et Lucilius 'stat sentibus fundus' (5 fr. 4 M.).

3 PER ME STETISSE hoc est: per me factum esse, ne fierent nuptiae.

702 2 MISER AEQUE ATQUE EGO *et* intulit παράδοξον, nam volebat sibi dici 'fortis', quod illi tamen mox dicetur; hic igitur aliter respondet atque interrogaverat Pamphilus ideo, quod videat impossibile esse palam resistere parenti. 3 [CONSILIUM QUAERO] [1]) sensus est: scio quidem quid coneris, sed an efficere possis nescio.

1 MISER AEQUE ATQUE EGO bene 'atque ego', quia et hic amore vexatur.

703 1 SCIO QUID CONERE si Pamphili est persona, cum ironia dicitur, si Charini, simplex laudatio est.

2 sed si Pamphili est, hoc significat, quod supra (v. 673) 'ex unis geminas mihi conficies nuptias'. 3 Sed non esse personam Pamphili ex subiectis ostenditur.

704 2 *Et* eodem sensu utitur Davus adversus Charinum, quo su-

---

[1]) Scholium pertinet ad 703 'scio quid conere'.

pra (v. 372) 'quasi necesse sit, si huic eam non dat, te illam uxorem ducere'.

1 NON TIBI HABEO NE ERRES deterret etiam nunc (cf. 372) Charinum, ut et ipse adiuvet Davum, ne Pamphilo nubat Philumena. 3 * NON TIBI cett. vel ut etiam Charinus pro se sentiat, hoc dicit, vel ut solent servi contumaciores adversus amicum domini, quia nuper a Charino accusatus est (v. 665 sqq), vel quia et quid dicat non habet et videt tacendum non esse.

705 1 SAT HABEO quia dilatio facta est. 2 UT SATIS SIT 'ut' pro ne non.

706 1 NE VACUUM ESSE NUNC ME 'ne' pro nedum. 2 (*a*) Sallustius in secundo libro (fr. 109 M.) 'ne illa tauro paria sint'. (*b*).

2 *a* Aut adverbium prohibentis ut sit 'ne' non. *b* pro nedum.

707 1 PROINDE HINC VOS AMOLIMINI a m o l i r i dicuntur ea quae cum magna difficultate et molimine submoventur et tolluntur e medio. 5 PROINDE HINC VOS A. spe iniecta iam etiam imperat domino callidus servus. 6 NAM MIHI IMPEDIMENTO ESTIS utrum hoc verum dicit an fingit, quia adhuc consilium non invenit, quod narrare possit?

2 Sic dixit quasi odioso et molesto. 3 D i s c e d e r e dicitur qui facile abit e medio, a m o l i r i qui vix recedit. 4 * PROINDE cett. molestum impedimentum ex rei magnitudine iacentis in medio, et ideo impedientibus se 'amolimini' dicit, non 'abite'.

708 1 EGO HANC VISAM Glycerium scilicet, et cum commiseratione puellae 'hanc'. 2 QUID TU QUO HINC TE AGIS ut tarditatem discedentis ostendat; sic Vergilius 'amissis remis ... sine honore ratem S. agebat', idem alibi 'ecce gubernator sese P. a.' (Aen. 5. 271, 6. 337). 3 QUID TU H. Q. T. A. admonitio discedentis, ut solet; nam a quo discedere desideramus, admonemus eum ubi vadat vel quo eat; idem facete per interrogationem admonet Davus Charinum, ut <et> ipse abscedat Charinus, qui nunc ultimus remanet.

4 * VERUM VIS DICAM pro initio sedulae narrationis hoc sumimus; an sic respondet Charinus, tamquam qui intellegat non dici sibi velle Davum quo eat, sed id agere ut abscedat?

709 1 NARRATIONIS MIHI INCIPIT INITIUM narrationis scilicet quo eat. 2 QUID ME FIET quid ergo, inquit, quid me fiet?: 3 ab eo quasi ab iocante [1]) pronuntiandum est, nam sic ille 'impudens' respondet. 4 QUID ME FIET de Philumena ducenda.

---

[1]) Pro 'ab iocante' legendum videtur, 'a poscente', cf. 710. 1. Ioci longe absunt a Charino.

1 NARRATIONIS MIHI INCIPIT INITIUM narrationis scilicet quo eat, quia 'verum vis dicam'? velut prooemium narraturi est.

710 1 EHO TU IMPUDENS NON SATIS proprie Charino 'impudens' dixit quasi et insolita et multa poscenti, quippe qui et sponsam alienam petere ausus sit et non satis habeat per Davum sibi moram praestitam Pamphili nuptiarum. 3 *Et* est ὑποκόρισμα 'diecula', hoc est tempusculum, et sumitur ab eo quod est haec dies. 5 Et 'diecula' in qua scilicet ambias quantum potes ad ducendam Philumenam; vult enim se Davus adiuvari per Charinum et Byrriam (cf. 372).

2 QUOD IAM TIBI DIECULAM ADDO 'dieculam' moram. 4 'Diecula' mora et quasi dies parva.

711 1 PROMOVEO differo. 2 PROMOVEO NUPTIAS memoriter Davus: scit enim illum his verbis petisse 'saltem aliquot dies profer' cett. (v. 328), cuius rei oblitus Charinus etiam ut ducat uxorem petit.

712 RIDICULUM deest 'hominem'.

713 AGE VENIAM VIX concedentis et vix consentientis est 'age veniam'.

714 TU MYSIS DUM EXEO a Glycerio scilicet.

3.

716 1 NIHILNE ESSE PROPRIUM CUIQUAM haec scaena administrationem doli habet, quo fit ut deterreatur Chremes filiam suam Pamphilo dare; et vide non minimas partes in hac comoedia Mysidi attribui, hoc est personae femineae, sive haec personatis viris agitur, ut apud veteres, sive per mulierem, ut nunc videmus. 2 NIHILNE adverbium percontantis est. 3 NIHILNE ESSE P. omne, quod habemus, aut mutuum est aut proprium, (*a*) ut 'propriae haec si dona f.' (Aen. 6. 871): 4 ergo nihil nobis proprium esse potest, (*a*) nisi illa quae eripi non possunt, ut sapientia, iustitia, prudentia, quae fortuna neque dare neque eripere cuiquam potest [1]. 7 DI VESTRAM FIDEM admirantis adverbium est cum exclamatione. 8 FIDEM 'fidem' dixit opem et auxilium, ut 'Tyrrhenamque fidem' (Aen. 10. 71).

3 *a* Ergo 'proprium' perpetuum. 4 *a* * quod enim non fuit, ne esse quidem potest, aut quod eripi potest, non est nostrum.

---

[1]) Utitur Sallustii verbis in Jug. 1. 3.

5. Et simul hoc ipsum et a re et a persona: a re 'nihil esse proprium', a persona 'cuiquam'. 6. PROPRIUM perpetuum, non temporale ac mutuum.

717 SUMMUM BONUM ESSE mirum, quod pleno et neutro extulit 'summum bonum . . . Pamphilum'.

718 1 AMICUM A. V. amicus animi est, amator corporis: non enim continuo amator et bene vult, ut Dido amavit quidem Aeneam, sed non et amica fuit, quae ait 'non potui' cett. (4. 600) et idem Catullus 'cogit amare magis, sed bene velle minus' (c. 72.8). (*a*) 3 IN QUOVIS LOCO PARATUM 'paratum' dixit ad omnes affectus, quicumque de proximo [1]) esse possunt, et maxime ad Homericam sententiam respexit 'Ἕκτορ ἀτὰρ σύ μοί ἐσσι πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ ἠδὲ κασίγνητος, σὺ δέ μοι θαλερὸς παρακοίτης' (Il. 6. 429).

1 *a* et est officium et blandimentum. 2 * 'Amatorem' et 'virum' dixit ad discretionem, ut per ea quae enumerat maritum ostenderet.

719 1 VERUM EX EO id est Pamphilo. 2 NUNC MISERA QUEM C. D. cum admiratione pronuntia 'quem' et cum exclamatione quadam.

720 2 Veteres 'facile' dicebant pro certo, ut Cicero 'illius vicinitatis f. p.' (Rosc. Am. 15). 3 DOLOREM 'dolorem' distinxit Probus et post intulit separatim quod sequitur. 4 FACILE HIC PLUS MALI EST in dolore et metu scilicet amittendi, QUAM <ILLIC BONI> in voluptate retinendi.

1 FACILE HIC PLUS M. 'facile' adverbium confirmantis est id est liquido et manifesto. 5 * QUAM ILLIC BONI in 'bono summo', dicit enim ex bonis, quae bona existimamus, plus nos mali capere, cum aut amissuros nos credimus, aut amittimus, quam boni, cum habemus. 6 FACILE cett. 'plus mali' in dolore et metu, ut diximus (schol. 4). 7 QUAM ILLIC B. id est in amico, amatore et viro (cf. v. 718).

721 1 MI HOMO QUID ISTIC OBSECRO EST ex Mysidis verbis quid Davus faciat demonstratur. 2 QUID ISTUC MALI EST involutum puerum portabat Davus, et ideo dicit mulier 'quid istuc mali est' dum ille evolvit et puerum profert; quem postquam expedivit pannis, tum illa dixit 'quo portas puerum?'

---

[1]) 'De' vel 'ex proximo' usurpatum ut apud Plautum in Aul. 31. 164—282 et Apuleium (Hand. de part. II p. 223); igitur nimis breviter nec eleganter haec dicta pro: 'ad omnes affectus animo capiendos, quicumque ex proxima affinitate e. p.' cf. Hartman p. 148.

722 MYSIS NUNC OPUS EST A. H. R. haec scaena actuosa est, magis enim in gestu quam in oratione est constituta. 2 MYSIS N. O. properantis et impense agentis Davi verba monstrantur.

723 1 EXPROMPTA in medium prolata. 2 MEMORIA [1]) ATQUE ASTUTIA 'memoria' ut praecepta retineat Davi, 'astutia' ad agendum strenue quae imperaret.

3 MEMORIA simpliciter: ut memor sit Davi praeceptorum. 4 Et MEMORIA modo pro intellegentia, ut Vergilius 'instamus tamen immemores' (Aen. 2. 244).

726 1 EX ARA SUME H. V. T. 'ex ara' Apollinis scilicet, quem *Ἀγυιαῖον* Menander vocat. 5 *Τὸ* 'tibi' quasi gestum quendam et motum stomachantis habet, ut alibi 'nam quid vis tibi?' (Heaut. 61). 7 EX ARA S. V. verbenae sunt omnes herbae frondesque festae ad aras coronandas, vel omnes herbae frondesque ex loco puro decerptae. Verbenae autem dictae veluti herbenae; Menander sic (***) [2]).

2 Aut quod Apollini comoedia est dicata, in cuius honorem aram statuebant comoediam celebrantes. 3 Apollini ergo comoedia, Libero patri tragoedia. 4 VERBENAS TIBI verbenae quasi herbenae redimicula sunt ararum. 6 Et 'tibi sume' dixit non 'tibi substerne'.

727 QUAMOBREM TUTE ID NON FACIS 'tute' tunc dicitur, cum pronomen ad eam revocatur personam, a qua sumitur, ut verbi gratia cum dicimus 'tu lege', ille nobis respondet 'cur tute non legis?'.

728 1 QUIA SI FORTE OPUS SIT AD ERUM I. M. sic locutus est ut explicari atque intellegi non possit: aut enim deest 'ius', ut sit: ius iurandum, (*a*) aut ut vulgo dicitur iuramentum. 3 Et opus est illam rem, non opus est illa re.

a 2 IURANDUM pro ius iurandum.

729 UT LIQUIDO POSSIM 'liquido' pure et manifeste. (*a*)

a Nam quae sunt pura et defaecata, liquida sunt.

730 1 NOVA NUNC RELIGIO IN TE ISTAEC bene: ius iurandum metuere servum monstri simile est. 4 CEDO porrigentis est manum 'cedo'.

2 'Nova religio' in serva et subita. 3 NOVA NUNC R. servum nolle mentiri nova religio est.

---

[1]) Iusta lectio est 'malitia', cf. edd.
[2]) Syllabae leguntur graecae prorsus obscurae.

731 UT QUID AGAM PORRO I. porro adverbium est modo ordinis, alias temporis.

732 SPONSAE PATER I. mire non dixit 'Chremes', ne, cum dixisset 'quis Chremes?' rursus hic responderet 'sponsae pater'; et non temere hoc facit poeta nam promiserat se rediturum Chremes 'domum modo ibo, dicam ut apparentur, a. h. r.' (v. 594).

733 1 REPUDIO CONSILIUM QUOD P. I. bene 'intenderam'; verbum a venatoribus translatum, qui retia intendunt ad feras captandas: hic ergo, quia parat Chremem et Simonem fallere 'intenderam' dixit.

2 Vel a sagittariis atque arcu.

734 1 NESCIO QUID NARRES bene 'narres': narrare enim aliena et quae nobis non sunt necessaria dicimus. 2 EGO QUOQUE HINC AB bene ait 'quoque' quia et Chremes veniebat.

735 TU UT SUBSERVIAS recte 'ut subservias' dicit, non enim tantum loquetur Mysis quantum Davus.

736 1 ORATIONI UT CUMQUE OPUS SIT VERBIS 'orationi' meae, tuis 'verbis'. (*a*) 2 VIDE cauta esto, specta, intellege.

1 *a* plura enim loquetur Davus, inde 'orationi' dixit, illa subsequetur, ideo 'verbis'.

738 AUT TU PLUS VIDES si sapis, intellegis.

739 NE QUID VESTRUM REMORER C. 'remorer' retardem, retineam: a remora, pisce minutissimo, qui navem retinet, nam Graece ἐχεναίς dicitur.

4.

740 REVERTOR POSTQUAM Q. O. F. adest ipse nunc Chremes, cuius causa scaena fraudibus instructa est, ne promissas compleat nuptias.

741 1 UT IUBEAM ACCERSI recte 'iubeam', quia summa potestas nuptiarum in patre puellae est. 2 SED QUID HOC non interrogantis est, sed mirantis et non intellegentis, ut appareat eum non oculis prius quam corporis offensu sensisse puerum iacentem.

742 1 PUER HERCLE EST 'hercle' ornativa particula est. 2 MULIER magis quam Mysis. 3 UBI ILLIC EST Davum quaerit, qui nunc abscessit, ut et ipse de foro venire videatur.

743 NON MIHI RESPONDES bene 'non respondes'; se enim memor est vetitam quicquam dicere, nisi subserviat orationi Davi.

744 1 RELIQUIT ME HOMO A. A. mire h o m i n e m non D a v u m dixit, ut etiamsi audiat Chremes, incertam personam hominis audiat, non Davum. 2 DI VESTRAM FIDEM adverbium est admirantis cum exclamatione.

745 1 QUID TURBAE EST APUD FORUM haec verba sunt venientis de foro. 2 QUID ILLIC HOMINUM LITIGANT legitur et 'litigat'.

746 1 TUM ANNONA CARA EST comminiscentis est potius quam alicui referentis. 2 QUIDNAM ALIUD DICAM hoc ad spectatores.

747 1 CUR TE OBSECRO ME HIC SOLAM ἀποσιώπησις tertia. 2 HEM QUAE HAEC EST FABULA fabulam se dicit audire, qui rei principium rationemque ignorat.

748 EHO MYSIS 'eho' interiectio est vel principium animadversionem in se poscentis aut repente cernentis.

750 1 QUI HIC NEMINEM A. V. callide affirmat non sibi visum Chremem, cum et praeviderit venientem et praesentem videat. 2 MIROR UNDE SIT 'miror' veteres (*a*) pro n e s c i o ponebant, nam admiratio ab ignorantia descendit: Plautus 'ne quis miretur qui sim, paucis eloquar' (Aul. prol. 1).

a cum 'unde'.

751 1 AU interiectio est consternatae mulieris. 2 CONCEDE AD D. bene 'ad dexteram': sinistra enim venit Chremes; 3 et non vult proximum ei Chremetem, sed iuxta; supra enim dixit 'ego quoque hinc ab dextera u. m. a.' (v. 734).

752 1 DELIRAS NON TUTE IPSE deest 'eum mihi dedisti?' sed et supra et nunc interturbat Davus, ne mulier totum dicat. 2 NON TUTE IPSE summissa voce. 3 VERBUM SI MIHI UNUM accomodate comminatur Davus: paene enim Mysis universa narrabat.

753 1 PRAETEREA QUAM QUOD TE ROGO hoc et sensim et ut senex audiat pronuntiari potest: 'praeter quam quod te rogo'. 2 CAVE gestu comminatus est et vultu ut suspenderet comminationem; deinde infert gestum. 3 Ordo: cave faxis.

754 2 MALEDICIS nove 'maledicis' pro comminatione posuit, cum pro convicio poni soleat, nisi forte quia contumeliae genus est comminatio; 3 quidam putant esse unam personam, Davi scilicet dictum superius Mysidi non satis manifestum Chremi in maledicti similitudinem derivantis. 4 [UNDE EST DIC CLARE] [1]) hoc pressius dixit.

---

[1]) Scholium pertinet ad v. praecedentem.

1 MALEDICIS cum contemptu loqueris, convicium facis; apparet ergo 'maledicis' lentius dictum esse cum dixerit 'dic clare'.

755 1 MIRUM VERO 'vero' saepe ad ironiam refertur. 2 MIRUM VERO IMPUDENTER bono ordine locutus est: primo enim causa impudentiae natura est, deinde condicio.

754 5 [A NOBIS] [1] quia 'a nobis' parum intellegebatur, hic addidit morem meretricis, ut vel sic intellegat senex.

757 1 ADEON VIDEMUR VOBIS E. I. idoneus est aptus ad omnia et bona et mala.

758 1 IN QUIBUS SIC INLUDATIS et inludo in te septimo casu et inludo te accusativo dicimus.

2 Sed 'in' primo supervacuum est ut sit: quibus (*a*) sic inludatis.

756 *a* AB ANDRIA EST A H. effecit quod voluit Davus, nam intellexit Chremes, ex qua sit Pamphilo natus puer [2].

757 2 ADEON 'adeone' ut 'adeon ad eum?' (v. 315).

758 3 VENI IN TEMPORE cum provisus sit, intervenisse <se> putat. 4 VENI I. T. 'in tempore' opportune, nos sine praepositione dicimus tempore et tempori.

759 PROPERA ADEO PUERUM TOLLERE hic versus clare dicitur, sequens ne senex audiat, presse.

760 1 CAVE QUOQUAM EX ISTO EXCESSIS LOCO necessario Davus retinet Mysidem, nondum enim omnia audivit Chremes, nondum comperit, unde sit mulier et puer de quo susceptus sit. 2 EXCESSIS pro excedas, ut 'faxis'.

762 AT ETIAM ROGAS rursus iurgium repetit et turbulentam orationem.

763 CEDO CUIUS P. 'cedo' idem significat quod dic et da mihi (*a*) et est dictum cum quadam fiducia et contemptu eius, cum quo sermo est, interrogantis aliquid.

a Ergo repetitionem significat, non supervacuam orationem.

764 MITTE ID QUOD S. hoc lentius et summisse.

765 1 HEM QUID PAMPHILI apparet mulierem 'vestri' et 'Pamphili' lentius pronuntiasse quam Davus vellet et ideo nunc repetisse nomen 'nostri? Pamphili?' 2 HEM QUID duas res operatur Davus simul: et ut ignarissimum se ostendat et ut Pamphilus nominetur; et argute repetit nomen Pamphili quasi per indignationem,

---

[1] Scholium pertinet ad v. 755.
[2] Hoc igitur scholium ad v. 756 legitur in medio scholio 758. 2.

ut soceri auribus adulescentis nomen inculcet; metuit enim, ne non audiat velut senex.

766 1 RECTE EGO H. S. F. N. et hic effecit quod voluit Davus, ut et Pamphili Chremes puerum esse cognoscat et recuset generum.

2 HAS FUGI id est huiusmodi.

767 1 O FACINUS ANIMADVERTENDUM ἀποσιώπησις quarta.

2 QUID CLAMITAS clamavit enim Davus ut 'puerum' audiret Chremes.[1])

768 QUEMNE EGO CETT. vult negando inritare mulierum ad confirmanda quae vult.

769 1 O HOMINEM A. exclamatio Mysidis testimonium veritatis est. 3 Canthara nomen est anus. 4 et hoc dixit, ut leviter redarguat Mysidem, non ut vincatur: hoc enim vidisse se subfarcinatam Cantharum, non puerum portantem.

2 VERUM VIDI C. S. vide infirmum argumentum: prius 'vidi puerum adferri' dixit, post non 'puerum' sed 'Cantharum subfarcinatam'.

770 SUBFARCINATAM proprium anibus subfarcinatas esse, ut Persius 'pannucia Baucis' (4. 21) et Plautus 'doliarem claudam crassam' (Pseud. 659).

771 1 QUOD IN PARIUNDO A. A. L. indicium secuta confirmatio est, quam expressit Davi refutatio; superest, ut etiam concludatur effectus doli negante Chremete se daturum filiam, quod subinde efficit Davus dolo. 2 ALIQUOT LIBERAE nec paucae nec multae. 3 LIBERAE testimonia libera contra servum; et hoc proprium Terentii est, nam de Romano more hoc dixit.

772 NE ILLA ILLUM 'ne' valde. Cicero 'ne illi vehementer errant' (Cat. 2. 6).

773 1 CHREMES SI POSITUM PUERUM ἐν ὑποκρίσει; et est μίμησις transit enim a mixto ad imitativum characterem.

772 2 NE ILLA ILLUM Chremem scillicet.

773 2 CHREMES SI P. P. μίμησις, quando aliena verba sic pronuntiamus, ut vana videantur.

775 1 NON HERCLE F. bene ipse de se tertiam personam fecit, ut supra 'at nunc faciet' (v. 179). 2 UT TU SCIENS eloquenter: sic enim veteres pro scias.

776 1 IAM EGO HUNC I. M. V. P. bene 'in mediam viam', quia ante

---

[1]) Scholium obscurum; vox 'puerum' lectum est paulo ante in v. 764; in v. 768 pro puero legitur 'quemne'. Eratne hic varia lectio 'puerum'? Hartman p. 149.

fores positus iacebat. 2 PROVOLVAM TEQUE I. PER I. L. de proximo *παρόμοιον* repetivit. (*a*) 3 PROVOLVAM porro volvam. 4 Et dolo quidem minatur quod facturus non est, verum sedulo id agit, ut iam puer tollatur e medio. (*a*)

2 *a* quando nomina sunt παρονομασία, quando verba, παρόμοιον dicitur. 4 *a* simul enim servat Chremeti, ut ipse recuset generum, non ut a quoquam passus videatur iniuriam.

778 1 POL HOMO NON ES S. 'sobrius' est sanae mentis quasi sebrius, hoc est quasi separatus ab ebrio, ut secretus separatus ab his qui cernuntur. 2 FALLACIA ALIA ALIAM T. proverbium, cui subiacet memorem mendacem esse oportere.

780 CIVEM ATTICAM ESSE H. transit ad imitationem.

781 AU interiectio est conturbatae mulieris.

782 IOCULARIUM IN MALUM e contrario: pro gravi et molesto ac nimio iocosum (*a*).

a ergo κατ' ἀντίφρασιν.

783 1 QUIS HIC LOQUITUR O CHREME principium loquendi Davus Chremeti dat perfectis quae ipse conatus est. 2. PER TEMPUS A. idem est 'per tempus' quod in tempore. 4 O CHREME PER TEMPUS A. astute, quasi eum nunc primum viderit.

3 Aut certe 'per tempus' tempestive.

784 1 AH NEC TU OMNIA aut 'nec' pro non legitur, aut 'ne omnia', ut ne producatur et accipiatur pro non.

2 NEC TU OMNIA 'audisti' subauditur.

785 1 AUDISTI OBSECRO HEM exsultans Davus infert et inculcat frequenter repetendo 'audisti'. 2 AUDISTI O. HEM difficile credendo affirmat non scivisse praesentem, ut hac confirmatione nihil illum de se faciat suspicari.

786 IN CRUCIATUM HI A. nec 'in crucem' sed 'in cruciatum'.

787 1 HIC EST ILLE 'ille' cum emphasi quasi vir magnus; sed hoc Chremetem ostendens dicit cum ironia. 2 NON TE CREDAS D. L. Vergilius 'non Diomedis equos n. c. c. A.' (Aen. 10. 581).

788 1 NIHIL POL FALSI DIXI MI SENEX bene 'senex', quia quasi alienior est et ignotus Mysidi. 2 MI S. subpalpatio muliebris.

789 NE ME ATTINGAS quaedam ostenduntur aperte in comoediis, quaedam ex aliis personis intelleguntur.

790 SI POL GLYCERIO NON OMNIA HAEC *ἀποσιώπησις* tertia, quod <quaedam> alienae personae intercessione reticentur. Fiunt autem

ἀποσιωπήσεις, id est reticentiae, modis tribus: aut enim tacet per se ipsum et ad aliud transit et est prima, aut tacet nec ultra aliquid dicet et est secunda, aut alterius interventu personae silet et est tertia.

791 NESCIS QUID SIT ACTUM 'nescis' plerumque dicitur ei, non quem volumus redarguere imperitiae aut ignorantiae, sed quem facere volumus ut velit libenter audire.

794 1 PAULUM INTERESSE nove pro multum: *ἐλάττωσις σχῆμα*. 2 EX ANIMO OMNIA UT F. N. F. figura *ἐφεξήγησις*; nam quid est 'ex animo' nisi 'ut fert natura'? 3 Et haec sententia a Terentio *ἐρωτηματικῶς* prolata est, quam Menander *ἐπιδεικτικῶς* posuit.

795 UT FERT N. naturalis et ingenita actio, quam ea [1]) quae dicimus, ut Vergilius 'et putre solum, namque hoc imitamur arando', (Ge. 2. 204).

5

796 1 IN HOC H. P. D. E. C. in hoc loco persona ad catastropham machinata nunc loquitur, nam hic Crito nihil argumento debet nisi absolutionem erroris eius; simul ex verbis suis quam gravis quam modestus sit quamque iustus ostendit. 2 IN HAC CETT. non 'habitare' sed quia mortua est 'habitasse' dixit. 3 PLATEA Graeci *πλατεῖαν* dixerunt, quam nos plateam dicimus; secundum formam eiusmodi et *Μήδειαν* Medeam, *σπονδεῖον* spondeum scribimus.

797 1 QUAE SESE INHONESTE O. optare est unum de duobus eligere: Vergilius 'pars optare l. t.' (Aen. 1. 425).

2 PARERE HIC D. animo heredis dixit 'parere divitias'.

798 2 (*a*) *τὸ πρέπον* etiam servatum est gravi viro, cum illum sobrinae pudet; simul et hic ostenditur eius generis fuisse Chrysidem, ut probe vivere potuerit, nisi, ut ait (v. 71), necessitas cogeret. 3 QUAM IN PATRIA H. *ἀντίθετον* primum. 4 POTIUS QUAM IN P. H. P. V. his verbis iam honestus a poeta inducitur Crito et dignus, cui credi oporteat.

1 POTIUS QUAM IN P. primum dolet Crito, quia meretrix fuit Chrysis, secundo progressus queritur, quod mortua est. 2 *a* * Et nota, quod tria dicit contempsisse Chrysidem: patriam, honestatem, paupertatem. 5 PAUPER VIVERE 'sed cognatorum neglegentia coacta' (v. 71).

---

[1]) Vide Wessn. in var. lect. Si exemplum Vergilii attendimus requiritur huiusmodi sententia: nat. et ing. actio, quam imitantur ea, quae facimus industria.

799 AD ME LEGE REDIERUNT B. hic ius tractavit dicendo 'redierunt', quia in familiam redeunt, si non est heres de proximo aut ex testamento.

800 SED QUOS P. V. interrogatio est, cui necessario respondetur aut etiam aut non, percontatio, cui nihil horum, ut si quis dicat: ubi habitabat Chrysis? dicatur: ecce hic; (*a*) simul etiam modeste et mature et de se nihil interrogaturus coepit a blandimentis (scil 'salvete').

a percontatio, ut si quis dicat: cur adulterium commisisti?

801 ESTNE HIC CRITO S. C. sobrini sunt consobrinorum filii — nam sic dicit Menander —; verum ut alii putant, de sororibus nati, ut sint sobrini quasi sororini.

802 O MYSIS SALVE SALVUS SIS C. 'salvus sis' asseveratio salutantis est, non quasi responsio.

803 1 ITAN CHRYSIS HEM non nunc interrogat, sed commiseratur, et ita sequebatur ut diceret 'periit', sed magis gemitu significat quod minus dixerat.

2 NOS QUIDEM POL MISERAS PERDIDIT hic intellegitur supra subaudiendum 'periit', nam πρὸς τὸ 'periit' haec reposuit 'perdidit'.

804 1 QUID VOS QUO PACTO HIC progressio loquentis ad interrogandum. (*a*) 2 QUO P. H. significatio est peregrinantis. 3 NOSNE SIC UT QUIMUS A. τὸ 'sic' nudum est [1]); et est significatio languoris cuiusdam et lentitudinis. 4 SIC UT QUIMUS CETT. et ad praesentis et ad praeteritae vitae excusationem pertinet ista responsio, qua purgatur voluntas in quaestu meretricio Chrysidis. Caecilius in Plocio 'vivas ut possis, quando nequit ut velis' (Ribb. fr. com. 11).

1 *a* id est: puto, inquit, quod illa periit, vos autem quomodo?

806 1 QUID GLYCERIUM IAM H. S. convenit hereditatem petenti, convenit indici futuro.

2 Ergo recte et ordine quaesivit 'quid Chrysis? quid vos? quid Glycerium?'

807 1 UTINAM novo genere exoptationem pro negatione intulit. 2 HAUT AUSPICATO HUC M. A. id est inauspicatus, quod non esset auspicatus, et usitatum veteribus sic dicere, si quando aliter quid evenisset quam vellent.

---

[1]) Interpungitur ante et post 'sic'.

808 NUMQUAM HUC TETULISSEM PEDEM Vergilius 'mene efferre pedem' cett. et 'ferte simul faunique pedem' (Aen. 2. 657. Ge. 1. 11); sed critici adnotant altius esse charactere comico 'tetulissem pedem'.

809 1 SEMPER ENIM DICTA EST CETT. aut veris credendum est aut etiam falsis quae tamen inveteraverint; hinc Cicero 'ita habeantur itaque dicantur' (Verr. 2. 87). (*a*)

1 *a* 'habita' ergo plus est quam dicta. 2 SEMPER EIUS a possibili et utili.

810 1 NUNC ME HOSPITEM L. S. et 'me' et 'hospitem' et 'lites sequi' mire dixit: 2 (*a*) totum μετ' ἐμφάσεως.

2 *a* ME cum emphasi id est senem et remotum a litibus, HOSPITEM hoc est peregrinum, LITES SEQUI id est pauperem.

811 QUAM ID MIHI SIT FACILE A. V. id est difficile et inutile. Et est comicum.

814 1 GRANDIUSCULA IAM PROFECTA EST ad partem aetatis refertur g r a n d i s, 2 (*a*) m a i o r autem generaliter et ad summam aetatis refertur et ad comparationem aetatis pariliter positum.

2 *a* id est grandis natu est.

815 2 SYCOPHANTAM bene 'sycophantam', quia bonam causam habet et nihil aliud timet nisi convicia [1]. 3 *Et* SYCOPHANTAM subdistingue.

1 SYCOPHANTAM hoc est: cum in me conveniunt lites.

816 TUM IPSAM DESPOLIARE LICET ab honesto.

817 1 OPTIME HOSPES P. C. A. O. 'antiquum' absolute dixit, ut a e q u u m aut b o n u m, quod antiqui solebant.

2 Aut certe per ἔλλειψιν, id est 'morem et ingenium'.

818 2 *Et* est ordo: duc me ad eam, <ut videam>.

1 * DUC ME AD EAM QUANDO HUC VENI UT VIDEAM 'veni huc', inquit, 'ut videam'; cur autem 'ut videam'? quia timet.

819 NOLO ME HOC IN TEMPORE V. S. bene 'senex': Simo enim cum Chremete est: propter hoc videri non vult, ne eius utatur apud socerum testimonio, rem esse Pamphilo adversus Glycerium, et rursus nuptiae confirmentur. [2]

---

[1]) Hoc est: nihil vere exprobrare mihi possunt, sed tantum convicia in me iactare.

[2]) De hoc scholio vide infra in adnotationibus.

V

1.

820 1 SATIS IAM CETT. haec scaena officiorum disceptationem continet patrum inter se de officio amicorum et paterna pietate tractantium. 2 SATIS CETT. haec veluti quaedam controversia est, namque iniuriarum reus fit Simo; contradicitur per coniecturam falsum esse quod intendit, cum Pamphilus neque amet neque ex eo filius natus sit (cf. v. 836), et adhibetur derivatio causae, qua dicitur meretricem ista omnia esse molitam ad disturbandas nuptias. 4 SPECTATA probata ut ille ait 'et rebus spectata iuventus' (Aen. 8. 151).

3 SATIS cett. bene negaturus filiam purgat prius officium suum de fide promissi et ultro accusat ipse.

823 1 IMMO ENIM 'enim' παρέλκον est figura. 2 IMMO ENIM NUNC CUM MAXIME AB TE POSTULO renuntiare affinitati Chremem aut parum adhuc intellegit Simo aut subtiliter dissimulat, ut ad fidem promissi hominem compellat.

824 UT BENEFICIUM VERBIS I. 'initum' coeptum, ab ineundo, unde et i n i t i a quoque dicta.

825 DUM ID EFFICIAS QUOD VELIS legitur et 'quod lubet'.

826 NEQUE MODUM CETT. id est: non cogitas aut quantum de benignitate amoris exigendum aut praesumendum sit aut quam sit impossibile quod petas.

827 REMITTAS IAM 'remittas' pro mittas.

828 2 HOMINI ADULESCENTULO sic Sallustius 'occultans se tugurio mulieris ancillae' (Iug. 12. 5).

1 PERPULISTI ME UT H. A. hic est tota accusatio.

830 FILIAM UT D. I. S. invidiose non 'promitterem' inquit, sed 'darem', quantum in te est.

832 DUM RES TETULIT compositum pro simplici est 'tetulit'. (*a*).

a et altius, quam decet comicum characterem, dictum videtur (cf. 808).

834 PER EGO TE DEOS O. cett. defensio per coniecturam. Et est ordo: per deos oro te ego.

835 QUIBUS ID MAXIME argumentum a persona. 2 QUIBUS CETT. causa ratiocinativa.

837 1 UBI EA CAUSA QUAM OB REM HAEC FACIUNT ἀνακόλουθον, nam non intulit 'ob quam causam', cum supra dixerit 'ea causa', sed quasi dixerit 'ubi ea res', intulit 'quam ob rem'.

2 Aut 'rem' abundat aut 'causa'.

839 1 VULTU VERO quasi dixerit Simo 'simulabat ancilla'. 2 CUM IBI ADESSE ME NEUTER SENSERIT quaeritur: etsi visus a Myside erat, tamen ignorabatur Chremes esse, donec diceret Davus 'hic est ille, non te c.'? (v. 787).

3 CUM IBI ADESSE 'tum' deest, ut sit integrum 'tum cum'.

840 DAVUS DUDUM PRAEDIXIT MIHI hic ostenditur, quod vidit callidus Davus, ut praediceret futurum seni, quod ipse erat facturus.

841 3 AC VOLUI DICERE 'ac' pro c o n t r a q u a m.

1 NESCIO QUID TIBI SUM O. deest 'propter', ut sit: propter nescio quid. 2 Aut: nescio quare, ut sit adverbiale.

2

842 1 ANIMO NUNC IAM OTIOSO ESSE IMPERO haec scaena principium indicii et iracundiam senis continet, atque in ea vehementer exprimitur consuetudo patris ac domini offensi et indignantis. 2 ANIMO N. I. O. E. exsultans egreditur Davus nuntians prona esse omnia ad securitatem. 3 *Et* OTIOSO securo, (a) 3 IMPERO pro volo. (*a*), 5 et 'impero' superbe dixit: summum enim indicium securitatis est superbia.

3 quia negotium sollicitudo est. 4 *a* * an ut statim fiat tamquam illud quod imperatur?

843 1 UNDE EGREDITUR hic non interrogat, sed cum admiratione vel magis cum indignatione dicit. 3 ATQUE HOSPITIS Critonis scilicet.

2 MEO PRAESIDIO ATQUE HOSPITIS id est 'animo nunciam otioso esse impero'.

844 1 EGO COMMODIOREM HOMINEM hic Davus admiratur, quod in ipso articulo periculi supervenerit Crito. 2 EGO C. H. (ADVENTUM TEMPUS NON VIDI) potest enim et commodus esse quis et alieno tempore supervenire potest: 3 (*a*) [nam] c o m m o d u m in homine est, a d v e n t u s in facto eius, t e m p u s in opportunitate facti. 5 SCELUS QUEM H. L. 'scelus . . . hic' non est soloecismus, ad sensum enim non ad verba respexit. (*a*).

3 *a* * Et commodum in homine est, sed et opportunus adventum malum habere potest. 4 [COMMODIORUM H.] σύλλημψις [1]) 5 *a* * etenim propter sensum verba sunt, non propter verba sensus.

845 2 Proverbiale 'in vado' in tuto.

1 OMNIS RES EST IN VADO 'in vado' in securitate: nam ut in profundo periculum est, ita in vado securitas est.

846 2 SALVE BONE VIR ironia maior est quam increpatio, cum enim omne genus criminis aliquis spreverit, tunc exclusi [2]) ironia laudamus. 3 EHEM SIMO interiectio perturbati est. 4 O NOSTER CHREME noster dicendo latenter significat Glycerium filiam Chremetis esse inventam.

1 * QUID AGAM plus est dicere 'quid agam?' quam cogitare de fuga.

847 1 OMNIA APPARATA S. I. quia infecta sunt de paratis [3]). 2 CURASTI PROBE memoriter: supra enim senex dixerat 'immo abi intro, ibi me opperire et quod parato opus est para' (v. 523).

848 1 UBI VOLES ACCERSE 'ubi' pro quando. (*a*) 2 BENE SANE <'sane'> valide, quia qui sanus idem et validus. 3 ID ENIM VERO HIC NUNC ABEST 'abest' pro deest.

1 *a* non est enim loci sed temporis adverbium.

849 2 ETIAM TU HOC RESPONDES 'etiam' aut hortatio est aut coniunctio. 4 MIHINE quando non sumus parati ad respondendum, ducendo tempus eludimus: 5 apparet ita turbari Davum modo consilio poetae, ut omnes amittat fallacias et oppressus prodat Pamphilum, dum malum comminus perhorrescit; totumque hoc ex argumento est: vult enim poeta iam catastropham patefieri.

1 ETIAM TU H. R. deest 'an non'. 3 * Et vide quanta dixerit et 'quid' et 'istic' et 'tibi'.

850 MODO INTROII hoc signum perturbati inducit ob conscientiam Davi.

851 1 CUM TUO GNATO UNA servi excusatio filii accusatio est, 2 et hoc quasi a perturbato dicitur servo, sed consilio poetae ad exitum festinantis et resolutionem fabulae. 3 ANNE EST INTUS PAMPHILUS causa irae vehementior inventa.

853 1 SUNT nulla ratione dicit 'sunt', sed ne nihil respondeat, nam

---

[1]) Lemma debet esse 'scelus quem', sed vel sic scholium non est Donati, qui dedit 5; cf. 607. 4.

[2]) 'Exclusi' scil. a criminando.

[3]) Scholium corruptum. Correctio Schoellii, quam recepit Wessnerus 'q. i. sunt, dicit parata sunt' non placet. Estne lacuna sic supplenda: 'de paratis loquitur per ironiam'? Aliter Hartman p. 151.

perturbatus est utpote oppressus. 3 QUID ILLUM C. C. I. L. Chremi convenit hic sermo: hic enim irridet, qui et supra dixit 'amantium irae amoris integratio est', 4 et sic hoc dicit, ut alibi 'credo, ut fit, misera prae amore exclusti hunc foras' (Eun. 98).

2 QUID ILLUM deest 'propter', ut sit: 'propter quid.' 5 CUM ILLA LITIGAT irridet Simonem Chremes, qui dixerat 'irae sunt inter Glycerium et gnatum' (v. 552).

854 1 IMMO VERO INDIGNUM CHREMES bene ad eum loquitur, qui est a nuptiis deterrendus, vel qui non interturbet orationem suam vel quem iam sibi precatorem destinet. 2 Ita loquitur, quasi haec sit causa, cur sit Pamphilus ingressus, quod quasi ei lis intendatur a Critone hospite ducendae uxoris, quam civem Atticam vitiaverit.

855 1 NESCIO QUIS SENEX MODO VENIT bene 'nescio quis' etenim si notus esset, videretur gratificari. (*a*) 2 ELLUM veteres, quod nos 'illum' dicimus, vel 'ellum' vel 'ollum' dicebant; quamvis 'ellum' quidam ecce illum velint intellegi, tamquam pro ipso domum Glycerii ostendat Davus dicens 'ellum', 3 quasi en illum: est enim, ut alii volunt, pronomen, ut alii adverbium demonstrantis. (*a*) 5 CONFIDENS confidentem hic pro constanti, non mala significatione posuit. 6 CATUS callidus, doctus, ardens παρὰ τὸ κάειν, unde Cato dictus: ingeniorum etenim igneus vigor est.

1 *a* id est gratiosus esse testis et minus verus. 3 *a* nam pronomen huiusmodi veteres sic proferebant: ille ollus ellus. 4 * Sed, ut diximus, adverbium compositum ex pronomine videri potest, ut sit en vel ecce illum.

856 1 VIDETUR ESSE QUANTIVIS PRETII ad magnitudinem refertur 'quantivis', <non> ad parvitatem pretii; 2 et totum oratorie, scite enim locutus est.

3 Sed interest inter 'quivis' et 'quantivis'; nam alterum contemptionis est, alterum laudis.

857 TRISTIS ad laudem interdum sumitur, non ad amaritudinem 'tristis': Cicero 'iudex tristis et integer'. (Verr. 1. 30).

859 GLYCERIUM SE SCIRE CIVEM ESSE ATTICAM bene: constanter ad ea quae locutus est 'scire se' dixit.

860 1 DROMO DROMO commotus ira et dolore nihil dicit, nisi lorarium repetendo saepius vocat. 2 VERBUM SI ADDIDERIS bene, quia omnia praesente socero contra nuptias loquitur.

861 1 AUDI OBSECRO plerumque a verberandis vel indulgentia loquitur [1] vel mora. 2 SUBLIMEN id est sublime, per altum. 3 QUANTUM POTEST hoc est celerrime, quia segniores se ostendunt servi ad puniendos conlibertos, scilicet mora veniam captantes indignantium dominorum.

862 1 QUIA LUBET hoc sensu et supra dictum est 'ut, si lubitum fuerit, causam ceperit, quo iure quaque iniuria' (v. 213). 2 QUIA LUBET Davo dicit, RAPE INQUAM Dromoni.

863 SI QUICQUAM INVENIES MENTITUM ME OCCIDITO hic plus <quam> supra dixit (v. 199), ibi enim 'verbera' dixit, nunc 'occidito'.

864 COMMOTUM citum, celerem.

865 1 QUADRUPEDEM C. utrum genus ligaturae sic dicitur 'quadrupes' an 'quadrupedem' ut feram? 4 CONSTRINGITO mire: ne quid fiat tragicum in comoedia, usque ad vincula ira progreditur nec quicquam temptat ulterius.

2 An 'quadrupedem' id est: cum pedibus et manibus? 3 * An 'quadrupedem' pro cervo ac fugitivo posuit? Sic Vergilius 'saucius at quadrupes' cett. (Aen. 7. 500).

866 SI VIVO TIBI qui certa minari volunt, incertam faciunt vitam suam.

867 ERUM QUID SIT P. F. 'erum' et 'patrem' cum ingenti pronuntiatione dicit; et alibi 'nam qui mentiri aut fallere insuerit patrem' (Ad. 55).

868 NE SAEVI TANTO OPERE 'ne' imperativo magis quam coniunctivo adiungitur, ut Vergilius 'ne saevi, magna sacerdos' (Aen. 6. 544).

869 1 PIETATEM GNATI ἔλλειψις, (*a*) et est ironia pro: i m p i e t a t e m. 2 *Et* vide invidiam quasi parricidam accusantis (*a*).

1 *a* deest enim 'vides' aut quid tale. 2 *a* non enim 'pudorem' dixit sed 'pietatem'.

870 TANTUM LABOREM C. σύλληψις, assumendum est enim extrinsecus 'me'.

3

872 1 QUIS ME VULT P. P. EST hic accusatio est, quae solvitur defensione: in eo quod ad amorem pertinet, per concessionem,

[1]) Wessnerus coniecit 'invocatur' vel 'imploratur'.

in eo quod ad Critonis personam, per coniecturam. 3 *Et* est irati familiaris ἀποσιώπησις, cum pro dignitate peccati non inveniat convicium. 4 *Et* 'quid ais' non est interrogantis sed invehentis.

2 QUID AIS OMNIUM ἀποσιώπησις tertia, et est ad deformationem personae. 5 Et est ἔλλειψις multa significans, quod ait' omnium'.

874 QUASI QUICQUAM IN HUNC I. GRAVIUS DICI POTEST, quam quod fecit. (*a*)

a quam quod peccavit.

875 1 AIN TANDEM C. G. E. quaerit Probus 'ain' quae pars orationis sit et an una sit; est autem 'ain' quasi a i s n e. 5 ITA PRAEDICANT <'praedicant'> artificiose pro d i c u n t posuit: adeo in hac re vehementer commotus senex hoc ipsum repetit 'praedicant' per iracundiam: et ita est ἐν ἤθει, ut repetantur verba in quibus arguitur impudentia.

2 Et mire, quasi ipse dicat, quod Davus dixerit. 3 Ergo 'ain' percontativum verbum est. 4 TANDEM pro tamen.

876 1 *Et* 'confidentia' modo pro audacia et pro improbitate, ut in Phormione 'homo confidens' (v. 123), aliter hic supra (v. 855) 'confidens' pro constanti et gravi.

2 * Ergo c o n f i d e n t i a interdum in mala significatione, interdum in bona significatione ponitur; sed f i d u c i a semper in bona significatione ponitur.

877 1 NUM COGITAT QUID DICAT? (NUM FACTI PIGET?) amens est, qui nesciat quid dicat, amentior, quem non paeniteat facti sui. 4 *Et* ut solent irascentes, avertit orationem a secunda ad tertiam personam. (*a*).

2 NUM C. Q. D. quia iniuriarum se alligat. 3 NUM F. P. quia 'praedicant' dicit, 'non dicunt' (cf. ad 875). 4 *a* ab ea cum qua loquebatur ad aliam.

878 2 NUM EIUS COLOR P. paterno animo dicit, namque patribus velle erubescere filios pudentesque esse familiare est; cui contrarium est 'erubuit, salva res est' (Ad. 643).

1 NUM EIUS C. PUDORIS SIGNUM 'signum' est parva quaedam significatio indicans totius rei qualitatem. 3 Hoc ergo dicit: nec timet, inquit, nec eum paenitet nec pudet.

879 1 UT PRAETER CIVIUM M. 'praeter' pro: contra civium morem. (*a*)

1 *a* nunc enim 'praeter' contra significat. 2 INPOTENTI minus potenti. 3 Vel certe debili et devicto. 4 CIVIUM M. ATQUE L. ET S. VOL. P. tria contempta sunt: mos lex imperium patris.

881 TAMEN cum non dixerit 'quamvis', subiecit 'tamen', et est figura *ἀνοκόλουθον*.

882 1 ME MISERUM initium defensionis et deploratio calamitatis et miseriae, qua in amorem culpam removet a voluntate sua, cum pater, quod amat filius, vitium mentis dicat esse non impulsum dei. 2 MODONE ID DEMUM SENSISTI PAMPHILE comprobatione ostendit eum esse miserum; 'demum' autem signum est tarditatis, 3 et sentire dicitur, qui vix se colligit vixque animadvertit, ut alibi 'vix tandem sensi stolidus' (v. 470).

883 OLIM obiurgatio est, quod dictum est 'olim'; confirmationem autem per repetitionem ostendit, ut ille 'divum inc. div.' (Aen. 2. 602).

885 <ACCIDIT> evenit, fuit.

884 ALIQUO PACTO quoquo modo.

886 1 SED QUID EGO CUR ME E. proprium est parentibus indignatione velut abicere curam filiorum, cum destomachati fuerint. 2 SED Q. E. *ἔλλειψις* per *ἀποσιώπησιν*.

887 SOLLICITO sollicitam reddo, id est contristo et perturbo.

886 3 CUR ME M. C. MEAM S. non 'me' sed 'meam senectutem', quod plus est et miserabilius, dicit.

889 1 IMMO HABEAT VALEAT VIVAT C. I. non irascitur ut pater, sed dissimulat ut alienus, quia vehementer dolet.

2 *Et* HABEAT subauditur 'illam'.

890 1 MI PATER 'mi' meus. 3 QUASI TU HUIUS I. P. 'huius' se ostendens dixit, ut ille 'est hic, est animus lucis c.' (Aen. 9. 205).

2 *Et* principium factum a conciliatione personae.

891 1 DOMUS UXOR L. I. mira gravitate sensus elatus est; nec de Menandro, sed proprium Terentii. 2 'Liberi inventi' dicit, cum unus esset, sed invidiosius 'liberi'; 3 et 'inventi' non 'geniti', secundum illud 'hoc scio neminem peperisse hic' (v. 506). 5 Oratorie de uno pluraliter loquimur.

4 Addidit 'domus' non 'lupanar'.

892 VICERIS verbum est eius qui vix sibi extorquet, ut abiciat curam, et proprium patribus ac familiare iratis.

893 PATER LICETNE P. titubans et balbutiens oratio pudore et conscientia.

895 AT TAMEN DICAT SINE AGE DICAT hoc totum non ex animo permittentis, sed cum stomacho patientis est.

896 1 EGO ME AMARE H. F. *ἀμφιβολία τῆς ἐρωμένης*. 2 HANC FATEOR bene 'hanc' dicit, non 'Glycerium', cuius in nomine offenditur senex, nec 'peregrinam', ignominiam scilicet vitans. 3 SI ID PECCARE EST FATEOR noli, inquit, me incusare, quoniam amo; amantem enim nemo incusat, ut febricitantem nemo potest incusare, cur febricitet; sed amare, inquit, si putas esse peccatum, fateor etiam me hoc peccasse: mire igitur et subdefendit culpam et assensus irato est.

4 FATEOR ID QUOQUE 'me peccare' scilicet. 5 * SI ID PECCARE EST 'peccare': quia amor deus est, non voluntas.

897 1 TIBI PATER ME DEDO 'dedo' quasi hostilia et contraria volenti, nam deditio in hoste fieri solet. 2 QUID VIS ONERIS IMPONE IMPERA exsecutus est translationem oneris dicendo 'impone' et 'feram'.

898 1 VIS ME UXOREM D. H. V. A. quod unum est duo fecit, ut ostendat se non posse sufferre. 2 UT POTERO FERAM obsequium sine voluntate ostendit; et multum valet sub Chremetis praesentia haec confessio ad recusandas nuptias.

899 1 UT NE CREDAS pro ut non. 2 ALLEGATUM adhibitum. 3 HUNC SENEM Critonem scilicet.

4 * *Et* non 'Critonem' sed 'senem' dicit, ut de hac appellatione pondus adiceret testimonio.

901 1 AEQUUM POSTULAT DA VENIAM artificiose interponit loquentem Chremem, quem volens usque ad cognitionem filiae retinere non facit irasci Pamphilo ob contemptum filiae suae et propter hoc abire de medio. 2 DA VENIAM concede et indulge.

900 SINE PATER 'ut me purgem', non 'adducam'.

902 AB HOC ME FALLI COMPERIAR o paterna pietas! ipse accusator est et redargui se cupit.

903 PAULULUM S. S. E. P. supplicium dicit ipsam accusationem.

4.

904 1 MITTE ORARE UNA HARUM QUAEVIS C. hic in scaenam progreditur Crito, in cuius verbis non modo quod ipse promittit, sed etiam quid ei Pamphilus dixerit, demonstratur. Et hic omnino error omnis aperietur fabulae. 2 MITTE CETT. Pamphilo dicit. 3 Et dicendo 'una harum' ostendit multas esse causas, et iam pares esse magnitudine dicendo 'quaevis'.

906 1 ANDRIUM EGO CRITONEM VIDEO bonum initium cognituri filiam: (*a*) (2 SALVUS SIS CRITO [1])) ne laboret ad persuadendum, miro compendio poetae iam Crito notus est Chremi.

1 *a* itaque compendii causa non laborat de agnitione personae Critonis, ut ab eo facile doceri possit.

907 1 QUID TU ATHENAS INSOLENS 'insolens' insuetus insolitus: Cicero 'moveor etiam loci ins.' (Deiot. 5), Sallustius 'insolens vera accipiendi' (fr. 4. 57 M.). (*a*) 2 EVENIT, SED HICINE EST SIMO pudet fateri propter hereditatem venisse, et vide ipsum esse qui supra 'clamitent me sycophantam, h. p. m.' (v. 815).

a 'insolens' et arrogans intellegitur. 2* Qui praeter legem agit humanam et naturalem insolens dicitur: Cicero 'in victoria, quae natura insolens et s. e.' (Marc. 9).

909 ITANE HUC PARATUS id est subornatus et compositus dolo.

910 1 TUNE IMPUNE H. F. MIRE acriter aggressus Critonem dilatavit incusationem et generalem fecit virtute oratoria, quae δεινότης dicitur. 2 TUNE HIC id est Athenis, ubi delicta vindicantur.

911 IN FRAUDEM INLICIS inligas, unde Vergilius 'terna tibi haec primum' cett. (Ecl. 8. 73); licia enim dicta sunt quasi ligia.

912 2 (SOLLICITANDO ET POLLICENDO EORUM ANIMOS) LACTAS quasi teneros animos: lactare est dulcedine aliqua tenere, ad persuadendum inducere, unde et delectare et oblectare dicimus.

1 SOLLICITANDO cett. hinc etiam oblectatio.

913 1 AC MERETRICIOS A. N. C. vide oratorie agi: ut gravius Critonem accuset, Simo nunc defendit filium, quem iamdudum increpuerat. 2 AC MERETRICIOS AMORES peius lenocinio crimen ingessit, non amicam facere de meretrice sed coniugem.

2 NUPTIIS CONGLUTINATAS hoc gravius est lenocinio.

914 1 METUO UT S. H. 'ut' ne non: Lucilius 'metuam ut memoriam retineas' (fr. inc. 136 M.). 2 *Et* bene 'hospes' ait, non 'homo' vel 'Crito': est enim in ipso nomine causa diffidentiae.

915 2 BONUS EST HIC VIR cum pondere et distinctione inferendum. 3 HIC SIT VIR B. 'hic' per ironiam: nec virum nec bonum esse dixit [2]). 4 HIC VIR SIT B. mire poeta, cum oportuerit Critonem inimiciorem Chremi esse quam Simoni, sic rem inducit, ut ei sit

---

[1]) In codd. verba sunt Critonis, dicentis 'Salvus sit Chremes'. Vide infra adn. ad h. v.

[2]) Nos 'geen man van eer' cf. Spengel.

notior, contra quem maxime venerat, atque ab eo defendatur magis, ut res progredi ad catastropham possit.

1 NON ARBITRERE id est non arbitreris.

916 IN IPSIS NUPTIIS in ipso articulo nuptiarum.

917 UT VENIRET ANTEHAC NUMQ. plerumque casus imitatur industriam et hinc saepe fit, ut etiam sedulo facta suspecta sint.

919 1 SYCOPHANTA hoc est quod minime dici sibi voluit Crito, nam ita locutus est 'clamitent me sycophantam hereditates p.' (v. 815), 2 HEM principium iracundiae. (*a*) 3 SIC CRITO EST HIC MITTE hic Chremes traducit illum ab iracundia dicendo sic eum esse. Menander '*οὕτως αὐτὸς ἐστιν*'; 4 et recte, quia naturae ignoscitur, voluntati non.

2 *a* audivit enim quod maxime vitabat, nam ait supra (s. 814) 'c. m. s.'

920 SI MIHI PERGIT QUAE VOLT DICERE graviter et mature.

921 1 EGO ISTAEC MOVEO AUT CURO est enim sycophantae perturbare rem bonam et curare malam; hoc ergo dicit cum *ὑποκρίσει*: ego haec [1]) turbo aut cogito, quemadmodum tu dicis, Simo? 2 NON TU TUUM M. AEQ. A. F. 'malum feres' non filium, sed amorem in filio significat. (*a*) 3 Et quaere, an conveniant haec verba pro Pamphilo venienti: immo enim conveniunt; nam quanto magis dissimulat favorem, tanto plus acquirit ad ea, quae loquitur.

2 *a* an quia iratus est?

922 IAM SCIRI POTEST addidit et temporis celeritatem et magna maturitate dixit.

923 ATTICUS QUIDAM N. F. haec pars argumenti est, quae et supra iam dicta est (v. 221).

924 FORTE ADPLICAT 'adplicat' proprie de naufrago in litus eiecto atque egenti.

925 2 FABULAM INCEPTAT aut ad comoediam rettulit 'fabulam', quia fabula comoedia est et quia argumentum quasi 'fabulae' narratur, aut certe ad irrisionem narrationis dicit; etenim 'olim' fabulae proprium est, ut Horatius 'olim rusticus urbanum murem mus paupere fertur accepisse cavo, veterem vetus hospes amicum' (Serm. 2. 6. 79 sqq.).

---

[1]) 'Haec' scil. quae Simo ei exprobravit inde a. v. 908.

1 PRIMUM AD C. P. quid est 'primum'? an quia postea mortuus est?

926 ITANE VERO OBTURBAT potest 'itane vero' subdistingui et sic cum comminatione inferri 'obturbat'.

1 ITANE V. O. si subdistinguit, interstrepit accipe, sin distinguit, evertit intellegas.

927 IBI AUDIVI EX ILLO magna confirmatio veritatis est.

928 2 PHANIA hoc ita dicit Crito, ut nemo audiret, scilicet adhuc dubitans an ipse sit [1]. 3 HEM sunt qui putent Simonem dicere irascentem filio Critonem submonenti.

1 * NOMEN TAM CITO non negantis est, sed difficile se dicturum ostendit.

929 1 PERII hoc Pamphilus propter iracundiam patris. (*a*) 2 VERUM HERCLE OPINOR hoc adhuc cunctanter est dictum et ideo indiget confirmationis.

1 * *a* an Chremis est dolentis vel eius mentionem vel quod in filiam paene peccarat?

930 2 (RHANMUSIUM) Rhamnus pagus Atticae est.

1 RHAMNUSIUM SE 'Rhamnusium', Piraeum, Rhamnus et cetera huiusmodi Atticae proprie intellegenda sunt.

931 MULTI ALII IN ANDRO hoc testimonium caecum dicitur; testimoniorum enim modus duplex est: manifestus et caecus. Manifestus est, qui certos testes et praesentes habet, caecus in quo multitudinem aut civitatem dicimus scire, ut Cicero 'testis est tota Sicilia' (Verr. 2 146 al.; de imp. Gn. P. 30), quod tamen audientem consternat. Est etiam in caeco iusiurandum, tabulae absentesque personae.

932 CUIAM IGITUR vetuste 'cuiam' quod omnibus generibus et casibus servit.

933 1 ARRIGE AURES P. translatio a pecudibus, quibus intendit accipiendam esse vocem. 2 ARRIGE A. P. hoc Simo videtur dicere, ut alii putant, ipse sibi Pamphilus.

934 NORAM ET SCIO 'noram' Phaniam, 'scio' fratrem fuisse. (*a*)

a Ergo et ad personam et ad rem rettulit.

935 2 *Et* 'persequens' dixit perseverationem sequentis ostendens, persequitur enim, qui non desinit sequi: Vergilius 'multis e matribus a. pers.' (Aen. 9. 217).

---

[1]) Scholium nititur vitiosa, sed antiquissima lectione 'tam cito tibi Phania'.

1 MEQUE IN ASIAM P. bene 'in Asiam', ubi bellum non erat, sed in Graecia.

937 1 VIX SUM APUD ME hoc est argumentum sapientibus laetitiam vehementem in bonis moderandam, cum unus quisque gaudens ita perturbetur, ut apud se ipsum iam non sit. 2 VIX SUM APUD ME non sum apud me, consuetudine magis quam ratione dicitur. (*a*) 3 ANIMUS COMMOTUS EST METU SPE GAUDIO duo carnifices futurarum rerum: spes et metus, dolor enim et gaudium praesentium rerum intelleguntur: Vergilius 'hinc metuunt cupiuntque dol. gaud.' (Aen. 6. 733), sed dolorem hic in laetitia non posuit; 4 et mire ordinem servavit: sic enim se haec invicem sequuntur.

2 *a* * aut forte sic dicit, quasi abierit animus et rursus redierit.

938 1 *Et* ἀσυνδέτως distinguendum est 'spe gaudio', ut separatim inferatur 'mirando tanto hoc tam rep. b.' 2 MIRANDO TANTO 'mirando' dum miror. (*a*)

1 *a* et est participium.

939 1 NE ISTAM MULTIS 'ne' nimis: Cicero 'ne isti v. e.' (Cat. 2. 6), Sallustius 'ne ista nobis mansuetudo et misericordia'' (Cat. 27). 3 NE ISTAM M. non 'multis modis inveniri', sed 'tuam inveniri'; alii 'multis modis tuam inveniri gaudeo'. 4 <CREDO P.> hic iam redit in gratiam Simo cum filio, nisi forte patrem socerum appellat, ut Turnus apud Vergilium 'et nos tela' cett. (Aen. 12. 50), non quomodo infra dicit 'quod restat, pater' (v. 947). (*a*) 6 CREDO sic responderi solet dicenti 'gaudeo'.

2 * GAUDEO gaudemus nostris gratulamur alienis, ut Sallustius 'ei voce maxima v. gratulabantur' (fr. 1. 89 M.) 4 *a* an ideo 'restat', quia haec iam maior pars reconciliationis est? 5 * CREDO PATER incertum, utrum qui gratulatur Simo sit, quamvis Pamphilus respondeat; potest enim 'pater' et Chremes videri.

940 1 AT MIHI UNUS SCRUPULUS ETIAM RESTAT 'at' discretivum est superiorum dictorum. 2 'Scrupulus' a scrupo lapide dictus lapillus minimus, nam nimis molestae sunt pedibus scrupulosae viae, ut Vergilius 'spelunca .... scrupea' cett. (Aen. 6. 238). 3 ETIAM pro adhuc. 4 DIGNUS ES CETT. aut 'dignus odio', (*a*) aut separatim 'odium' legendum, ut sit: dignus qui male habearis.

3 *a* aut accusativus pro ablativo est positus, pro 'odio'.

941 1 NODUM IN SCIRPO QUAERIS (*a*) Lucilius in primo 'nodum in

scirpo in sano facere ulcus' (1. fr. 36 M.); 2 est autem scirpus sine nodo et levis iunci species; (*a*) Plautus 'scirpo induitur ratis' (Aul. 595).

1 *a* palustris res est et levissima. 2 *a* alibi ipse 'reddunt curatura iunceas' (Eun. v. 315).

943 ID QUAERO rursus Crito obliviosus est utpote alienarum rerum.

944 VOLUPTATI OBSTARE nunc laetitiae et gaudio.

945 HEUS CHREMES 'heus' dicendum erat, quia Chremes Critonem intuebatur.

946 1 EX IPSA MILIES AUDIVI duas res ostendit Pamphilus: et quam verum sit, quod ex ipsa saepe audierit, et quam sua sit Glycerium. 2 OMNIS NOS GAUDERE HOC CHREME aut hŏc gaudere correpte aut hōc producte, ut sit: hac re.

3 Et GAUDERE supra adnotavimus: nostris gaudere, alienis gratulari. Sallustius (etc. vide ad v. 939), plus est ergo gaudere quam laetari.

947 QUOD RESTAT PATER hoc est: ne irascaris.

948 O LEPIDUM CAPUT in quo leporis est plurimum, lepidus dicitur, nam lepos est venustas.

950 1 NEMPE SCILICET 'nempe' et 'scilicet' dicentes manu vel vultu dotem significant, quod mox intellegit Chremes; alii ἀπὸ τοῦ 'scilicet' Chremetis faciunt personam. 2 DOS PAMPHILI EST id est: Pamphilo pro uxore dabitur.

951 1 DECEM TALENTA ACCIPIO ille nisi dixisset 'accipio', dos non esset; datio enim ab acceptione firmatur nec potest videri datum id, quod non sit acceptum. 2 EHO hic 'eho' <non> admirationis est <sed> intentionis ad id, quod dicturi sumus.

953 DAVO EGO ISTUC IAM N. addidit et temporis celeritatem.

954 QUI quam ob rem.

955 1 PATER NON RECTE VINCTUS EST id est: non iuste. (*a*) 3 HAUT ITA IUSSI eleganter lusit ad amphiboliam et simul ostendit, quam propitius sit Pamphilo pater et quam facile veniam Davo impetrari possit ab eo, quippe qui iam etiam iocetur; Pamphilus enim dixerat 'non iuste', ille sic respondit, quasi dixerit 'non diligenter vinctus est'.

1 *a* Sed hic ad causam rettulit 'non recte', senex vero ad rem rettulit. 2 * HAUT ITA IUSSI quia quadrupedem constringi iusserat quasi recte et diligenter; et hoc ipsum non vacat, nam iam iculariter loqui et minus irascentis est et placabilis animi. 4 HAUT ITA IUSSI sic enim praeceperat 'quadrupedem c.' (v. 865).

5.

957 1 PROVISO QUID AGAT P. A. E. haec scaena alterum generum Chremeti comparat, ne aut Charinus tristis recedat aut non provisum videatur Philumenae. 2 PROVISO Q. A. hoc colloquium propter compendium fabulae inducitur, ut una narratione etiam negotium Charini transigi possit. 4 PROVISO 'proviso' duas res significat: et procedo et video.

3 PROVISO Q. A. dupliciter res ab oculis spectatorum moventur: aut enim futura promittuntur aut facta narrantur.

958 1 NUNC SIC ESSE HOC VERUM L. 'sic' delicate pronuntiandum est et separatim distinguendum. 2 AT MIHI NUNC S. E. H. V. LUBET sensus hic est: alii putent ut volunt, ego autem verum esse confirmo, quod mihi libet verum credere.

959 3 EGO DEORUM VITAM E. SEMPITERNAM E. A. hanc sententiam totam Menandri de Eunucho transtulit; et hoc est quod dicitur 'contaminari non decere fabulas' (prol. 16). 4 EGO CETT. non dixit quod *sit*, sed quod verum *putet*, et est δόγμα Ἐπικούρειον, quod a ceteris philosophis repudiatur, de otio ac perenni voluptate.

1 * EGO cett. omne quod habemus aut *mutuum* est aut *proprium*; *mutuum* est, quicquid ad tempus habemus nec postmodo nostrum futurum est, ut villa, domus, uxor, filii et cetera in hunc modum, *proprium*, ut virtus animi, est bonum sempiternum, quod propie de diis dicitur: non enim aliunde venerunt, sed apud se ipsos sunt semper. Et Epicurum secutus hoc dixit. 2 Proprie ergo de diis 'sempiternum' dixit, nam inter sempiternum et perpetuum hoc interest, quod *sempiternum* ad deos, *perpetuum* proprie ad homines pertinet.

960 (VOLUPTATES EORUM) PROPRIAE SUNT perpetuae, sempiternae, quae non sint accommodatae ad tempus ac mutuae; sic et supra 'nihilne esse proprium cuiquam' (v. 716).

961 SI NULLA AEGRITUDO HUIC GAUDIO I. scilicet secundum supra dictam sententiam: si proprio, inquit, haec fuerit voluptas, deus sum.

963 QUID ILLUD GAUDI EST in aliis Davi persona infertur.

964 1 NAM HUNC SCIO MEA SOLIDE ἀρχαισμός. 2 SOLIDE SOLUM figura παρόμοιον.

6.

965 1 PAMPHILUS UBINAM H. E. in hoc actu mira arte ea, quae restant de comoedia, breviter explicantur et designantur dua-

rum sororum binae nuptiae. 2 PAMPHILUS CETT. in affectu gaudentis Pamphili et Davi gratulatione cognitionem rerum Charino praebuit, cuius persona parce utitur propter compendium.

966 CERTE ID SCIO QUID MIHI OBTIGERIT 'scio' id est persensi.

967 2 MORE HOMINUM EVENIT UT QUOD SIM NACTUS MALI quia fama mali celerior est quam boni.

1 MORE HOMINUM 'hominum' abundat. 3 Id est: ut facilius mala quam bona nuntientur; ad hoc ergo dixit, quod ille prior rescierit quod esset vinctus, quam ipse cognitam Glycerium cognosceret.

969 MEA GLYCERIUM S. P. R. haec ita narrantur Davo, ut eadem opera etiam Charinus audiat.

970 1 * PATER AMICUS SUMMUS haec omnia, ut diximus, propter Charinum dicuntur, ut audiat. 2 AMICUS SUMMUS deest 'eius' [1]).

971 NUM ILLE SOMNIAT EA QUAE V. hinc Vergilius 'credimus? an qui amant ipsi sibi somnia fingunt?' (Ecl. 8. 108).

972 AH DESINE compendium attulit.

975 1 BENE FACTUM a gratulatione coepit. 2 OMNIA compendium. 3 AGE ME IN TUIS SECUNDIS RESPICE haec sunt quae absolute [2]) dicuntur et est admonitio; sunt enim qui felicitate elati ne respicere quidem velint amicos. 4 *Et* r e s p i c e r e est proprie retro aspicere. 5 Id est: quem praecedis felicitate, non obliviscaris.

976 TUUS EST NUNC C. Lucilius in septimo 'nunc praetor tuus est meus, si discesserit horno, gentilis'. (fr. 7. 3 M.)

978 1 TU DAVE ABI DOMUM hi versus usque ad illum 'gnatam tibi meam Philumenam uxorem' negantur Terentii esse adeo, ut in plurimis exemplaribus bonis non inferantur.

977 ATQUE ADEO LONGUM EST ILLUM EXSPECTARE quia et audacter et artificiosissime binos amores duorum adulescentium et binas nuptias in una fabula machinatus est, — et id extra praeceptum Menandri, cuius comoediam transferebat, — idcirco aliud in proscaenio, aliud post scaenam rettulit, ne vel iusto longior fieret vel in eandem propter rerum similitudinem cogerentur.

978 2 SEQUERE ME INTUS APUD GLYCERIUM iam post scaenam itur, quia ulterius in proscaenio nihil agitur.

---

[1]) Lemma debet esse 'pater'.
[2]) 'Absolute' i. e. sine substantivo ('rebus') cf. Hec. 94. 4.

980 NE EXSPECTETIS DUM EXEANT HUC INTUS DESPONDEBITUR mire dixit latenter se laudans: quo verbo avidum adhuc populum audiendi adeoque cupidum et intentum ostendit, ut finem comoediae venisse non senserit.

981 INTUS TRANSIGETUR SI QUID EST QUOD RESTAT artificiose poeta hereditatis iustam repetitionem ex Critonis persona praetermisit, quae ei Glycerio cognita iure tribuebatur, ne vel parvae rei Critonis tractatu aut defraudatione Glycerii infuscaretur finis fabulae ad laetum exitum spectans.

2 SI QUID EST QUOD RESTAT quia narratione dignum non est, quod Charinus roget.

EUNUCHUS

PROLOGUS

1 1 SI QUISQUAM EST QUI PLACERE STUDEAT BONIS attendenda poetae copia, quod in tot prologis de eadem causa isdem fere sententiis variis verbis utitur. 2 BONIS QUAM PLURIMIS ET MINIME MULTOS LAEDERE *ἀντίθετον πρῶτον.*

3 IN HIS POETA HIC NOMEN PROFITETUR SUUM cum dixisset 'quisquam' intulit 'in his'; et alibi: 'cuius mos maxime est consimilis vestrum, hi se ad vos applicant' (Heaut. 393).

4 1 TUM SI QUIS EST bene 'si quis', cum Luscium Lanuvinum significet, ne vel ipsum a se laesum esse fateretur. 2 *Et* TUM praeterea, ut 'tum canit Hesperidum' (Verg. Ecl. 6. 61). 3 INCLEMENTIUS pro inclementer, ut 'iam senior, sed cruda deo viridisque senectus' (Aen. 6. 304).

5 EXISTIMAVIT pro existimarit.

6 1 RESPONSUM NON DICTUM ESSE deest 'ei', ut in Phormione (v. 56) 'si quis quid reddit, magna habenda est gratia'. 2 NON DICTUM ESSE superius 'dictum' participium <est>, inferius nomen, a quo etiam d i c a c e s dicuntur, qui malignis iocosis salibus maledicunt.

3 RESPONSUM NON DICTUM ESSE figura πλοκή, nam 'dictum' bis numero positum supra nomen significat infra participium, ut in Heautontimorumeno (v. 876) 'in quem quidvis harum rerum convenit, quae sunt dicta in stultum'.

7 2 *Et* VERTENDO in latinam linguam transferendo, ut 'Plautus vertit barbare' (Trin. prol. 19).

1 QUI BENE VERTENDO 'bene' pro valde. 3 Aut VERTENDO corrumpendo.

9 1 IDEM MENANDRI <PHASMA> NUNC NUPER DEDIT τὸ αὐτόν [1]). Apparet pronuntiatum, quasi hoc ipso admonuerit spectatorem, quam turpiter et imperite haec fabula scripta sit. 2 Et bene 'nunc nuper', ut ex vicinitate facti ostendat nihil esse dicendum, quam displicuerit haec comoedia Luscii Lanuvini, propterea quod res recens sit et omnes meminerint. 3 PHASMA autem nomen fabulae Menandri est, in qua noverca superducta adulescenti virginem, quam ex vicino quodam conceperat, furtim eductam, cum haberet in latebris apud vicinum proximum, hoc modo secum habebat assidue nullo conscio: parietem, qui medius inter domum mariti ac vicini fuerat, ita perfodit, ut ipso transitu sacrum locum esse simularet eumque transitum intenderet sertis ac fronde felici rem divinam saepe faciens et vocaret ad se virginem; quod cum animadvertisset adulescens, primo aspectu pulchrae virginis velut numinis visu perculsus exhorruit, (*a*) deinde paulatim re cognita exarsit in amorem puellae ita, ut remedium tantae cupididatis nisi ex nuptiis non reperiretur. Itaque ex commodo matris ac virginis et ex voto amatoris consensuque patris nuptiarum celebritate finem accipit fabula. 5 NUNC NUPER DEDIT 'nuper' ex illis verbis est, quae veteres propter ambiguitatem cum adiectione proferebant. (*a*) 6 IDEM MENANDRI PHASMA NUNC NUPER DEDIT hanc fabulam totam damnat, ut apparet, silentio; Thesaurum vero non totum, sed ex uno loco.

4 * Utrum ergo hoc dicat, quod totam fabulam transferendo laeserit Luscius Lanuvinus, an non hoc, de quo tantum reprehendat, sed his signis velit ostendere, quem dicat vitiose Thesaurum composuisse, ut in Thesauro sit culpa, non in Phasmate? 5 *a* nam nisi adderet 'nunc', hoc 'nuper' olim, pridem etiam significasset.

10 1 ATQUE IN THESAURO SCRIPSIT CAUSAM DICERE 'thesaurum' Latini veteres secundum Graecos sine *N* littera proferebant. 2 ATQUE I. TH. S. C. D. arguit Terentius quod Luscius Lanuvinus contra consuetudinem litigantium defensionem ante accusationem induxerit. Huiusmodi enim est Luscii argumentum: adulescens, qui rem familiarem ad nequitiam prodegerat, servulum mittit ad patris monumentum, quod senex sibi vivus magnis opibus apparaverat, ut id aperiret illaturus epulas, quas pater post annum decimum caverat inferri sibi; sed eum agrum, in quo monu-

---

[1]) Quid sibi velit τὸ αὐτόν et sitne iusta lectio, ignoro; vide Wessn. var. lect.

mentum erat, senex quidam avarus ab adulescente emerat; servus ad aperiendum monumentum auxilio usus senis, thesaurum cum epistula ibidem repperit; senex thesaurum tamquam a se per tumultum hostilem illic defossum retinet et sibi vindicat. Adulescens iudicem capit, apud quem prior senex, qui aurum retinet, causam suam sic agit: 'Atheniense bellum cum Rhodiensibus quod fuerit, quid ego hic praedicem, quod tu scias?' etc., quae contra naturam iurisque consuetudinem posita argumenta notat Terentius, quod ille ordo potior erat, ut adulescens prior proponeret causam, qui petitor inducitur.

11 1 PRIUS UNDE PETITUR AURUM 'unde' a quo, ut Vergilius 'genus unde Latinum' (Aen. 1. 6).

2 * Nam possessorem fecit priorem agere quam petitorem, quod abhorret a consuetudine et iuris et litium.

12 3 QUAM ILLE QUI PETIT esset recta locutio, si diceret (*a*) 'quam illum qui petit', sed 'quam ille' maluit, ut subaudiamus 'causam dicat' per ζεῦγμα a superiore figuratum.

1 QUAM ILLE deest 'dicat'. 2 QUI PETIT ἀντὶ τοῦ 'petitor'. 3 *a* 'quam petitorem' aut.

14 1 DEHINC si loquatur. 2 NE FRUSTRETUR IPSE SE παρὰ προσδοκίαν dicitur, sed ἠθικῶς addidit. 3 AUT SIC COGITET si taceat.

15 1 DEFUNCTUS IAM SUM id est: omni labore liberatus sum, auctoritate iam confirmata et inviolabili. 3 DEFUNCTUS I. S. σχῆμα διανοίας ἠθοποιία. 4 NIHIL EST QUOD DICAT MIHI non sit, inquit, de suis vitiis securus propter vetustatem: nihilominus a me reprehendetur.

2 * DEFUNCTUS I. S. id est: iam egi fabulas meas, aut: iam destiti periclitari in edendis comoediis, aut certe: iam edidi quam tu reprehendis fabulam.

16 IS NE ERRET moneo σχῆμα ἐπιεικείας.

17 HABEO ALIA MULTA QUAE NUNC CONDONABITUR sic in Phormione (v. 947), 'argentum quod habes condonamus te'. (*a*)

a nam d o n o ablativo casui iungebant veteres, c o n d o n o accusativo.

19 [ITA UT FACERE INSTITUIT] obliqua narratio facta est secundum casum accusativum.

20 POSTQUAM AEDILES EMERUNT mire, cum ordo melior videretur, si sic diceret 'postquam aediles emerunt, quam nunc acturi sumus, perfecit ut inspiciundi esset copia'. 'Emerunt' autem mediam

corripe ut 'matri longa decem tulerunt fastidia menses' (Verg. Ecl. 4. 61).

21 PERFECIT mire, quasi difficile et illicitum.

23 1 EXCLAMAT FUREM NON POETAM mire reprehendit ante vitium, quam de causa maledicti dicat.

24 1 ET NIHIL VERBORUM DEDISSE TAMEN aut neminem fefellisse aut nihil apposuisse de suo.

23 2 EXCLAMAT FUREM NON POETAM adhuc nulla reprehensio, si quidem licet transferre de Graeco in Latinum.

24 2 ET NIHIL DEDISSE VERBORUM TAMEN dare verba decipere est eum, qui cum rem exspectet, nihil inveniet praeter verba: et alibi 'verba istaec sunt' (Pho. 517) et de contrario '<rem> cum videas, censeas' (Heaut. 1023).

3 An aliter: nihil addidisse de stilo suo Terentium?

27 1 PECCATUM IMPRUDENTIA id est ignorantia, ut 'imprudens harum rerum' (v. 136). (*a*)

1 *a* non enim stultitia.

26 PARASITI PERSONAM INDE ABLATAM et hoc mire: non versus obicit sed personam esse translatam: quid stultius aut calumniosius dici potest?

27 4. SI ID EST PECCATUM PECCATUM πλοκή, nam superius peccatum nomen est, sequens participium.

2 SI ID EST P. P. IMPRUDENTIA EST POETAE primo negat peccatum, dehinc concedit et purgat. 3 IMPRUDENTIA E. ignorantiam, non imperitiam, <significat>. 5 Et primo negat peccatum, deinde si peccatum est, purgat id ipsum veniali qualitate ab imprudentiae partibus.

32 IN EUNUCHUM SUAM ad fabulam non ad hominem rettulit, ut 'Centauro invehitur magna' (Aen. 5. 122).

37 1 BONAS MATRONAS ut Nausistratam. 2 MERETRICES MALAS ut Thaidem atque Bacchidem. 4 Et artificiose ostendit omnem materiam comicorum.

3 BONAS M. FACERE MERETRICES M. sic est in Heautontimorumeno (v. 206) 'scortari crebro nolunt, nolunt crebro convivavier.'

38 1 PARASITUM ut Gnathonem. 2 GLORIOSUM MILITEM ut Thrasonem.

3 GLORIOSUM MILITEM 'facere' subauditur.

39 FALLI PER SERVUM SENEM ut Demeam et Simonem.

40 1 AMARE ODISSE SUSPICARI mire a personis ad gesta cum varietate transitum fecit. (*a*) AMARE ODISSE quia odere non est latinum in infinitivo modo.

1 *a* omne enim quod in orationem venit, vel persona vel factum est.

41 NULLUM EST IAM DICTUM QUOD NON DICTUM SIT PRIUS σχῆμα λόγου· πλοκή, nam 'dictum' bis positum ut superius 'peccatum' (v. 27), diversa significat.

42 AEQUUM EST VOS COGNOSCERE ATQUE IGNOSCERE σχῆμα λόγου· παρόμοιον.

43 QUAE VETERES FACTITARUNT SI FACIUNT NOVI et varie dixit 'factitarunt' et 'faciunt' et cum magna defensione Terentii semel facientis id, quod saepe veteres.

44 ANIMADVERTITE nos ἐλλειπτικῶς dicimus <advertite ut> adtendite, veteres plene animum advertite.

45 QUID SIBI EUNUCHUS VELIT τῷ ἀττικισμῷ 'sibi', ut alibi 'nam pro deum atque hominum fidem, quid vis tibi aut quid quaeris?' (Heaut. 61).

I

1.

46 1 QUID IGITUR FACIAM in hac προτάσει exemplum proponitur, quam non suae potestatis sit qui amat, quam sapiat qui non amat neque aliter affectus est. 2 QUID I. F. σχῆμα διανοίας· διαλογισμός, et apparet multa tacitum cogitasse adulescentem et tandem in haec verba erupisse. 3 IGITUR pro deinde, ut Plautus in Amphitrione 'si aliter fuerint animati neque dent quae petat, sese igitur summa vi virisque oppidum oppugnassere' (v. 220). 4 QUID I. F. Menander ἀλλὰ τί ποιήσω; hinc Vergilius 'hem quid agam?' (Aen. 4. 534). 6 Q. I. F. NON EAM NE NUNC QUIDEM hoc videtur non esse contrarium sed est; nam dubitat, utrum meretricis satisfactionem exspectet an illam omnino non quaerat. 7 NON EAM N. N. Q. 'non eam' Probus distinguit; iungunt qui secundum Menandri exemplum legunt.

5 *Et* est διαλογισμός perditae mentis post multam frustra cogitationem.

47 COMPAREM constituam, ut 'quam inique comparatum est' (Pho. 41).

48 NON PERPETI MERETRICUM CONTUMELIAS ἐν ἤθει; sic in Andria (v. 558) 'prius quam harum scelera et lacrimae confictae dolis'. Cum uni sit iratus, de omnibus queritur.

49 1 EXCLUSIT REVOCAT utrumque iniuriam fecit ex verbo, dicendo et 'exclusit' potius quam 'non admisit' et 'revocat' potius quam 'petit ut redeam', quod erat moderatius. 2 REDEAM NON SI ME OBSECRET vides ergo superiorem partem dubitationis in eo fuisse, ut rogatus rediret, inferiorem ut ne rogatus quidem. 3 NON SI ME OBSECRET bene de ea, quae totum proterve agens 'exclusit' et 'revocat', non 'petat' nec 'roget' nec 'oret', sed 'obsecret' inquit, quod horum omnium in maiorem partem est ultimum.

50 1 SI QUIDEM HERCLE POSSIS διαλογισμός quasi ad alterum, ut 'nescis heu perdita, n. d. L. s. p. g.!' (Aen. 4. 541). 2 NIHIL PRIUS NEQUE FORTIUS deest 'est', ut 'multum ille et terris iactatus et alto' (Aen. 1. 3). 3 Et 'prius' modo ad laudem, non ad ordinem pertinet, ut Sallustius (Cat. 36.) 'quae prima mortales dicunt' et ipse in Heautontimorumeno (v. 962) 'et suavia quae essent prima habere'.

51 NAVITER a n a v i dictum, a qua in alto nullum diversorium est.

53 1 INFECTA PACE ἔμφασις per μεταφοράν. 2 INDICANS TE AMARE non verbis sed factis indicans, ut alibi 'ibi tum exanimatus Pamphilus bene dissimulatum amorem et celatum indicat'. (An. 131).

54 1 ACTUM EST de iure translatum, ILICET de iudicio, PERISTI de supplicio.

2 * ACTUM EST ad 'ultro ad eam venies' relatum est, ILICET ad 'indicans te amare', PERISTI ad 'ferre non posse'. 3 ILICET semper in fine rei transactae ponitur.

55 1 PERISTI ὑπερβολή. 2 ELUDET UBI TE VICTUM SENSERIT e l u d e r e proprie gladiatorum est cum vicerint; Cicero (Cat. 1. 1.) 'Quam diu etiam furor iste tuus eludet?'

3 E l u d e r e est finem ludo imponere.

57 ERE QUAE RES IN SE NEQUE CONSILIUM NEQUE MODUM HABET ULLUM concessum est in palliata poetis comicis servos dominis sapientiores fingere, quod idem in togata non fere licet.

58 * EAM CONSILIO REGERE NON POTES nunc domino servus est sa-

pientior, sed amator nunc amans [1]), ut idem in Andria (v. 307) 'facile omnes, cum valemus, recta consilia aegrotis damus'.

59 IN AMORE HAEC OMNIA INSUNT <nota> duas praepositiones 'in amore insunt'.

60 INDUTIAE 'indutiae' sunt pax in paucos dies, vel quod in diem dentur vel quod in dies otium praebeant.

61 1 PAX RURSUM bene, ut consolaretur, ultimam pacem posuit. 2 HAEC SI TU POSTULES quasi dicat 'velis' vel 'coneris'.

62 NIHILO PLUS AGAS id est: nihil agas.

64 ET QUOD NUNC TUTE TECUM IRATUS COGITAS pro 'quae', ut sit consequens 'haec verba' (v. 67); sic et in Andria (v. 55. 58) 'quod plerique omnes faciunt adolescentuli, horum ille nihil'.

65 1 EGONE ILLAM QUAE ILLUM familiaris ἔλλειψις irascentibus, (*a*) etenim <nec> necesse habet nec potest complere orationem, qui et secum loquitur et dolore vexatur, 2 (*a*) ut Vergilius 'quos ego —! sed motos praestat componere fluctus' (Aen. 1. 135).

1 *a* * nam singula sic explentur: 'egone illam' non ulciscar, 'quae illum' recepit, 'quae me' exclusit, 'quae non' admisit. 2 *a* Nam amat ἀποσιωπήσεις nimia indignatio.

67 1 HAEC VERBA ἐμφατικῶς 'verba' dixit, quae scilicet nihil effectura sunt. 2 UNA ME HERCLE FALSA LACRIMULA expressio ad αὔξησιν ducens; (*a*) hinc Vergilius 'captique dolis l. c.' (Aen. 2. 296).

2 *a* * et non 'vera' sed 'falsa' et non 'lacrima' sed 'lacrimula' et non 'ultro flens' sed 'oculos terendo' et non 'facile' sed 'vi' et non 'exstillaverit' sed 'expresserit'.

68 QUAM OCULOS TERENDO MISERE VIX VI EXPRESSERIT totum sensum verbis significantibus protulit, ut 'stridenti miserum stipula disperdere carmen' (Ecl. 4. 95) et 'una dolo divum si femina victa duorum est' (Aen. 4. 95.)

70 NUNC EGO ET ILLAM SCELESTAM 'nunc' id est sero, ut Vergilius 'nunc scio quid sit amor' (Ecl. 8. 43) et 'nunc augur Apollo, nunc Lyciae sortes' (Aen. 4. 376).

72 1 ET PRUDENS SCIENS 'prudens' est qui intellegentia sua aliquid sentit, 'sciens' qui alicuius indicio rem cognoscit.

2 Ergo 'prudens' per se 'sciens' per alios.

73 1 VIVUS VIDENSQUE PEREO mire et nove 'vivus pereo'; (*a*) 2

[1]) Rabbow verisimiliter correxit: 'sed amatore non amans'.

(VIVUS V. P.) bene addidit 'videns', (*a*) 3 nam 'videre' pro vigilare posuit, ut etiam Vergilius, cum de Sileno dicit 'iamque videnti sanguineis frontem moris et tempora pingit' (Ecl. 6. 21 sq.).

1 *a* * et 'pereo' sic dixit, ut intellegamus occidor, et 'vivus' quasi sapiens et sentiens. 2 * nam 'vivus' perit etiam qui dormiens opprimitur, 'videns' autem qui vigilans vim patitur, ut pereat. 4 Ergo 'vivus' non mortuus, 'videns' non dormiens.

74 1 CAPTUM Sallustius (Jug. 1. 4) 'sin captus pravis cupidinibus'. 2 QUAM QUEAS MINIMO perseveravit in translatione, quam iamdududum (v. 15 sq.) sumpsit a bello.

76 SI SAPIS id est si sapias; ad inferiora iungendum est. (*a*)

a nam aliter non intellegitur.

79 NOSTRI FUNDI CALAMITAS proprie: calamitatem rustici grandinem dicunt, quod comminuat calamum, id est culmen ac segetem.

80 INTERCIPIT proprie 'intercipit' quasi totum capit. Plautus in Aularia (v. 558) 'quae sola interbibere, si vino scatat, Corinthiensem fontem Pirenen potest.'

2

82 NUNC ALIORSUM ⟨'aliorsum'⟩ in aliam partem, ut seorsum et retrorsum dicitur.

83 QUOD HERI INTROMISSUS NON EST haec lenius ut de facto suo loquens. (*a*)

a 'exclusit revocat' inquit, 'redeam? non si me obsecret' (v. 49).

84 1 TREMO HORREOQUE ex amore nimio: nimius ignis effectum frigoris reddit, ut ex frigore nimio effectus ignis exsistit, secundum illud quod physici aiunt 'ἀκρότητες ἰσότητες'; hinc et Vergilius 'aut Boreae p. fr. adurat' inquit (Ge. 1. 93).

2 * TREMO HORREOQUE POSTQUAM ASPEXI HANC natura magni caloris etiam horrorem incutit, ut nimiae febres.

85 1 ACCEDE AD IGNEM HUNC aptius 'ignem' meretricem accipiemus quam aram Apollinis Agyiei, vel quia amore uritur, ut 'at mihi sese offert ultro meus ignis Amyntas' (Ecl. 3. 66), vel quia avida (*a*) est, ut ignis, alimentorum. 2 IAM CALESCES PLUS SATIS nove, id est aequo; et alibi 'quam ne quid in illum iratus plus satis faxit, pater' (Heaut. 198); 4 hoc quidam putant, at mihi videtur de his esse, quae a veteribus geminabantur, ut ple-

rique omnes' id est omnes et 'pleraque omnia', id est 'omnia' (An. 55. Pho. 172 Heaut. 830); sic etiam 'plus satis' pro satis.

3 IAM C. P. S. nove sed intellegitur plus satis quam horrueras.

86 QUIS HIC LOQUITUR non imperite intellegunt, qui existimant meretricem etiam hoc simulare, quod non praeviderit Phaedriam; nam et personae et dictis eius ceteris hoc convenit et tunc erunt gratiosa omnia, quae supra dixit.

87 CUR NON RECTA INTROIBAS quasi parum fuerit 'introibas', satis mire additum 'recta'.

88 1 DE EXCLUSIONE VERBUM NULLUM plenus admirationis est nec accusationi nec satisfactioni locum reliquisse meretricem callide disimulata iniuria. 2 QUID TACES et hoc callide, quasi innocens ne suspicetur quidem, quid succenseat adulescens.

89 1 SANE QUIA VERO HAE MIHI PATENT SEMPER FORES tolle 'sane' et 'vero' et pronuntiandi adiumenta vultumque dicentis et in verbis non negatio sed confessio esse credetur.

2 Nam 'vero' ironiae convenit, ut 'egregiam vero laudem et s. a. r.' (Aen. 4. 93).

90 1 AUT QUIA SUM APUD TE PRIMUS duo dixit, quae dolet: quia clausae fores et quia posterior habetur praelato milite. 2 AUT Q. S. A. T. P. subauditur 'ideo non recta introii'. 3 MISSA ITAEC FACE alia dissimulatio et durior post admonitionem; 4 sed bene intellegit, qui hoc a meretrice ridente molliter et osculum porrigente dici accipit.

91 1 QUID MISSA magna virtus poetae est non sententias solum de consuetudine ac de medio tollere et ponere in comoedia, verum etiam verba quaedam ex communi sermone, <unde> est quod ait nunc 'quid missa'? 2 O THAIS THAIS UTINAM MIHI ESSET PARS AEQUA AMORIS TECUM vel amandi vel non amandi scilicet.

92 AC PARITER FIERET 'pariter' similiter; Sallustius 'cui nisi pariter obviam iretur' (Hist. 1. fr. 92 M.).

93 UT AUT HOC TIBI DOLERET ITIDEM UT MIHI DOLET si ambo amaremus.

95 1 ANIME MI <MI> PHAEDRIA 'mi' vocativus est ab eo quod est meus. 2 vide quam familiariter hoc idem repetat blandimentum; vult enim Terentius velut peculiare verbum hoc esse Thaidis: adeo totiens dictum est 'tune hic eras, mi Phaedria?' 'ne crucia se obsecro anime mi, <mi> Phaedria', 'quaesivi: nunc ego eam,

mi Phoedria, multae sunt causae', 'mi Phaedria, et tu' (v. 86, 95, 144, 190). 3 NE CRUCIA TE OBSECRO ANIME M. M. TH. haec rursum nisi amplectens adulescentem mulier dixerit, videbitur 'ne crucia te' sine affectu dicere; sed sic dixit 'ne crucia te' et eo gestu, quasi in eo et ipsa crucietur. (*a*)

a nam ideo subicit' 'anime mi', hoc est animus meus.

96 NON POL QUO QUEMQUAM PLUS AMEM hoc totum nimis blande et cum contractatione adulescentis dicit meretrix.

97 FACIUNDUM FUIT legendum faciundum scribendum: totum hoc semper necessitati adiungitur, ut Vergilius 'aut pacem Troiano ab r. p.' et alibi 'arma a. f. u.' (Aen. 11 230. 8 441).

98 1 CREDO UT FIT MISERA PRAE AMORE EXCLUSTI HUNC FORAS oratorie et facete additum 'misera': 2 et cum illa a derivatione causae argumentaretur, mire a Parmenone correpta est, verisimile non esse, ut, quem quis amat, eundem possit excludere.

3 * EXCLUSTI HUNC FORAS παρὰ προσδοκίαν intulit intuens puellam et ei ostendens Phaedriam, ut ostendat, quam falsa ac repugnantia loquatur meretrix.

99 AGE SED HUC QUA GRATIA TE ACCERSI IUSSI AUSCULTA corripientis est modo 'age', non hortantis adverbium.

100 1 TE ACCERSI IUSSI AUSCULTA hoc est quod supra ait (v. 46) 'non eam ne nunc quidem cum accersor ultro?' 2 DIC MIHI meretricia calliditate commendat quae dictura est.

101 EGONE OPTIME bene non exspectavit servus, ut pro se dominus responderet Thaidi.

102 2 MEAM ASTRINGO FIDEM 'fidem astringo' promitto, quia vincula fidei dicuntur.

1 * VERUM HEUS TU HAC LEGE TIBI astute servus reponit Thaidi vicem, nam illa ut magnum voluit exspectari quod dictura est, iste ut falsum contemnit.

103 1 QUAE VERA AUDIVI mire vicem Parmeno reddidit meretrici, nam ut servum difficile est tacere commissa, ita meretricem rarum est vera dicere. 2 QUAE VERA AUDIVI figura *παρασκευή*. 3 CONTINEO OPTIME proprie a metaphora vasis transtulit verba.

104 1 SI FALSUM AUT VANUM AUT FICTUM EST CONTINUO PALAM EST 'falsum' est quo tegitur id quod factum est, 'vanum' est quod fieri non potest, 'fictum' quod factum non est et fieri potuit.

2 Vel 'falsum' est fictum mendacium simile veritati, 'vanum' nec possibile nec verisimile, 'fictum' totum sine vero sed verisimile.

3 'Falsum' loqui mendacis est, 'fictum' callidi, 'vanum' stulti. 4 'Falsum' loqui culpae est, 'fictum' versutiae, 'vanum' vecordiae. 6 'Falsis' decipimur, 'fictis' delectamur, 'vana' contemnimus.

105 HAC ATQUE ILLAC PERFLUO contra 'contineo' (v. 103).

104 6 PALAM EST PLENUS RIMARUM SUM HAC ATQUE ILLAC PERFLUO vilis et abiecta translatio est, apta apud meretricem loquenti.

7 Translata autem est quasi ab aquario vase fictili.

106 PROIN TU SI TACERI VIS VERA DICITO utrum te taceri aut tuum dictum an impersonaliter infinitivo modo?

107 SAMIA MIHI MATER FUIT puduit dicere Thaidem 'meretrix mihi mater fuit', quod tamen significavit dicendo aliunde civem alibi habitasse; nam ideo meretrices p e r e g r i n a e dictae sunt in comoediis ut in Andria 'adeone est demens? ex peregrina?' (v. 469).

108 1 POTEST TACERI HOC id est verisimile est; nec hoc ad laudem proficit sed ad dedecus meretricis.

2 POTEST T. H. peregrinam nasci meretricem, et ideo potest verum videri.

109 1 <PARVULAM> PUELLAM DONO QUIDAM aetas et sexus causa amoris sunt, cur hanc Thais puellam diligat. 2 PUELLAM DONO QUIDAM MERCATOR DEDIT propter hoc ostendit meretricem fuisse matrem, ut dono accipere puellam potuisset.

110 1 EX ATTICA HINC ABREPTAM quia Athenis scaena est constituta. 2 ARBITROR bene 'arbitror' et nihil certi: quomodo enim ausurus esset Parmeno adornare Chaeream ad vitiandam virginem, si praescisset civem esse?

111 MATRIS NOMEN ET PATRIS DICEBAT IPSA quae infantis memoriae proxima sunt; nam quid prius aetas illa quam patrem matremque cognoscit.

112 ET SIGNA CETERA id est domum patriam regionemque eius.

113 NEQUE PER AETATEM ETIAM POTERAT hoc ideo addidit, ne esset minus elegans, quae nesciret.

114 MERCATOR HOC ADDEBAT ad matris scilicet nomen et patris, quod puella dicebat.

115 1 UNDE EMERAT a quibus, ut 'genus unde Latinum' (Aen. 1.6) (*a*) et 'causam dicere prius unde petitur aurum' (prol. 10). 2 E SUNIO Sunium promontorium est Atheniensium et in eo [forum venalium rerum [1])] emporium.

---

[1]) Glossema seclusit Sabbadini nec non Wessner.

1 *a* et 'qui scis? modo o Davo audivi' (An. 302). [1]).

116 1 MATER UBI ACCEPIT haec figura in narrationibus b a s i s dicitur, cum omnia pedetemptim dicuntur insinuandi gratia, ut nunc 'matri mercator dono dedit' (v. 108), 'mater ubi accepit'. 3 COEPIT STUDIOSE OMNIA DOCERE mire non 'docuit' sed 'coepit docere' τῷ μελλησμῷ. 5 MATER UBI ACCEPIT 'accepit' simpliciter an a u d i v i t i n g e n u a m, ut 'accipe n. D. i. et c. u. d. o.?' (Aen. 2. 65 sq.)? sed melius prius.

2 Et simul convenit mulieri loquenti huiuscemodi mora. 4 Et vide quam satis muliebriter.

117 1 ITA UT ESSET FILIA ergo velut soror habenda est Thaidi, et ideo sequitur 'sororem plerique esse credebant meam': 2 *Et* oratorie cumulat dignitatem et amorem puellae, ut eius comparatione leniatur iniuria facta Phaedriae.

119 1 EGO CUM ILLO QUOCUM UNO TUM REM HABEBAM HOSPITE <honeste> totum dixit et quod 'hospite' et quod 'rem habebam', 2 et bene 'tunc', (*a*) nam nunc cum duobus. 3 QUOCUM UNO REM consuetudinem, amorem. 3 HOSPITE id est Attico.

1 *a* et non 'nunc'.

120 1 ABII HUC Rhodo Athenas scilicet. 2 QUI MIHI RELIQUIT HAEC QUAE HABEO OMNIA hoc ideo, ne tantundem obsequii exigat Phaedria; at econtra Parmeno 'utrumque hoc falsum est, effluet'; 3 ipse exponit hoc 'utrumque' quid dicat; et contra dicendum est, quia praesens amator gravatur hoc dicto.

122 1 NEQUE TU UNA CONTENTA ERAS quippe quae admiseris militem; 2 NEQUE SOLUS DEDIT quippe quia non omnia tua illius fuere mortui.

123 1 NAM HIC QUOQUE ἀστείως, nec 'Phaedria' sed 'hic' dixit tangens illum et quasi invito illo haec exprobrat. 2 BONAM MAGNAMQUE PARTEM AD TE ATTULIT haec dicuntur ἰσοδυναμοῦντα, ut 'abs te petere et poscere' (Heaut. 926).

3 An potius 'bonam' specie, 'magnam' quantitate? 4 Et nunc discretive dictum est, nam alias 'bona' pro magna accipimus et multa.

124 ITA EST non erat negandum, quod dixit Parmeno, meretrici satisfacere cupienti et non tacenti culpam in conscientia esse.

[1]) Irrepsit in 115. 1 hoc scholium vere Donateum, ut opinor, pertinens ad verba 'e praedonibus ... se audisse' (v. 114 sq.).

126 TE INTEREA LOCI COGNOVI oratorie priorem amatorem facit militem quam Phaedriam: nam posterius dicit hunc cognitum per absentiam militis. Ergo cum militi Phaedria rivalis superductus sit, consequens est, ut miles queri debuerit, non Phaedria, et propterea nihil mirum, si ordine servato miles antepositus fuerit amatori postmodum cognito; et hoc sine puellae et munerum causa, multum pro milite contra Phaedriam valet. 2 Sed vide meretricem, quia rem dixit percutientem, quot et qualia blandimenta subicit dicendo 'tute scis postilla quam' etc.

127 1 COGNOVI proprie 'cognovi'. 2 TUTE SCIS POST ILLA QUAM INTIMUM σχῆμα ἐπιμονή, nam hoc ad narrationem non pertinet.

128 1 ET MEA CONSILIA TIBI CREDAM OMNIA ex praesenti actu sumpsit argumentum, quod nunc eum tanquam consultorem adhibuerit.

2 Et bene 'credam' secundum illud 'potin est hic tacere?' (v. 101).

129 1 NE HOC QUIDEM id est: hoc quoque falsum est.

DUBIUMNE ID EST me non taciturum scilicet.

130 1 HOC AGITE AMABO 'hoc agite' pro adverbio corripientis est positum, (*a*) sic Plautus 'hoc agite si vultis, spectatores' (Asin. prol. 1), 2 et convenit veluti nutu audientiam significantis et gestu hoc ipsum adiuvari.

1 *a* * aut certe pro adhortatione audientiae praebendae. 3 HOC AGITE id est: illud desinite et hoc attendite.

131 NUPER EIUS FRATER ut adhuc amor flagrare videatur, addidit 'nuper'. 2 ALIQUANTULUM EST AD REM AVIDIOR vultu accommodato ad reprehensionem pronuntiandum est. 3 AD REM AVIDIOR proprie 'avidior'. 4 AD REM pecuniam modo dicit.

132 ' IS UBI HANC FORMA VIDET ex aliena persona vult ostendere praeter affectum quanti sibi existimanda sit et quanto munere miles Phaedriae meruerit anteponi.

133 1 ET FIDIBUS SCIRE vetusta ἔλλειψις. 2 PRETIUM SPERANS deest 'magnum', ut 'stabulo frenos a. s.' (Ge. 3 184).

134 1 PRODUCIT proprie. (*a*) 2 PRODUCIT VENDIT haec celeritas vendibilem indicat mercem. 3 FORTE FORTUNA id est bona fortuna.

1 *a* nam produci venales dicuntur.

135 HIC MEUS AMICUS quia locus est meritorum non iam 'miles', sed 'meus amicus', vide enim quid sequatur: 'emit' inquit, 'eam dono mihi'.

136 1 IMPRUDENS HARUM RERUM hic ostendit quam avidus id faceret, si rem penitus nosset; 2 simul etiam ostenditur quanta secreta dicat Phaedriae, utpote quae rivalis nesciat. 5 Hoc est: qui nec suspicatus sit neque ex aliquo audiverit.

3 * IMPRUDENS H. R. IGNARUSQUE O. prudentia naturalis est, gnaritas extrinsecus venit. 4 'Imprudens' per se 'ignarus' per alios.

137 POSTQUAM SENSIT ME TECUM QUOQUE REM HABERE non dictum sed quasi celatum <'sensit'>. 2 SENSIT M. T. Q. R. H. magno pondere dixit 'tecum quoque' tanquam irascendi magis iusta causa sit militi quam Phaedriae (*a*).

2 *a* nam 'sensit' et 'tecum quoque' hoc significat.

138 REM HABERE sic dixit, ut honeste res impura dicatur. 2 NE DET SEDULO sine dolo, hoc est: impense.

139 1 AIT semper 'ait' dicimus, cum vel invisa nobis et audientibus vel vana dicta narramus alicuius. 2 SI FIDEM HABEAT hoc est: si faciam aliquid, unde credat se tibi praeponi. 5 SE IRI PRAEPOSITUM TIBI APUD ME *ἀναστροφή* in verbo 'praepositum iri'. 6 Necessaria implicatio in his que dura dictu sunt.

2 SI FIDEM HABEAT si credere cogatur. 4 Id est credat: unde fideiussor dicitur, hoc est auctor credendi.

142 SED EGO QUANTUM SUSPICOR alta et acuta inventio: scit meretrix amatores hoc solo inimicos esse, quod idem diligunt; magnifice igitur, ut rivalis odium deleniret, vult persuadere Phaedriae non se amari sed virginem.

143 2 ETIAMNE AMPLIUS mundat Terentius, ut solet, res huiusmodi per *ἔλλειψιν* suam.

1 AD VIRGINEM ANIMUM ADIECIT cur hoc inferat? ut vel laedendi militis causa Phaedria patiatur eum, quam amet et nolit [1]), virginem dono dare.

144 1 NIHIL NAM QUAESIVI NUNC EGO optime purgavit Terentius quod mox liberalibus nuptiis fuerat obfuturum, si vitiatam virginem duceret Chaerea. (*a*)

1 *a* necessario ergo defenditur, tamquam quae honeste nuptura est.

145 QUAMOBREM CUPIO ABDUCERE etiam hoc verbo gratificatur Phaedriae, non enim 'accipere' ut ab amico remunerante, sed 'abducere' ut ab stulto et experte.

---

[1]) Cf. Wessn. in var. lect.

144 2 NUNC EGO EAM MI PHAEDRIA MULTAE SUNT CAUSAE non indiligenter consideraverunt hanc meretricis orationem, qui illam instar controversiae rettulerunt; nam et principium est 'me miseram, vereor ne illud gravius Phaedria tulerit' (v. 81) et narratio 'Samia mihi mater fuit' (v. 107) et partitio cum confirmatione 'nunc ego eam mi Phaedria — quod soror est dicta' (v. 144 sqq.) et reprehensio 'egone id timeo' (v. 162) et 'egone non ex animo m. d.' (v. 179) et conclusio per conquestionem 'quam ioco — concedas solum' (v. 179 sqq.).

147 1 UT SUIS RESTITUAM AC REDDAM restituimur his, quibus nos volumus, reddimur his qui nos volunt, 2 (*a*) sed in hac utrumque est. 3 SOLA SUM HABEO HIC NEMINEM 'sola' ad familiarium refertur absentiam, 'habeo hic neminem' ad alienorum amicitiam; potest enim sola domi esse, habere tamen aliquem foris.

2 *a* ergo restituimur volentes, reddimur volentibus. 4 * et 'habeo hic neminem' plus sonat quam ,neminem hic habeo'. 5 * et 'sola sum' ab his quos natura conciliat per se, 'habeo hic neminem' eorum qui voluntate iunguntur.

148 1 NEQUE AMICUM bene hoc apud amatorem, nam aliud est amator, aliud amicus: amator qui ad tempus, amicus qui perpetuo amat.

2 * An quia in patris potestate est Phaedria? 3 QUAMOBREM PHAEDRIA in necessariis interponi nomen licet audientis.

149 1 CUPIO ALIQUOS PARARE AMICOS BENEFICIO MEO hic ostendit specialiter, cuiusmodi amicos quaerat, ne Phaedriam contemnere videatur. 2 PARERE A. B. M. quia pariuntur et suo, sed minus diligunt.

150 1 ID AMABO ADIUTA ME QUO ID FIAT FACILIUS παρέλκον: bis 'id' posuit.

2 * ADIUTA ME mira coactio: pro 'patere excludi' 'adiuta me' dixit.

151 1 SINE ILLUM blande 'sine illum' tamquam in manu eius sit iniuriam non pati et excludi militem. (*a*) 2 PRIORES PARTES HOSCE ALIQUOT DIES honeste circumloquitur et oratorie, ne dicat 'abi foras' atque 'excludi te patere'.

a non enim dixit 'fer' aut 'patere' sed 'sine'.

152 1 NIHIL RESPONDES (MIHI) iam silentium accusat, quia scit nihil contrarium responsurum, 2 et satis blande 'mihi' dixit, tamquam: cui debeas amoris vicem.

153 EGON QUIDQUAM facete exprimitur amantis ira. (*a*)

a amoris integratio.

154 1 TANDEM PERDOLUIT nimis doluit, 3 et t a n d e m quasi qui impatiens fuit. 4 T. P. VIR ES eleganter variavit personas, secundam et tertiam.

2 Id est persensit dolorem. 5 VIR ES non 'puer' nunc es, sed iam 'vir', qui meretricem contemnis.

156 HINC EST ABREPTA EDUXIT MATER PRO SUA vide μίμησιν cum odio inductam et depravatam pronuntiatione ita, ut et ὁμοιοτέλευτα non vitarentur de industria: 'abrepta' 'pro sua' 'soror est dicta'.

158 1 HAEC NUNC VERBA id est false dicta.

2 HUC REDEUNT ut excludar.

160 1 NISI ILLUM PLUS AMAS QUAM ME repudiatis causis, quas illa attulerat, per derivationem causae hic aliud inducit esse cur repellatur. 2 ET ISTAM NUNC TIMES QUAE ADVECTA EST adeo, inquit, amas militem, ut etiam invideas si quam amaverit.

161 TALEM PRAERIPIAT TIBI εἰρωνεία stomachantis amatoris.

162 QUID TE ERGO ALIUD SOLLICITAT quid est, inquit, si hoc non est?

163 4 NUM UBI numquid alicubi. 6 NUM UBI MEAM BENIGNITATEM intellegit se et dona obtulisse et id benigne saepe fecisse; nam plerumque ingrata dona sunt, in quibus benignitas non apparet, quae aut in quantitate rerum est aut in facilitate praestantis.

1 NUM SOLUS ILLE DONA DAT hic iam quasi quaestiones tractantur: sed ille munus advexit. 2 [NUM S. I. D.] possunt enim dona dari sed exigua aut minus libenter, et ideo mentionem benignitatis adiecit. 3 NUM UBI MEAM BENIGNITATEM sed ille benignus est. 5 Aut si 'nuncubi' legimus, erit temporis adverbium, ut s i c u b i quo in loco, qua in re.

164 CLAUDIER claudi aut claudicare: Sallustius 'neque enim ignorantia res claudit' et 'nihil socordia claudebat, (H. fr. III 48. 25 M. inc. 23 M.).

165 1 NONNE MIHI UBI DIXTI plus dixit 'ubi dixti cupere te', quam si diceret 'petisti ut emerem'; plus est enim id praestitisse, quod qui acceperit non ausus fuerit postulare. 3 EX AETHIOPIA non 'Aethiopissam' sed honestius 'ex Aethiopia'.

2 CUPERE TE vult rem parvi pretii ex illius cupiditate et suo labore perpendi.

166 RELICTIS REBUS OMNIBUS QUAESIVI haec iam omnia in beneficiis considerari solent.

167 1 QUAESIVI vide quemadmodum adhibeat atque aerumnas sibi difficilium munerum dicat imposuisse meretricem: 'ex Aethiopia ancillulam' inquit 'dixti te cupere'; quid ego feci in re caeli ac solis ac paene orbis alterius? 'quaesivi' nec enim in promptu erat. 3 PORRO EUNUCHUM <'porro'> deinde vel postea. (*a*). 4 EUNUCHUM VELLE eunuchos a Persis institutos putant ex captivis; a Babylonibus enim Hellanicus auctor exstat id habuisse. 6 EUNUCHUM εὐνοῦχος εἴρηται ὡς εὐνὴν ἔχων τοῦτ' ἔστιν φυλάττων, ὡς ἡνίοχος ῥαβδοῦχος σκηπτοῦχος· εὐνὴν οὖν γυναικὸς κἀνδρός.

2 * Deinde non 'petisti' sed 'dixisti', nec 'velle te' sed 'cupere', non 'nigram' sed 'ex Aethopia', nec 'dedi' sed 'relictis rebus omnibus quaesivi': quid non exquisitum, quid non ita expressum, ut nihil addi possit? 3 *a* vel multo post. 5 * *a* PORRO EUNUCHUM DIXTI VELLE TE vide quemadmodum, ut maius faciat quod praestitit, non semel imputat duo mancipia, sed primo puellam, deinde eunuchum: illum, quia 'ex Aethiopia', hunc 'quia solae utuntur his reginae'. Quid tale Thaidi rivalis dedit?

168 2 QUIA SOLAE UTUNTUR HIS REGINAE varie 'eunuchum' dixit et intulit 'his', ut 'si quisquam est qui placere se studeat bonis quam plurimis et minime multos laedere, in his poeta hic nomen profitetur suum' (prol. 1 sqq.). 3 REPPERI plus est quam 'emi'. 9 Et 'reginas' modo d i v i t e s dicit: in Phormione 'o regem me esse oportuit' (v. 70).

1 REGINAE 'reginae' divites, sed ἐμφατικώτερον est. 4 * Et vide quam propriis et amplissimis verbis usus est, quia et ancillam 'ex Aethiopia', et eunuchum <'quia solae utuntur his reginae'>; illam 'quaesivi' hunc 'repperi'. 5 Ergo vigilanter ancillam 'quaesivi', hunc 'repperi': neutrum enim horum facile positum erat. 6 QUIA SOLAE UTUNTUR HIS REGINAE nota, cum 'eunuchum' singulari numero praeposuerit, 'his' subiunxisse. 7 Sed 'his' non ad eunuchum rettulit, sed ad delicias aut quid tale: quia solae utuntur huiusmodi deliciis servitiisque reginae. 8 * Et oratorie hic subdidit quod in ancillula praetermisit, quia nulla Aethiopissa honesta dici potuit.

169 1 HERI MINAS VIGINTI PRO AMBOBUS DEDI recentiora beneficia graviora sunt adversus ingratos. (*a*) 2 PRO AMBOBUS DEDI melius amborum pretium, quam ut separatim diceret, quantillo emerit ancillulam nigram, de qua mox dicetur 'hic sunt tres minae' (v. 471); nam constat eunuchum solum emptum esse minis viginti, ut ipse Parmeno confitebitur seni (v. 982).

1 *a* ergo a tempore inducitur exprobratio.

170 TAMEN CONTEMPTUS ABS TE et hoc servatur in beneficiis, nam maiora sunt cessantibus meritis eorum, quibus praestantur.

171 1 OB HAEC FACTA ABS TE SPERNOR hic duplex pronuntiatio est: vel per interrogationem vel per invidiosam exprobrationem; 3 (OB H. F. A. T. S.) sic Vergilius 'nos munera templis quippe tuis ferimus' (Aen. 11. 217) et cum interrogatione vel cum increpatione proferri potest. 4 QUID ISTIC hoc adverbium consentire incipientis est; et est ἔλλειψις.

2 * Et melius velut indicativo modo quam interrogativo profertur; hoc enim est multo gravius quam illud. 4 *a* deest enim 'remoramur' aut quid tale.

172 1 QUAMQUAM ILLAM CUPIO ABDUCERE 'abducere' dixit quasi ab stulto, nec per verum meritum sed per fraudem. Cicero 'per vim ac dolum abducta ab Rhodio tibicine' (Verr. 3. 78). 2 ATQUE HAC RE ARBITROR non dicit qua, quia hoc est ex re.

173 * VERUM TAMEN scit meretrix contentione quadam negari [1]), ergo fingit se vinci, ut adulescentem molliat, et ipsa cedit, ut et ille remittat pertinaciam.

174 1 POTIUS QUAM TE INIMICUM HABEAM hoc totum ita loquitur, tamquam ipsa magis amet Phaedriam, quam ab illo ametur. 3 FACIAM UT IUSSERIS nec voluntate nec vultu consentientis hoc ait meretrix, sed callide temptat omnia; nam quia persistendo non perfecit quod exspectabat, docet Phaedriam etiam ipsum neglegentius negare quod poscitur; et adeo hoc subtile est ut statim impetraverit; pervulgatum est enim 'quod summa vi defenderis, cum extorqueretur, hoc idem postmodum remittere remittenti'.

2 <POTIUS QUAM> TE INIMICUM HABEAM huic contrarium est 'ut te amicum habeam''.

175 2 VERBUM pro dicto; sed proprie ἀξίωμα, id est sententia vel enuntiatio, quae uno stringitur et ligatur verbo, verbum a veteribus dicebatur. 3 EX ANIMO AC VERE DICERES <'vere'> certe, quia est qui 'ex animo' dicat, fallatur tamen.

1 UTINAM ISTUC VERBUM 'istuc verbum' pro tota sententia.

176 POTIUS QUAM TE INIMICUM HABEAM tantum in animum Phaedriae hoc descendit, ut etiam repetat quod amica dixerat adulans.

177 1 SINCERE DICI QUIDVIS POSSEM PERPETI sincerum purum sine fuco et simplex est, ut mel sine cera.

2 Bene ergo mel blandimentum meretricis dulce fatetur, sed negat esse sincerum.

---

[1]) Corrigo: 'concessione quadam negata dari'; cf. tamen adnot.

178 2 LABASCIT omnia incohativa trisyllaba fere media producta enuntiantur. 3 VICTUS UNO VERBO QUAM CITO ait, quine [1]) illum 'falsa lacrimula' (v. 67) vinci crediderat posse. (*a*)

1 * VICTUS UNO VERBO 'utinam istuc verbum' (v. 175) et 'uno verbo', ut diximus, sic accipe, ut 'verbum' dictum intellegas, quod verbo complectitur completae sententiae pronuntiationem, quod ἀξίωμα nominatur. 3 *a* plus factum est: et 'uno verbo' victus est et 'cito'.

179 1 EGO NON TAM EX ANIMO MISERA DICO quod sensit multum valuisse, hoc Thais inculcat animo amici sui. 2 Et 'ego' vide quanta significet: convenit hoc pronomen multa blande exprobranti, ut 'mene fugis'? (Aen. 4. 314). 3 QUAM IOCO REM VOLUISTI A ME TANDEM contra illud refertur, quod ait Phaedria (v. 165) 'nonne ubi dixti cupere te'.

4 * Sed hoc vehementius et disertius; 'quam rem', inquit, non 'munus' sed quod plus est 'rem', et non dixit 'serio' sed 'ioco' a facilitate praestantis, et 'voluisti' non etiam 'dixisti'. – 5 Mirandum obsequium ex voto animi pendens: non exspectat imperium, ne voluptati mora sit, dum iubetur. — * Tum illud quod ait 'perfeceris': nonne pondus hoc verbi et potentiam Phaedriae circa amicam et illius obsequium vehemens et rerum difficultatem, quae extortae sunt, monstrat atque omnem obterit querelam Phaedriae?

181 EGO IMPETRARE NEQUEO HOC ABS TE tu et ioco (v. 179) et non petisti, cum perfeceris tamen, at ego impetrare non possum.

182 1 SALTEM UT CONCEDAS SOLUM argute additum et 'saltem' et 'solum'. 2 *Et* bene 'concedas' ut voluntatis sit; <nam sic> dixit supra 'sine illum priores partes hosce aliquot dies' (v. 151).

183 1 VERUM NE FIANT ISTI VIGINTI DIES facete 'biduum' decuplavit.

2 Et simul, quia ex eadem ratione sunt viginti ex qua duo, <et> ex qua viginti, ducenti, duo milia et similiter deinceps.

184 PROFECTO NON PLUS BIDUUM AUT ἀποσιώπησις secunda.

185 1 HOC MODO SINE TE EXOREM nove nunc non 'de te exorem' sed 'te exorem'. 2 *Et* 'hoc' absolute.

186 2 BENE FACIS in consuetudinem, venit 'bene facis' et 'bene fecisti' (v. 1091) non indicantis est sed gratias agentis. 3 MERITO TE AMO bene amoris mentionem ad auferendam suspicionem contemptus Phaedriae fecit.

1 * FACIUNDUM EST QUOD VIS non 'quod oportet', sed 'quod vis' dicendo multum addidit obsequio suo.

---

[1]) Cf. Wessn. in var. lect.

187 1 RUS IBO et hoc amatorium est, odisse urbem sine amica. 3 ME HOC MACERABO BIDUUM, pronuntiandum 'biduum' ut si dixisset 'biennio'.

2 * Nec dixit 'ibi ero' sed 'ibi me macerabo.'

188 1 ITA FACERE CERTUM EST ex his apparet verbis, quam sibi amator hoc aegre imperet. 2 MOS GERUNDUS EST THAIDI cum pronuntiatione et gestu, ut ostendat quae vis amoris sit, ut Thaidi mos geratur.

189 1 HUC FAC ILLI ADDUCANTUR eunuchus et ancilla, sed praevalet genus masculinum. 2 FAC I ADDUCANTUR adducito eas.

3 Et bene adiectum, ne dilatis ob retentionem muneribus non procederent actus fabulae. 4 Et simul quia absentia Phaedriae opus est, dum per Chaeream ludificatur meretrix.

190 1 IN HOC BIDUUM THAIS VALE nunc 'vale' abscessum significat, non salutationem, nam si mera salutatio est, biduo solum amicam valere optat; sed praescribere conatur, quanto tempore abfuturus sit.

2 Et simul ostendit, quam invitus abscedat. 3 * IN HOC B. T. V. accusativo casu utens expressit amatoris impatientiam, 'biduum' dicens praescripsit de tempore, et 'vale' maiorem vim habet ex dolore discedentis quam obsequio salutantis.

191 2 *Et* subintellegendum post osculum dici 'numquid vis aliud?' quasi recte factum.

1 ET TU NUMQUID VIS ALIUD 'vale' subaudiendum salutatorium.

192 1 CUM MILITE ISTO 'isto' bene additum quasi o d i o s o, ut alibi 'iam vero mitte, Demea, tuam istanc iracundiam' (Ad. 755) et Vergilius 'iam quid petis istis?' (Aen. 9. 94) haec enim pronomina spernentis sunt odiumque monstrantis. 2 PRAESENS ABSENS UT SIES 'praesens absens' κακόζηλον.

193 1 ME DESIDERES αὔξησις, quia plus est ab amore desiderium. 2 <ME AMES ME> DESIDERES ME SOMNIES ME EXSPECTES ἐπαναφορά prima. 4 Satis amatorie dictum est.

3 * Cum 'amare' et 'desiderare' sit voluntatis atque obsequii, num etiam 'somniare'?

195 1 ME SPERES cum 'me exspectes' iam dixerit, quid sibi vult iterum 'me speres'? 5 an 'me speres' idem facere, id est de te cogitare, ut sit 'speres' credas, ut statim in subditis invenies 'nam eius fratrem spero iam propemodum repperisse'? 6 ME TE OBLECTES septimus casus <'me'>. 7 MECUM TOTA SIS

toto animo: (*a*) 8 (*a*) quod ipse ab eius corpore patitur, id vult militi eius mente contingere tamquam penitus excluso ob amica.

2 An exspectatio certorum est, spes incertorum? 3 Et exspectatio propinquarum rerum, spes longinquarum. 4 Et exspectatio destinat tempus, spes non destinat. 7 *a* nam illum nunc animum vult esse, non corpus. 8 *a* et simul.

196 QUANDO EGO SUM TUUS 'animus' scilicet.

197 ME MISERAM FORSITAN HIC MIHI PARVAM HABET FIDEM recte Thais nunc partem argumenti exsequitur tacitam apud Phaedriam propter praesentiam servi, quem poeta vult ita nescire, ut audeat ad vitiandam virginem subornare Chaeream.

198 ATQUE EX ALIARUM INGENIIS NUNC ME IUDICET hic Terentius ostendit virtutis suae hoc esse, ut pervulgatas personas nove inducat et tamen a consuetudine non recedat, ut puta meretricem bonam cum facit, capiat tamen et delectet animum spectatoris.

200 1 NEQUE ME FINXISSE FALSI QUICQUAM aut 'dixisse' debuit dicere aut abundat 'falsi'.

2 * Aut ideo, quia et vanum aliquid fingi potuit, ut supra 'si vanum aut falsum aut fictum est' (v. 104).

201 1 NEQUE MEO CORDI ESSE QUEMQUAM CARIOREM melius 'quemquam' quam si diceret 'militem'. 2 QUEMQUAM CARIOREM quasi meretrix non 'carum' alterum sed 'cariorem' negat.

202 1 ET QUICQUAM HUIUS FECI 'huius' absolute aut per ἔλλειψιν, ut desit 'rei'; in Hecyra (v. 338) 'ne quid sit huius oro', in Heautontimorumeno (v. 571) 'nihil me istius facturum pater'.

2 Aut 'quid petis istis' (Aen. 9. 94). 3 QUICQUID HUIUS 'rei' subaudiendum est: quod eum exclusi foras.

203 1 SPERO PROPEMODUM nove 'spero' pro 'credo' vel 'confido'. 2 PROPEMODUM ideo 'propemodum', quia hominem quidem novit, sed fratrem esse virginis nondum probavit.

204 1 ADEO NOBILEM 'adeo' pro n i m i s positum est.

2 Aut expletiva particula.

206 ATQUE EXSPECTABO DUM VENIT futurum actum voluit promittere, non quo aliquis gestus sit exspectantis.

II

1.

207 FAC ITA UT IUSSI iam amatorium multiloquium et vaniloquium continet ista actio, nam et repetit quod iam dictum est et id facit <***> [1] magis et odiose nimis.

209 2 (Deest) vel 'te', si ipsum respicit, vel 'hunc', si aversus haec dicit, ut sit: rogitare te! aut rogitare hunc! 3 *Et* distinctione interposita inferendum vultuose 'quasi difficile sit', <scilicet> id quod mandat: ita *et* ineptiam nimiam circa haec solliciti amatoris expressit. (*a*).

1 ROGITARE QUASI DIFFICILE SIT deest 'vis' vel 'pergis'; ut sit: rogitare pergis. 3 *a* et ostendit nihil esse facilius, quam deducere ad meretricem munera, cum contra illud sit difficillimum, poscenti aliquid non dare. 4 ROGITARE subauditur 'te mirum est'; QUASI DIFFICILE SIT 'complere quod iubes'.

210 1 UTINAM TAM ALIQUID INVENIRE POSSIS PHAEDRIA 'invenire' acquirere; sic in Heautontimorumeno (1040) 'patri quo modo obsequare et ut serves quod labore invenerit'.

2 Nam ideo a praecedenti etiam q u a e s t u s dicuntur.

211 2 QUOD MIHI <EST> CARIUS pro 'qui mihi sum carior'.

1 QUAM HOC PERIT deest 'facile' hoc perit. 3 Sed 'ego' dixit absolute, occurrens huic pronomini <'quod'>.

212 QUI EFFECTUM DABO 'qui' pronomen ut in Heautontimorumeno (701) 'qui nolo mentiare'.

213 SED NUMQUID ALIUD IMPERAS in his servus nihil vult nisi coactus facere propter maiorem dominum; sic et alibi 'iubesne', inquit, respondente Chaerea 'cogo atque impero' (v. 388).

214 1 MUNUS NOSTRUM ORNATO VERBIS ἠθικῶς non dixit 'meum', quasi etiam Parmenonis sit. 2 ET ISTUM id est molestum et odiosum. (*a*)

2 *a* nam hoc significat 'istum'.

215 1 AB EA PELLITO 'ab ea' ab eius animo.

2 * Et non 'pelli facito'' sed 'pellito'.

---

[1] Wessn. in var. lect. Goetz supplevit 'moleste' ex 214. 2.

216 1 MEMINI TAMETSI NULLUS MONEAS properat servus carpere vaniloquium domini. 2 NULLUS MONEAS 'nullus pro non; in Hecyra (79) 'nullus dixeris', Plautus in Trinummo (v. 606) 'nullus credas'. 3 EGO RUS IBO et hoc iam dictum est (v. 187). (*a*)

3 *a* Sed ostendit, quam olim id incipiat Phaedria.

217 1 CENSEN ME POSSE arbitraris, ut censores, qui morum aliorum sunt summum arbitrium. 2 Et ideo hunc putat non censere, quia ipse desperat fieri posse.

3 * OBFIRMARE ET PERPETI verba sunt desperantis: non 'firmare' sed 'obfirmare', non 'pati' sed perpeti'.

218 TENE 'te' quod ait hanc vim habet, ut significet perditum amatorem esse Phaedriam.

219 1 NAM AUT IAM REVERTERE modo 'iam' pro statim. 2 MOX NOCTU TE ADIGENT hoc est ad urbem agent. 3 INSOMNIA vigiliae; legitur et 'adiget', ut sit 'insomnia' numeri singularis.

220 1 UT DEFETIGER USQUE ordo; usque ut defetiger. 2 INGRATIIS UT DORMIAM id est: etiam invitus, coactus.

3 * Nam 'ingratis' non ultro significat, quia ultronea grata sunt, ingrata quae ab invitis fiunt aut recusantibus.

222 NIMIS ME INDULGEO 'me indulgeo': sic veteres, quod nos 'mihi'; alibi 'te indulgebant, tibi dabant' (Heaut. 988).

223 1 TANDEM NE EGO ILLA CAREAM SI SIT OPUS VEL TOTUM TRIDUUM sic coepit, tamquam aliquid forte dicturus et magnificum. (*a*) 2 VEL TOTUM TRIDUUM magna professio virtutis, cum biduo sit opus, triduo posse durare et 'totum triduum'.

1 *a* non autem est παρὰ προσδοκίαν, sed vere amator magnum hoc putat.

224 1 UNIVERSUM TRIDUUM *εἰρωνικῶς* 'universum'. (*a*) 2 VIDE QUID AGAS sic dicitur magna aggredientibus. 3 STAT SENTENTIA et vultu et gestu magis spectabile quod dixit 'stat sententia'; 4 (*a*) tantum autem aberit, quantum temporis opus est ad vitiandam virginem.

1 *a* quasi triduum in multo numero. 4 *a* Vel maxime eo, quod tanto sonitu hoc de se promittat Phaedria continuo rediturus vel potius non accessurus ad villam.

225 QUID HOC MORBI EST excusatio amoris, quando non culpa est, sed morbus.

226 1 ADEON HOMINES IMMUTARIER EX AMORE UT NON COGNOSCAS EUNDEM ESSE more suo a plurali numero ad singularem se con-

vertit. 2 EX AMORE U. N. C. E. E. non solent stulti induci adolescentes et ideo ad amorem transtulit stultitiam Phaedriae.

227 1 MINUS INEPTUS MAGIS SEVERUS nisi enim hoc esset, quid esset quod illum mulier praeferret militi. aut quid relinqueretur proprium personae militis, si et hic stolidus esset. 2 MAGIS SEVERUS QUISQUAM NEC MAGIS CONTINENS animadverte ut amet Terentius 'magis' addere positivo quam comparativum facere.

3 Nam neque 'severior' neque, continentior' tam voluit dicere, quam 'magis severum' et 'magis continentem'.

228 HIC QUIDEM EST PARASITUS GNATHO haec apud Menandrum in Eunucho non sunt, ut ipse professus est 'parasiti personam et militis' (v. 25), sed de Colace translata sunt.

230 1 FACIE HONESTA *οἰκονομία*, qua ostenditur amaturus Chaerea, si quidem hanc Parmeno ipse miratur. 2 FACIE H. sic Vergilius 'et laetos oculis afflarat honores' (Aen. 1. 591), 3 et mox (474) idem 'ita me di ament, honestus'. 4 NI EGO ME TURPITER HODIE HIC DABO 'ni dedero'. (*a*)

4 *a* Vergilius 'quamvis solus avem coelo deiecit ab alto' (Aen. 5. 542).

231 1 CUM MEO DECREPITO EUNUCHO facete 'meo' ad parasitum rettulit cum pulchro munere venientem. 3 DECREPITO HOC E. decrepiti dicti sunt quorum crepitu et plangore familiae funera iam conclamata fuerint. 4 HAEC SUPERAT IPSAM THAIDEM hoc sic accipias, non tamquam vituperari Thaidem, sed *ὑπερβολικῶς*. (*a*) 5 et bene 'ipsam', propter quam datur.

2 Et iam praeparatio est ad deducendum Chaeream quam deformem Eunuchum. 4 *a* ideo addidit 'ipsam', quasi quae nimiae pulchritudinis est.

2.

232 1 DI INMORTALES HOMINI HOMO QUID PRAESTAT in hac scaena non stans sed quasi ambulans persona inducitur; constitit tamen aliquantum intuens spectatores, dum secum loquitur. Exprimit autem parasitum et sub eius verbis corruptos mores in assentationem ostendit, prorsus ut honestae quoque personae in huiusmodi culpa inventae sint, ut alibi 'obsequium amicos, veritas' etc. (An. 68). 2 <STULTO INTELLEGENS QUID INTEREST> [1]) hoc

---

[1]) Pro falso lemmate 'di immortales', substitui 'Stulto i. q. i.'

iam mire et pro saeculi ac temporum reprehensione satirice Terentius, quod apud eum 'stultum' vocat simplicem parasitus et 'intellegentem' malum. 3 DI IMMORTALES admirantis exclamatio et cum parasiti gesticulatione. 4 DI I. H. H. Q. P. morata narratio a sententia incipi solet quae dicitur προμύθιον. 5 HOMINI H. Q. P. alii distinguunt 'quid praestat stulto intellegens', alii 'stulto intellegens quid interest', quia sic veteres loquebantur (cf. 239).

233 QUID INTEREST hoc admirantis <est> et ideo sic pronuntiandum.

234 1 CONVENI HODIE ADVENIENS convenisse non vidisse tantum sed etiam collocutum esse significat. 2 MEI LOCI ATQUE ORDINIS 'loci' ingenuum, 'ordinis' pauperem: illud natalium, hoc fortunae est. 3 Et τὸ ἑξῆς 'quendam . . . hominem'.

235 1 HAUT IMPURUM dixit non 'prodigum', sed quia hoc ipsum probat 'non avarum' 'non improbum'; et sic laudamus eos, in quibus nihil est quod magnopere proferamus. 2 ITIDEM PATRIA QUI ABLIGURIERAT BONA hoc ioculari vultu dicitur. 4 ABLIGURIERAT suavibus escis consumpserat; nam ἀπὸ τοῦ λιγυροῦ est ligurire et λιγυρόν Graeci suave appellant.

3 Eleganter ex persona parasiti non culpatur qui comederit bona.

236 1 VIDEO SENTUM o quam bene 'video', postquam dixit 'conveni'! (*a*) 2 SENTUM horridum. 5 PANNIS ANNISQUE OBSITUM 'pannis annisque' vel parasitica vernilitate κατὰ τὸ ὁμοιοτέλευτον dictum vel quia Homerus dixit 'αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσι'; 6 et est miseriae senium debitum, unde huic magis tristitia gravitasque displicuit, aliena semper ab hominibus parasitis. 8 OBSITUM ut 'sentum', 'obsitum' dixit: μεταφορά ab agro.

1 *a* et tempus mutavit et verbum. 3 * SENTUM ad horrorem rettulit, SQUALIDUM ad sordes, AEGRUM ad maciem, PANNIS ANNISQUE <OBSITUM> ad vestitum et tristitiam. 4 Sed 'pannis et annis' morologiae parasitorum sunt. 7 ANNISQUE OBSITUM bene addidit annis, quia ut quisque miser est, ita senior videtur.

237 1 QUID ISTUC INQUAM ORNATI EST scire nos convenit, cum recto casu profertur interrogatio, non esse contumeliosum, ut si dicatur 'quis hic homo est' (Pho. 991), si autem non, contemptum significari, ut 'quid hoc hominis est' (v. 546), quid mulieris, (Hec. 643), 'quid ornatus' (v. 546). 2 QUID ISTUC INQUAM ORNATI EST 'ornatus' τῶν μέσων est: ad decus et ad turpitudinem; 4 et

'ornati' ut 'senati' antiquus genetivus. 5 QUOD HABUI PERDIDI non dixit, id quod erat, 'comedi' aut 'consumpsi'.

3 Vel simpliciter hoc accipe vel εἰρωνικῶς.

238 1 HEM QUO REDACTUS SUM vel habitum suum vel corpus ostendens hoc dicit; nec quicquam hic nisi media <de> consuetudine collocatum est. 2 OMNES NOTI ME ATQUE AMICI DESERUNT sententiose et mordaciter in mores.

239 HIC EGO ILLUM CONTEMPSI hoc est illud 'homo homini quid praestat stulto intellegens?' (v. 232).

240 1 ITANE PARASTI TE quam obiurganter! tamquam in illo sit, quod miser est; et alibi 'nam nemo illorum quisquam ad te venit, quin ita paret sese, ut abs te blanditiis quam minimo pretio suam voluptatem expleat' (Hec. 67). 3 UT SPES NULLA RELIQUA IN TE SIT sententiose ad illud quod et Vergilius ait 'ponite spes sibi quisque' (Aen. 11. 309). 4 [UT SPES N. R. I. T. S.] [1]) bene, quasi qui rem a fortuna acceperit.

2 Et hoc proprie verbum ad exprimendam immunitatem et ignaviam factum est.

241 1 SIMUL CUM RE CONSILIUM AMISISTI Vergilius 'nec si miserum fortuna Sinonem finxit, vanum etiam mendacemque improba finget' (Aen. 2. 79) et Sallustius 'neque fortuna eget, quippe quae probitatem industriam aliasque artes neque dare neque eripere cuiquam potest' (Jug. 1. 3): 2 (*a*) nam consilium in hominibus est, res in potestate fortunae. 3 EX EODEM LOCO id est ex eadem fortuna.

2 *a* Ergo haec interrogatio increpantis est nec desiderat reprehensionem.

242 1 QUI COLOR NITOR VESTITUS hoc contra illud quod ait 'video sentum' (v. 236).

2 * COLOR ad 'sentum', NITOR ad 'squalidum', VESTITUS ad 'pannis annisque obsitum', HABITUDO ad 'aegrum'.

243 1 * OMNIA HABEO ad 'quod habui perdidi' (v. 237), NEQUE QUICQUAM HABEO ad 'mei loci atque ordinis hominem' (v. 234).

242 3 QUAE HABITUDO EST CORPORIS Plautus in Epidico (v. 10) 'corpulentior habere atque habitior'.

243 2 OMNIA HABEO ad industriam rettulit, NEQUE QUICQUAM HABEO

---

[1]) Lemma falsum, scholium pertinet ad sequentem versum.

<ad> fortunae culpam. 5 NIHIL CUM EST NIHIL DEFIT figura *κακόζηλον*, ut apud Vergilium 'sequiturque sequentem' (Aen. 11. 695), et Cicero 'cum tacent, clamant' (Cat. I 21).

3 * Et item denuo ad fortunae crimen 'nihil cum est', ad suam laudem 'nihil defit tamen'. 4 OMNIA H. N. Q. H. alterutrum horum neutrumve potest cuivis accidere, utrumque nulli.

244 1 AT EGO INFELIX NEQUE RIDICULUS iam transit ad *μιμητικὸν χαρακτῆρα*. 2 AT EGO I. N. R. vehementer invectus est in tempora et mores poeta sub hac persona, in qua hominem ita inducit paenitere probitatis suae, ut se 'infelicem' non 'honestum' dicat et non 'nolo' sed 'non possum'.

245 1 QUID TU HIS REBUS CREDIS FIERI dum quis ridetur aut vapulat. 2 TOTA ERRAS VIA *παρόμοιον* per *μεταφοράν*.

246 APUD SAECLUM PRIUS scilicet cum essent tempora meliora.

247 1 HOC NOVUM EST AUCUPIUM vide quid intersit cum illum 'quaestum' dicat, hoc 'aucupium': illud de sapientibus, hoc de stultis. 2 INVENI VIAM adeo novum est aucupium.

248 EST GENUS HOMINUM quia multi sunt huiusmodi, non dixit 'sunt homines' sed 'est genus hominum'.

249 HISCE EGO NON PARO ME UT RIDEANT quia ille dixerat 'ego infelix neque ridiculus esse neque plagas pati possum' (v. 244).

250 1 SED HIS ULTRO ARRIDEO quid est 'his arrideo'? aut veluti pareo, (*a*) aut veluti dictis delector. 3 SED HIS ULTRO 'ultro' versa vice an prior? 5 ADMIROR SIMUL plus intulit, quam si 'laudo' dixisset.

1 *a* id est obsequi venio. 2 Atque 'arrideo' non, ut parasitis fieri solet, ut his arrideatur a regibus quam ipsi dictis factisve arrideant alienis, hic esse intellegendum etiam ipsa res indicat e contrario; nam quod ait supra 'his ego non paro me ut rideant' hoc e contrario ostendit, quod subiciatur 'sed his' etc., 4 An etiam insuper hoc est ultra?

251 1 QUICQUID DICUNT non 'quod dicunt', sed 'quicquid dicunt', id est bene maleve, ut vel si interclusa fuisset assentatio, non se impediverit, quod contrarium laudaverit. 2 ID RURSUM SI NEGANT LAUDO ID QUOQUE praeclare Terentius, quod a satirico de aliis diceretur, id hic de se dicentem inducit, facetius multo, quam si aliter fecisset, *κακολογῶν* mores temporum iam tum vitiatorum per assentationem, quod fere in plerisque fabulis monstrat, ut etiam in Andria (67) 'hoc tempore obsequium amicos, veri-

tas odium parit' et in Adelphis (v. 986) 'quod te isti facilem et festivum putant, id non fieri ex vera vita neque adeo ex aequo et iusto, sed ex indulgendo atque assentando et largiendo, Micio.'

252 NEGAT QUIS NEGO bene sic: 'negat' et 'ait' contraria sunt, ut Plautus in Rudente (v. 1331) 'vel tu ais vel negas'.

253 1 IS QUAESTUS NUNC EST <MULTO> UBERRIMUS quam ille 'apud saeclum prius' fuerat. 2 Et vide quemadmodum inliberalem vitam honestiore nomine primo 'aucupium, (v. 247)' post etiam 'quaestum' nominaverit ῥωποκάπηλος impudens.

254 SCITUM H. HOMINEM mire Terentius longae orationi interloquia quaedam adhibet, ut fastidium prolixitatis evitet velut nunc Parmeno procul audiens Gnathonem haec loquitur.

255 INTEREALOCI duae partes orationis cum coniunctae unam fecerint, mutant accentum.

256 1 CONCURRUNT LAETI MIHI OBVIAM et multos et properos uno verbo ostendit et ex diverso ad se festinantes. 2 CUPPEDINARII OMNES Varro Humanarum rerum 'Numerius Equitius Cuppes' inquit 'et Manius Marcellus singulari latrocinio multa loca habuerunt infesta; his in exsilium actis bona publicata sunt, aedes ubi habitabant dirutae eque ea pecunia Scalae deum penatium aedificatae sunt. Ubi habitabant, locus, ubi venirent ea, quae vescendi causa in urbem erant allata. Itaque ab altero Macellum, ab altero Forum Cuppedinis appellatum' (fr. 9, 1 Mirsch). 3 CUPIDINARII omnes qui esculenta et poculenta vendunt, a rebus cupidinis (*a*) 'cupidinarii' appellantur.

3 *a* ob alimentum. 4 Et ipse (sc. Gnatho) subiecit qui accipiendi sint 'cupidinarii'.

257 1 LANII qui laniant pecora; unde et lanistae dicti, qui laniandis praesunt gladiatoribus. 3 PISCATORES qui recentem piscem praebent. 4 FARTORES qui insicia et farcimina faciunt. 5 CETARII qui cete (*a*) venditant et bolonas exercent. 6 CETARII LANII COQUI FARTORES σχῆμα comicum, nam in palliata Romanas res loquitur.

2 Sic et 'macellum' a mactandis pecoribus dictum. 5 *a* id est magnos pisces.

258 1 QUIBUS ET RE SALVA cum de meo impenderem, ET PERDITA

PROFUERIM cum de alieno mantiniscor atque impendo. 2 SAEPE expletivae significationis est.

259 2 ADVENTUM GRATULANTUR accusativum pro dativo. (*a*)

1 AD CENAM VOCANT utrum ad emendam cenam an vero ad convivium? 2 *a* pro 'adventui gratulantur'. 3 Et 'adventus' proprie exspectatorum necessariorumque dicitur.

260 3 ILLE UBI MISER FAMELICUS VIDET ME vide ut sententiose demonstret malos ex bonis contagione fieri, exemplis in pravum praevalentibus: 'videt' mihi hoc prodesse et discere optat, quod negabat se posse. 4 TANTO HONORE quia 'concurrunt' 'salutant' (v. 256, 259). 5 FAMELICUS a f a m e et e d e n d o dictum est quasi f a m e d i c u s.

1 ILLE U. M. F. V. M. hic ostendit quae res coegerit ad discendum. 2 Et simul vide secundum vulgi opinionem loqui parasitum: 'miserum' et 'famelicum' hominem honestis moribus praeditum.

261 1 TAM FACILE VICTUM QUAERERE quia 'ad cenam vocant'. (v. 259). 2 IBI pro tunc. 3 HOMO mire addidit 'homo'.

4 * Aut additum supervacuo 'homo', ut 'donat habere viro decus et tutamen in armis' (Aen. 5, 262).

262 1 UT SIBI LICERET DISCERE quasi disciplinam aut artem; tantum auctoritatis criminum felicitas sumpsit. 2 DISCERE ID DE ME magis 'de illo' et 'de me' veteres dicebant quam, ut nos dicimus, 'a me' aut 'ab illo'. 3 SECTARI IUSSI proprie, nam et sectae philosophorum ab hoc significatu dictae sunt.

263 EX IPSIS philosophis scilicet.

264 1 EX IPSIS VOCABULA ut Pythagorica, Platonica. 3 <GNATHONICI> [1] non hoc intulit, quod coeperat dicere; nisi forte 'disciplinam' pro discipulis accipimus.

2 Hoc igitur non est consequens ad id quod vult dicere; nisi forte 'disciplinam' pro discipulis posuit.

265 1 VIDEN OTIUM ET CIBUS QUID FACIAT ALIENUS rursus Parmeno et facetias dicit et distinguit longiloquium parasiti. 2 QUID FACIAT legitur <et> 'quid facit', ut sit figura per modos pro 'quid faciat'.

266 1 HANC DEDUCERE proprie. (*a*). 2 ET ROGARE AD CENAM vide parasitum optare Thaidem ad cenam vocari quam munus accipere.

1 *a* nam d u c i t u r quis ad supplicium, d e d u c i t u r in laetitiam.

---

[1]) Substitui hoc lemma pro falso 'Vocabula'.

267 THAIDIS legitur et 'Thainis'.

268 2 SALVA RES EST proverbialiter.

1 SALVA R. E. quia et 'ante ostium' et 'tristem vides', 'salva res est'; nec hoc valet ad laetitiam, quod Parmeno est, sed quod 'rivalis servus'.

269 1 NEBULONEM vel furem quia n e b u l a s obiciat (?), vel mollem ut n e b u l a m, vel inanem ac vanum, ut n e b u l a est. 2 HISCE pro 'hi' vetuste (*a*), quia * hicendebant * [1]) dicere. 3 HISCE HOC MUNERE ARBITRANTUR non immerito Gnathonem deridet Parmeno, qui penitus noverit consilium meretricis.

2 *a* Vergilius (Ecl. 3. 102) 'his certe neque amor causa est, vix ossibus haerent'.

271 1 SUMMUM ἔλλειψις. 2 SUMMUM SUUM INPERTIT haec tota locutio parasiticae elegantiae et simul ironiae plena est; nam et plurimam dicit ei salutem, quem ne exiguam quidem velit continere, <et> 'summum' dicit eum, qui nec levis amicus sit sibi, et 'Parmenonem Gnatho', non 'te ego'. 4 QUID AGITUR pro blandimento, non pro interrogatione nunc ponitur, ut 'o noster, quid fit? quid agitur?' (Ad. 885). 5 QUID AGITUR STATUR pro 'quid agis'? 'sto'; 6 et facete 'statur'. (*a*)

3 SUMMUM SUUM quam venuste, quod summun amicum non resalutet Parmeno! 6 *a* nam stat cui ingredi non licet.

272 AT NUMQUID ALIUD virginem; hic de illo respondit et ideo repetit dictum Gnatho.

273 1 QUI DUM interrogat interrogantem, ne ipse respondeat. 2 NIHIL QUIDEM DICENS 'nihil' mutavit vultum Parmeno in laetitiam: ideo illi facete Gnatho hoc ipsum agenti 'ne sis' dixit, ut probaret tristem fuisse.

3 NIHIL EQUIDEM pro n o n; infra (v. 735) 'nihil dixit ut sequerere sese?'

274 1 HOC TIBI MANCIPIUM ταπείνωσις τῷ ἀστεϊσμῷ: mancipium dixit puellam aut virginem. 2 NON MALUM HERCLE inimica laudatio. 3 URO HOMINEM sibi hoc gestu et vultu parasitico dicit; 5 UT FALSUS ANIMI EST similiter et Parmeno secum servili gestu. 6 *Et* 'animi' pro 'animo': ἀντίπτωσις veterum, qui 'ingens virium', 'dives opum', 'abundans <lactis' solebant> dicere [2]). 7 UT FALSUS

---

[1]) Vide coniecturas apud Wessnerum in varia lectione; ipse edidit 'hice debebant' cum Hageno, an: 'hice nolebant d.'?

[2]) Sall. Hist. fr. III 91 M. Verg. Aen. 1. 14. Ecl. 20.

ANIMI EST ex hoc 'falsus animi est', quod putat huiusmodi munere capi posse Thaidem.

4 Et 'uro' pro eo quod est dolere cogo.

275 QUAM HOC MUNUS GRATUM THAIDI mire insultat Gnatho: quanto enim gratum munus fuerit, tanto erit rivalis exclusior.

276 OMNIUM RERUM HEUS VICISSITUDO EST vide locum, in quo erumpere dolor Parmenonis potuit, nisi commissa servaret et celaret Thaidis consilium.

277 2 HOS MENSES qui nunc aguntur, (*a*). 3 QUIETUM REDDAM facete, quasi hoc ipse fecerit. 4 *Et* hoc est quod ait 'summum suum impertit Gnatho Parmenonem' (v. 273), tamquam amico consulat.

1 * SEX EGO TOTOS PARMENO HOS TE MENSES QUIETUM REDDAM quid est 'totos'? an diebus et noctibus, ut pote amatoris servum, ac per hoc sine ulla cessatione et intermissione? 2 *a* id est hoc tempore.

278 NE SURSUM DEORSUM CURSITES quod est laboris, NEQUE USQUE AD LUCEM VIGILES quod est exitii.

279 SIC SOLEO AMICOS hoc ἐλλειπτικῶς.

280 1 DETINEO TE valde teneo. 2 FORTASSE TU PROFECTUS ALIO FUERAS vult exprimere confessionem, quod ad Thaidem venerit, sed intrare non possit.

281 1 PAULULUM DA MIHI OPERAE hoc quasi supplicantis vultu ad irrisionem dicitur. 2 PAULULUM D. M. O. proprie sic dicitur adiuva me; sic in Adelphis 'haec opera ut data sit' (v. 530).

282 1 AGE MODO NUNC TIBI PATENT HAE FORES ex eo, quantum licere oportuit, ostendit, quam misere nihil illic liceat Parmenoni. 2 QUIA ISTAM DUCIS hoc quasi ad Gnathonem, sed lente ac sub lingua murmurat.

283 1 NUMQUAM EVOCARI HINC VIS FORAS quia ipse intrare non potest. 2 SINE BIDUUM HOC PRAETEREAT et hoc lentius; nam si aliter pronuntiaveris, secreta produntur.

284 1 QUI MIHI NUNC 'mihi' τῷ ἀττικισμῷ dictum est. 2 FORTUNATUS ut ipse videris tibi.

285 1 NE TU ISTAS FAXO 'ne' valde. 2 NE T. I. F. CALCIBUS SAEPE INSULTABIS FRUSTRA nova locutio 'calcibus insultabis fores'; Sallustius 'multos tamen ab adulescentia bonos insultavit' (Hist. fr. II 23 M.).

3 NE TU I. F. C. mira loquentia, in qua utraque ὑπερβολή ex-

pressissima est; nam neque 'uno digitulo' minus aliquid dici potest neque 'calcibus saepe insultabis' aut amplius aut ingentius.

286 1 NUMNAM HIC 'nam' abundat, ut quidnam. 2 RELICTUS CUSTOS bene 'relictus', quasi ab expulso.

287 1 NE QUIS FORTE INTERNUNTIUS proprie 'internuntius'. 2 NE Q. F. I. CLAM A MILITE CETT. et hoc facete, quasi ipse sibi totam Thaidem vindicaverit, quod miles facit.

288 1 FACETE DICTUM εἰρωνικῶς, quia infaceta. 2 MIRA VERO MILITI QUAE PLACEANT 'mira' pro 'mirum'; Vergilius 'nota tibi' (Aen. 1. 669), et est ironia: quid mirum est, inquit, facete loqui eum, qui militi placeat?

3 Potest tamen et pluraliter intellegi.

289 SED VIDEO ERILEM FILIUM non potest Terentius τρόφιμον dicere et ideo 'erilem filium' dicit.

290 1 MIROR QUID EX PIRAEO ABIERIT hic causa ostenditur, cur possit ignotus esse vicinis et pro eunucho fingi. 2 MIROR pro 'nescio'. 3 M. Q. E. P. A. ut ex Piraeo discederet, symbola amicorum, ut huc perveniret omisso negotio, conspectus virginis fecit. 4 NAM IBI CUSTOS PUBLICE adversus praedonum incursus illic excubabat iuventus Attica. 5 Piraeeum ut Sunium (cf. v. 115), est Atticae maritimae accessus litoris clementior. 6 PUBLICE EST NUNC <'nunc'> ambigua distinctione positum est.

291 1 ET PROPERANS VENIT mire locuturum ante formavit, ut gestus verba praecedant, verba habitum consequantur. 2 NON TEMERE EST hinc illa Vergilius 'haud temere est visum; c. ab agmine V.' (Aen. 9. 375).

3.

292 1 OCCIDI NEQUE VIRGO EST USQUAM in hac scaena novus amor adhuc ephebi et consilium dehonestandae virginis ostenditur tanta virtute poetae comici, ut hoc commentum non quaesitum esse sed occurrisse sua sponte videatur. 2 OCCIDI N. V. E. U. quid dicere debebat aliud properans et circumspiciens, nisi quod dixit 'occidi'?

293 NEQUE EGO QUI ILLAM E CONSPECTU AMISI MEO amatorie dum illam non invenit et se perdidit.

292 OCCIDI produc mediam syllabam huius verbi et contrarium significat.

294 1 UBI QUAERAM hoc circumspectantis est. 2 UBI INVESTIGEM plus intulit. 3 QUEM PERCONTER hoc iterum plus intulit, nam ubi nec vestigium reperietur, superest interrogatio. 4 QUAM INSISTAM VIAM si nec quem interroget apparet. 5 Q. I. V. legitur et 'qua via'.

295 4 UBI UBI EST DIU CELARI NON POTEST ob nimiam scilicet formae gratiam.

296 1 O FACIEM PULCHRAM 'faciem' modo non partem corporis dicit sed totam speciem, quae apparet et cernitur; Vergilius 'quibus aspera quondum visa maris facies' (Aen. 5. 767). 2 DELEO OMNES DEHINC EX ANIMO MULIERES πρὸς τὸ πιθανόν argumentatus est, ut ostenderet hunc grandem iam ephebum etiam amoris expertem non fuisse; sic et alibi (v. 565) 'cum me ipsum <noris> quam elegans formarum spectator siem? in hac commotus sum'.

297 1 TAEDET COTIDIANARUM HARUM FORMARUM hoc est levium et usitatarum, et est huic contrarium 'nova figura oris: papae!' (v. 317). 2 ECCE AUTEM ALTER sic dicimus, cum propter alterum de altero venit in mentem.

298 1 NESCIO QUID DE AMORE LOQUITUR ut iamdudum Phaedria loquebatur. 2 O FORTUNATUM SENEM hoc dicto praestruxit ad exitum fabulae [ad καταστροφήν]; nam perturbatus ad Thaidem ingreditur hic senex per fallaciam Pythiae et indicium Parmenonis, atque ita firmabuntur nuptiae virginis, quam ducet Chaerea.

299 1 HIC VERO EST utrum senex an Chaerea? (*a*) 3 QUI SI OCCEPERIT Chaerea.

1 *a* Sed senex potius. 2 HIC VERO EST senex.

301 1 ILLUM ALTERUM PRAEUT HUIUS RABIES 'prae' ex comparatione significat, ergo 'praeut' proprie, et est integra locutio, 2 et ordo: praeut illa sunt <quae> huius rabies dabit. 3 Et bene 'dabit quasi de re violenta, ut 'dabit ille ruinam a.' (Aen 12. 453). 5 PRAEUT H. R. Q. D. et hic ostenditur iam pridem motus in res venerias Chaerea, et magna poetae cura est, ne incredibile videatur adulescentulum, qui pro eunucho deduci potuerit, tam expedite virginem vitiasse; quocirca artifex summus quod aetati non potest naturae attribuit Chaereae, ut calidior ingenio et ante

annos amator non libidinem in sese sed quandam rabiem designaverit in venerios appetitus.

4 PRAEUT H. R. hic ex parte χαρακτηρισμός quidam est personae Chaereae, quem moribus conicit servus ardentiorem amore fieri posse, simul coeperit.

302 1 UT ILLUM 'ut' pro utinam. 2 DI DEAEQUE OMNES SENIUM PERDANT plus dixit 'senium' quam 'senem'; nec mireris post 'senium' 'qui' additum, non 'quod', ideo quia declinationem ad intellectum rettulit, ut alibi 'in Eunuchum suam' (v. 32), 3 (*a*) sic Lucilius 'ast, ait, quid iam te senium atque insulse sophista' [1]). 4 REMORATUS EST a remora pisciculo, qui ἐχεναίς vocatur, remoratio et remoratus dicitur.

3 *a* Et senex ad aetatem refertur, senium ad convitium.

303 1 TUM AUTEM QUI ILLUM 'tum autem' pro et; duas vult enim causas esse, cur se ipsum di perdant: unam quod restiterit, alteram quod senem perveritus diu remanserit a persequenda virgine. 2 Et nota <floccifacere ut> floccipendere (v. 411) et contemnere et non contemnere significare, ut nunc.

3 QUI ILLUM FLOCCIFECERIM deest 'vel', ut sit: vel floccifecerim.

304 1 QUID TU TRISTIS proverbiale est in hominem perturbatum et incerti vultus. 2 QUIDVE ES ALACRIS (*a*) laetus es; nam 'alacris', L littera pro D posita, non tristis id est ἄδακρυς intellegitur. 3 QUID TU ES ALACRIS et alacer et alacris dicitur, <ut> habes apud Vergilium 'ego alacris cunctosque p. e. p.' (Aen. 5. 380).

2 *a* aut velox aut. 4 * QUID T. E. A. alacritas est mutatio quaedam vultus gestientis in spem aliquam.

305 1 UNDE IS modo (*a*) venis significat. 3 QUORSUM EAM bene, quia proxime dixerat 'ubi quaeram, ubi investigem, quem perconter, quam insistam viam incertus sum'.

1 *a* ad quid. 2 Sed eo de loco ad locum veteres dicebant, quod subiectis mox probabitur.

306 1 ITA PRORSUS SUM OBLITUS MEI huic contrarium 'dum memor ipse mei' (Aen. 4. 336).

2 Ergo 'oblitus mei' insanus.

---

[1]) Marx v. 1117 eleganter sic correxit: 'es, ait quidam, senium atque, insulse, sophista'.

305 4 QUORSUM EAM hinc, ut diximus (ad 305. 2), manifestum est i r e et adventum significare.

306 3 ITA P. S. O. M. 'prorsum' id est (*a*) o m n i n o. 4 (*a*) Hinc et p r o s a o r a t i o, quam non inflexit cantilena.

3 *a* recte vel[1]). 4 *a* Nam 'prorsum' est p o r r o v e r s u m, id est ante versum.

307 1 HEM si cum aspiratione, Parmeno, si leniter Chaerea. 5 QUI VIR SIES 'qui vir sies' in veteribus invenitur.

2 * OSTENDERIS QUI VIR SIES non 'qui sies', sed, quod est ἐμφατικώτερον, 'qui vir sies'. 3 An debeat praestare, qui virum se sic monstraturus est. 4 Et 'vir' modo non ad sexum vel aetatem dicitur sed ad laudem.

308 1 SAEPE POLLICITUM ESSE 'pollicitum', quod p r o m i t t e n t e m u l t r o significat, dixit. 3 CHAEREA ALIQUID INVENI induxit *μίμησιν*. 4 Dramatice more suo, non contentus dicere quod pollicitus sit tantum, sed quomodo etiam et quibus verbis.

2 Et SAEPE POLLICITUM ESSE an necesse sit praestare eum qui promiserit.

309 1 MODO QUOD AMES <'modo'> tantummodo, quasi haec mora sit promissis complendis.

2 UTILITATEM IN EA RE EGO FACIAM UT COGNOSCAS an possit, qui posse affirmavit. 3 Plus est probasse quod promiserit, quam ostendere quod possit.

310 2 PATRIS PENUM OMNEM ipsum penum, non ex eo aliquid: *ὑπερβολικῶς*. 3 Et h o c p e n u s et h i c p e n u s et h a e c p e n u s veteres dixerunt; 4 ergo et o m n e et o m n e m legitur. 5 CONGEREBAM CLANCULUM *ἠθικῶς* et *ἱλαρῶς* nimis[2]).

1 CUM IN CELLULAM AD TE an is debeat, qui et acceperit beneficium.

311 1 AGE INEPTE qui dubites de promissis an qui exprobres te multa esse largitum? 2 HOC HERCLE FACTUM EST inveni quod amem (cf. v. 308 sq.). 4 PROMISSA APPAREANT utilitatem ut cognoscam tuam (cf. v. 309).

3 Hoc quod dicebas, inquit, morae esse, iam factum est: amo.

312 1 SIVE ADEO DIGNA RES EST si persona Parmenonis est, 'sive' abundat; 2 (*a*) in quibusdam omnino non legitur; 4 [SIVE A. D. R. E.] si Chaerea dicit, hic ordo et sensus est: fac si vis nunc, si adeo digna res est, ubi tu nervos intendas tuos, ut promissa

---

[1]) Verba desunt in optimis codicibus.

[2]) Cf. Wessn. in var. lect.

appareant, ut <sit> 'sis' si vis et 'ut' addatur <ad> id quod est 'fac promissa appareant'; 6 sed melius legunt, qui hoc totum ad personam applicant Chaereae.

2 *a* Et pro expletiva coniunctione est modo. 3 ADEO aut abundat aut nimis significat vel satis. 5 * URI TU NERVOS INTENDAS TUOS utrum obscene hoc, ut servus, an μεταφορικῶς: ubi laborare ac periclitari debeas? 7 Et melius, quam qui Parmenonem hoc putant loqui 'sive adeo digna res est'.

313 2 NOSTRARUM 'nostrarum' civium scilicet, id est terrae ac patriae nostrae, ut Vergilius 'non eadem arboribus p. v. nostris' (Ge. 2. 89) et Sallustius 'nostri foeda fuga' (Jug. 38. 7). 3 QUAS MATRES STUDENT hoc verbo ostendit cultum industriae, non pulchritudinem naturalem.

1 HAUT SIMILIS VIRGO EST VIRGINUM NOSTRARUM civium et ἐγχωριarum, ut Vergilius 'non eadem arboribus pendet vindemia nostris'.

314 1 DEMISSIS HUMERIS ESSE antiqui enim Graeci etiam virginibus praebebant palaestram ad componenda corpora. 2 DEMISSIS H. E. scilicet liquide et molliter deductis neque exstantibus athletico modo. 3 VINCTO PECTORE castigato ac tenui et velut vincto. (*a* 4 GRACILAE SIENT a singulari gracila venit haec declinatio.

3 *a* deest ergo velut. 5 DEMISSIS H. E. V. P. non accipiendum est quasi hoc dicat 'ad hoc illas student matres demissis humeris esse et vincto pectore, ut gracilae sient', quasi duo propter unum illud fiant, sed varie tria dixit, ne diceret aut 'student illas demissis humeris et vincto (†) pectus et gracilae sient'.

315 1 SI QUAE EST HABITIOR inde et habitudo dicitur ut 'quae habitudo est corporis' (v. 242). 2 <HABITIOR vera lectio, non HABILIOR>[1], nam 'habilior' aptior intellegitur, ut 'namque humeris de more habilem suspenderat arcum' Vergilius (Aen. 1 318) (*a*). 3 (PUGILEM ESSE AIUNT) laus in virginem. 4 DEDUCUNT CIBUM mire vituperavit eam formam, quam accuraverit fames; 5 et proprie 'deducunt'.

2 *a* ergo 'habitior' legendum est.

316 1 TAMETSI BONA EST NATURA 'bona' id est plena, magna et pinguis. 2 REDDUNT exhibent, perficiunt. 3 CURATURA cura mentis est, curatio medicinae, curatura diligentiae. 4 IUNCEAS tenues et pallidas.

---

[1]) Sic supplendum esse censeo; cf. ad Andr. 205. 2.

317 1 ITAQUE ERGO AMANTUR 'itaque' inquit 'nemo illas amat': εἰρωνεία. 4 QUID TUA ISTAEC recte, sic enim ipse dicet 'at nihil ad nostram hanc' (v. 361). 5 NOVA FIGURA ORIS laudis genus est 'nova', quia dixerat 'taedet cotidianarum harum formarum' (v. 297). 7 PAPAE interiectio mira subito accipientis.

2 Vere amantur, ut eo magis haec amanda sit, quae naturae beneficio, non industria aut factis comptibus, pulchra est. 3 ITAQUE ERGO AMANTUR atque ita, ut sit: atque ita fit. ut amentur non naturae merito sed industria. 6 QUID T. I. deest 'qualis est? dic'.

318 1 COLOR VERUS quia non de cura est ac de fuco, sed naturalis. (*a*). 2 CORPUS SOLIDUM quia iunceum non est. 3 SUCI PLENUM quia nemo deduxit cibum nam sucus est humor in corpore, quo abundant bene valentes: 'et sucus pecori et lac subducitur agnis' (Ecl. 3. 6). 7 ANNI SEXDECIM vide quemadmodum aetatem maturae virginis poeta ex occasione demonstraverit.

1 *a* neque fucatus. 4 Sucus est proprie quasi sugus, quem sibi ex alimentis membra sugunt, ut se repleant. 5 CORPUS SOLIDUM plenum et forte, id est non flaccidum. 6 SUCI PLENUM sucus est interior pinguedo membrorum.

319 3 HANC TU MIHI VEL VI VEL CLAM VEL PRECARIO secundum ius locutus est, nam his tribus mala fide aliquid possidetur: 4 (VI . . . CLAM . . . PRECARIO) 'vi' quia virgo, 'clam' quia custoditur, 'precario' quia pretium non habet Chaerea.

1 HANC T. M. V. V. V. C. V. P. haec tria sunt, quibus non rite res agitur. 2 * VEL VI V. C. V. P. pretii mentio non est, vel quia virgo, non meretrix, vel quia nulla ephebo spes est fallendi senis.

320 MEA NIHIL REFERT DUM POTIAR MODO non hoc personae attribuendum est sed affectui; non enim quia Chaerea est, sed quia amator, dicit se parvi facere quemadmodum potiatur, dum potiatur.

321 QUID VIRGO CUIA EST utrum 'serva' an filia'?

322 1 NE ID QUIDEM pulchra varietas: 'nescio' 'tantumdem' 'ne id quidem'. 2 QUA RATIONE AMISTI figura συγκοπή pro 'amisisti'. 3 QUA R. A. nisi remansisset Chaerea, sed consecutus virginem vidisset quo deducta sit, quam Parmenonem conveniret, non ita procederet fabula, ut nunc procedit; inruisset enim in cognitionem meretricis importune Chaerea nec pro eunucho adduceretur ulterius.

323 2 MECUM STOMACHABAR bene 'mecum', quia acriorem dolorem sustinet, qui ipse sibi irasci cogitur.

1 ID EQUIDEM ADVENIENS deest 'ob' aut 'propter' ut sit ob id aut propter id. 3 'Mecum' ergo pro 'apud me' vel 'mihi'.

324 HOMINEM ESSE ARBITROR deest 'quam me'.

325 1 FELICITATES OMNES ADVERSAE SIENT felicitas adversa est, cum ex prosperitate quod laedat nascitur; 3 *et* quod addidit 'bonae', vel magnae et nimiae intelleguntur vel ἐπίθετον proprium et perpetuum felicitatum est 'bonae'; 4 (*a*) ἐπίθετα autem tribus de causis nominibus adduntur: discretionis, proprietatis, ornatus: discretionis, ut 'et Phrygiae molimur montibus Idae', proprietatis, ut 'terribili impexum saeta c. d. a.', ornatus, ut 'alma Venus c. s. l. s.' (Aen. 3. 6, 7. 667. Lucret. 1. 2).

2 CUI MAGIS BONAE FELICITATES O. A. S. 'bonae' magnae; nove autem dixit magnas felicitates sibi adversari, eo quod virginem tantae pulchritudinis ex oculis amiserit; nam vidisse eam felicitatis indicat, sed amisisse adversae felicitatis. 4 *a* Et magna ἔμφασις, quod felicitates pluraliter posuit.

326 QUID HOC EST <SC.> 'hoc' propter quod patior, inquit; nunc enim scelus dixit a sene commissum.

327 ARCHIDEMIDEM hoc sic pronuntiandum est, ut appareat ex ipso nomine statim odiosum nescio quem occurrisse et permolestum.

328 QUIDNI correptio est a se manifesta quaerentis; est enim sensus: quid nisi aut cur non noverim, (*a*) quia veteres 'ni' pro 'ne' ponebant et 'ne' pro 'non', ut Plautus 'ni stulta sis' pro 'ne' et 'nevult' pro 'non vult' (Men. 110. Epid. 586).

a est enim 'quidni', aut quidnisi aut cur non.

329 IMMO ENIM VERO INFELICITER bene hoc interponit, quia incredibile est tardiorem amatorem fuisse incessu virginis.

330 NAM INCOMMODA ALIA SUNT <D.> quae minora sunt scilicet. (*a*)

a aut similia.

331 1 ILLUM LIQUET MIHI DEIERARE liquidum est, constans et manifestum et certum; 2 (*a*) et est 'liquet' verbum iuris, quo utebantur iudices, cum amplius pronuntiabant, obscuritate commoti causae magis quam negotii simplicitate. 2 DEIERARE valde iurare ut 'demiror' et 'deamo te, Syre' (Hecyra 531. Heaut. 825). (*a*)

2 *a* * Et sic 'liquet' pro 'liquidum est', ut 'claudit' pro 'claudum est', ut apud Sallustium 'nihil socordia claudebat' (cf. ad v. 164). 3 *a* si de producta legeris, si correpta deos iurare intellegitur.

332 SEX SEPTEM PRORSUS NON VIDISSE PROXIMIS quia 'non vidisse'

dixit, ‘proximis’ praeteritis intellegimus: proxima enim nobis aut praeterita aut futura sunt. (*a*)

a Nam praesentia ea sunt, in quibus nunc sumus.

333 1 NISI NUNC CUM MINIME VELLEM quia semper nolui, ideo ‘nunc minime’, utpote adulescens senem.

335 1 QUAM LONGE QUIDEM bene ‘longe’ dixit, quia ‘<a> longe’ dicere non potuit.

2 Aut subauditur ‘erat’, ut sit: quam longe erat.

333 2 MINIMEQUE OPUS FUIT saepe enim nolumus, tamen non et non opus est.

336 1 [INCURVUS TREMULUS CETT.] [1]) ut omnia ostendat in contrarium sibi versa, etiam cursum attribuit seni. 2 LABIIS DEMISSIS GEMENS labra sunt superiora, labia inferiora, (*a*) ‘gemens’ autem ob continuam tussim; sic Lucilius ‘ante fores autem et triclini limina quidam perditus Tiresia tussi grandaevus gemebat’ (Marx v. 1107 sq.). 3 INCURVUS valde curvus ut Vergilius ‘Turnus ut infractos’ cett. (Aen. 12. 1), ‘infractos’ enim valde fractos significat, nam ‘in’ praepositio nunc auget nunc minuit dictionem. 4 *Et* recte etiam deformitatem describit senis, quod praeter aetatem post pulchram virginem foedior videbatur.

2 *a* labeae asinorum propie dicuntur. 5 * Et quam importune omnia: pro puella senex occurrit, pro virgine ‘incurvus tremulus’, pro pulchra ‘labiis demissis gemens’; et cum amor sit in animo adulescentis, ipse iudicium loquitur, dum festinandum sit, remoratur. 6 LABIIS DEMISSIS maiora labra, unde labeones; alii labia dicunt inferiora et labra superiora.

337 1 HEUS HEUS CHAEREA TIBI DICO <‘Chaerea tibi dico’> non adderet nisi videret Chaeream dissimulantem praeterire. 2 INQUIT aliter ‘inquit’ pronuntiandum, hoc est concitate. (*a*)

a Nam senis verba aliter proferenda sunt.

338 1 SCIN QUID EGO TE VOLEBAM hic ostenditur odiosa tarditas senis apud festinantem Chaeream, nam non dicit quid, sed promittit esse dicturum.

339 UT DILIGENTER NUNTIES <‘diligenter’> nihil tam ex abundanti (*a*) dici potuit.

a et nihil tam moraliter.

338 2 CRAS EST MIHI IUDICIUM huic morae etiam illud additum,

---

[1]) Hoc scholium pertinet ad v. 335 ‘continuo accurrit’.

quod cum debeat dicere quid velit, prius dicit quod non est necessarium, quare velit.

340 ESSE UT MEMINERIT non 'ut sit' sed 'ut esse meminerit': O prolixitas!

341 1 DUM HAEC D. dat tempus verbis, quae non potuit, quamvis imitaretur, exprimere. 2 ROGO NUMQUID VELIT hoc est: significo me abire, nam abituri ne id dure facerent, 'numquid vis' dicebant his quibuscum constitissent.

3 Quid est ergo 'rogo numquid velit'? hoc est: dico quod abeuntes solent.

342 1 RECTE INQUIT pro eo quod est nihil, 2 et moraliter τῷ ἀστεϊσμῷ. 3 CUM HUC RESPICIO in hanc partem scilicet, qua meretrix habitabat.

343 1 COMMODUM tantum quod vel ipso eodemque tempore; 3 nam 'interea' nunc coniunctio accipienda est, non, ut alias, pro adverbio ponitur.

2 COMMODUM una vel ex hoc significat, ut si dicas: eodem tempore quo haec agebantur.

344 IN HANC NOSTRAM PLATEAM recte, quia vicina illis est Thais, ad quam deducitur.

345 HUC CUM ADVENIO NULLA ERAT etenim ingressa iam fuerat.

346 COMITES SECUTI SCILICET SUNT VIRGINEM interrogative quidem, sed sic, ut scire videatur id <quod> quaerit (*a*)

a sed ad hoc quaerere, ut quod scit confirmet.

347 1 VERUM PARASITUS 'verum' modo inceptiva est, non relativa particula, ut in Andria 'verum: vidi Cantharam suffarcinatam' (v. 769).

348 1 IAM CONCLAMATUM EST transactum ac finitum, ut conclamata corpora nihil reliqui iam habent ad vitae officia.

2 * IAM C. E. 'conclamatum' manifestum significat, quia dixerat 'o fortunatum senem si et hic amaro coeperit' (v. 298), tamquam dicat: iam occisum patrem tuum scimus iamque deflevimus. 3 * Aut 'conclamatam' satis deploratum satisque vociferatum, ut in conclamatis funeribus nulla iam dilatio est doloris ac luctus, ut Lucanus ait 'corpora nondum conclamata iacent' (2. 22).

347 2 IPSA EST id est <. . .> est vel pulchra est, quia et ipse dixerat 'haec superat ipsam Thaidem' (v. 231).

348 4 ALIAS RES AGIS recte, quia dixit ille 'iam conclamatum est': 5 [ALIAS R. A.] aut non intendis ad id quod dico signifi-

cat, ut nulla sit in eo attentio, — nam hinc natum est 'agite amabo' (v. 120) — aut nugatorias res agis hoc est iocaris.

6 Quasi dicat vanas res agis.

350 1 SCIO QUO ABDUCTA SIT plus dixit, quam interrogabatur. (*a*) 2 SCIO Q. A. S. secunda ἀποσιώπησις.

1 *a* Credo taedio interrogantis, nam properat, ut dicturus est (v. 363), ad deducendum eunuchum ad Thaidem cum ancilla ex Aethiopia.

351 EHO PARMENO ... SCIS amatorie satis repetuntur quae semel dicta suffecerant.

352 HUC DEDUCTA EST AD MERETRICEM et hoc effundit semel acervatimque dicit velut odio interrogantis saepius et festinatione ad mandata Phaedriae peragenda.

354 1 PHAEDRIAE RIVALIS cum pronuntiatione addendum quod magis doleat. (*a*) 2 DURAS PARTES FRATRIS PRAEDICAS scilicet contra aemulum et divitem et largissimum. 3 Et 'partes duras' μεταφορικῶς ab actoribus scaenicis.

1 *a* id est Phaedriae rivalis.

355 1 COMPARET iam hic ostenditur miles per rivalis dona illustrior quam per sua. (*a*).

1 *a* et est qualitas comparativa. 2 COMPARET pro 'emat' aut 'comparandum putet'.

356 1 TUM MAGIS ID DICAS duras partes fratris esse. 2 QUIDNAM QUAESO HERCLE curiositatem addidit παρελκόντων 'quaeso' et 'hercle', 3 et vide quam molliter et sine intellectu spectatoris ad argumenti spectati ordinem poeta perveniat, ut de eunucho facta mentione consilium nascatur supponendi Chaereae. 4 EUNUCHUM mire Terentius primo simpliciter 'eunuchum' posuit, huic quoque detracturus.

357 1 INHONESTUM foedum, ut contra 'facie honesta' (v. 230). 3 HOMINEM opportune 'hominem' dixit tamquam incerti sexus. 4 SENEM MULIEREM non communi genere dixit 'senem' quippe qui alibi separaverit dicendo 'senex atque anus' (Hec. 621), sed subdistinguendum est, ut sit duplex vituperatio: una ab aetate quod ais 'senem', altera <a> membrorum mollitie quod ait 'mulierem'.

2 Ut apud Vergilium 'et laetos oculis afflarat honores (Aen. 1. 511).

358 1 QUATIETUR CERTE CUM DONO mire 'cum dono' tamquam illi repulsae causa donum futurum sit. 3 Vide quam contumeliosius dictum sit 'quatietur foras': vel verberibus impelletur foras, non expulsione et detrusione; 4 (*a*) nam et pervulgatae consuetudinis est dictum 'feri canem foras' hoc est feriendo canem foras eice.

2 * Deinde non 'eicietur' sed 'quatietur'. 4 *a* Vel sic dixit 'foras quatietur', ut desit 'versum', ut sit foras versum verberabitur, ut verberetur et fugetur foras.

359 1 SED ISTAM THAIDEM NON SCIVI NOBIS VICINAM καλῶς: quomodo enim pro eunucho veniet, si novit aut notus est? et si adulescens mulierem ne novit quidem, multo maxime ipse nescitur: 2 [SED ISTAM T. N. S. N. V.] *οἰκονομία* contra illud, quod meretrix vicina erat. 3 HAUD DIU EST 'vicina' scilicet; (*a*) 4 et nota apud Terentium vicinas poni saepius adulescentibus meretrices, ut haec prima sit amoris illecebra.

3 *a* Et est causa, an verisimile sit nescire potuisse vicinam.

360 1 NUMQUAMNE ETIAM ME ILLAM VIDISSE artificiose inculcat poeta *τὸ πιθανόν*.

361 1 ESTNE UT FERTUR FORMA hoc propter illud, quod supra diximus (359. 1).

360 2 Sed nimio lepore Terentiano iam illud (sc. *τὸ πιθανόν*) agitur; nam hoc ostenditur verisimile esse pro eunucho creditum apud vicinam meretricem Chaeream, qui adeo ignotus sit mulieri, ut nec ipse eam noverit, quod erat facilius et promptius; et additur color, quod et illa non diu vicina est et quod adulescens in Piraeo primum commoratus est.

361 2 AT NIHIL AD NOSTRAM HANC moraliter 'nostram' dixit pro meam. 2 ALIA RES EST non potuit melius utrique suam gratiam reservare, nam et illa et haec amantur.

362 FACIAM SEDULO <D. O. A.> mire in promissis posterioribus difficultas rei ostenditur, cum primo 'faciam' dixerit.

363 1 NUMQUID ME ALIUD hoc dicere abeuntes solent.

2 Et bene hic quia festinat. 3 Et simul quia hinc nascitur dolus fallendae meretricis.

364 UT MANCIPIA HAEC ITA UT IUSSIT F. D. AD PH. vide <id agere> Terentium, ut non quaesita esse haec fallacia, sed ipsa se obtulisse videatur.

365 1 O FORTUNATUM ISTUM EUNUCHUM 'istum' saepe adnotavimus aut ad contemptum aut ad odium referri ut Vergilius 'aut quid petis istis', et 'ista quidem quia' cett. (Aen. 9. 94, 12. 808). 2 QUI QUIDEM IN HANC DETUR DOMUM quid facilius quam imitari velle quod laudes? nec quisquam nisi qui cupit eligitur pro eunucho, eunuchum putat beatum.

369 QUID SI NUNC TUTE FORTUNATUS FIAS sic videtur dicere Parmeno ut iocetur quam ut credat fieri posse.

370 1 QUID TUM <P.> vide quam molli descensu ad hoc consilium pervenitur; res enim hoc suggerit potius quam Parmeno, ideo quia servum hoc suadere Chaereae nimis temerarium fuit.

366 QUID ITA potuit intellegere statim servus, sed ad hoc interrogat ut spectator doceatur.

367 2 VIDEBIT COLLOQUETUR ADERIT UNA IN UNIS AEDIBUS mire amator non semel effudit hoc bonum, sed particulatim digessit, ut maior voluptas futura esse noscatur. 3 VIDEBIT COLLOQUETUR CETT. istae enim sunt amoris lineae, etsi eas non omnes est persecutus (cf. 640. 2).

1 * VIDEBIT C. ADERIT UNA amatorie nimis quinque lineas amoris exsecutus est, adeo diligenter, ut etiam ordinem custodiret.

370 2 CAPIAS TU ILLIUS VESTEM non semel ostenditur quid futurum sit, quia particulatim potest etiam quod turpe est tamen inmitti ad persuasionem, semel ingestum respuitur. 4 VESTEM quam libenter audiat, repetitio dictorum per interrogationem ostendit.

3 * Ergo non dixit 'ibis pro eunucho', sed primo 'capies illius vestem', tum deinde hoc ipsum non aspernante domino pergit servus ad cetera, quae audaciora sunt.

371 2 (AUDIO) hoc est: admitto et consentio, ut in Phormione 'audio et fateor' et contra 'non audio' (v. 236, 485).

1 AUDIO id est libenter.

372 INTELLEGO 'audio' et 'intellego' vim modo non usitatam exprimunt, scilicet consentientis immodicum affectum.

373 2 CIBUM UNA CAPIAS ADSIS TANGAS LUDAS PROPTER DORMIAS etsi sat erat superior versus tamen incentiva sunt amatori etiam singillatim haec enumerata, quae una sententia superior versus ostenderat.

1 CIBUM U. C. bene servus interturbavit supra dictas amandi lineas et ordinem voluptatum, quippe qui amare non noverit.

374 1 QUANDOQUIDEM ILLARUM pro 'ex illis'. 3 ILLARUM QUISQUAM 'quisquam' multis exemplis probatur etiam feminino genere veteres protulisse. (*a*) 4 NEQUE SCIT QUI SIES hoc est quod supra callide praestruxit (cf. v. 359).

2 QUISQUAM ideo quisquam quia quaequam dicere absurdum est. 3 *a* ita ut numeris et generibus haec pronomina infinita sint.

375 3 FACILE UT PRO EUNUCHO PROBES 'probes' nunc fingas aut persuadeas, ut in consuetudine dicimus 'homo sacrilegus pro innocente se probavit', (*a*) itaque deest 'te', quod subaudiemus ut sit: pro eunucho te probes. 4 PROBES ut 'migrantis cernas' (Aen. 4. 401).

1 PRAETEREA FORMA ET AETAS IPSA EST deest 'in te'. 2 * FACILE UT PRO EUNUCHO P. formam scilicet et aetatem: formam, quia pulcher, aetatem quia ephebus. 3 *a* et Cicero (?) 'hoc tu his probabis' 5 Aut 'probes' persuadeas. 6 Et simul honeste non dixit, quod erat rectum, 'ut eunuchum probes', sed 'pro eunucho', ne esset contumeliosum in Chaeream.

377 1 ORNA ME NUNC IAM hortative 'orna me' dixit, non 'dispolia' aut 'exue me'. 2 ABDUC <DUC> abducimur unde volumus, ducimur quo volumus. 3 QUANTUM POTES deest 'cito'.

378 QUID AGIS callide servus non vult auctorem se videri tanti facinoris.

379 1 QUO TRUDIS comici semper ea ostendunt fieri ab altero verbis alterius personae, quae ostendi per se ipsa non poterant; ut nunc manu agere Chaeream Parmenonem Parmenone ipso dicente cognoscimus. 2 QUO TRUDIS praebet se vi cogendum domino, quem compulit dictis. 3 PERCULERIS IAM TU ME perverteris unde proverbium 'bene plaustrum perculit'. 4 TIBI EQUIDEM DICO <MANE> singillatim ista pronuntianda sunt, ex quibus intellegatur non cessare Chaeream, quin adhuc impellat et trudat.

380 1 PERGISNE quasi vero ioco dixerit, non serio. 2 NE NIMIUM CALIDUM periculosum. 4 <NE> NIMIUM proverbiale, quia 'nimium' propria vox est.

3 Sed melius 'callidum' legitur.

382 1 FLAGITIUM FACIMUS 'flagitium' more militari dicitur res flagitatione, hoc est increpatione, digna.

2 Nam flagitatio a strepitu dicitur, unde flamma et flagella et flagellare, id est personare, intellegimus dici; nam haec omnia sine sonitu crepituque non sunt. 3 AN ID FLAGITIUM EST an liceat, an deceat; et prius quia licet.

381 1 AT ENIM ISTAEC IN ME CUDETUR FABA *παροιμία*, id est: in me hoc malum recidet, in me haec vindicabitur culpa, ut laborat solum, in quo cuditur, id est batuitur faba, cum siliquis exuitur tunsa fustibus, ut in areis more rusticorum fit; 2 (*a*) simile et alibi a pulmento proverbium est 'tute hoc intristi, tibi hoc est exedendum, accingere' (v. 318).

2 * *a* Vel quod quidam male coctam fabam et quae non maduerit sed dura permanserit, supra caput coqui <cudunt> velut ipsi fabae irati, dum eius granum saxo comminuunt; tum universum malum et omnis dolor ad coquum pervenit.

382 4 AN ID FLAGITIUM EST CETT. Terentius laudat argumentum huius fabulae, in quo exemplum promitur, quod prosit parentibus, obsit meretricibus. (*a*) 5 SI IN DOMUM MERETRICIAM DEDUCAR hoc tale est, ut nulla lex prohibeat, ut defendatur esse licitum.

4 *a* et simul deliberationibus tractans, <an> sit faciendum.

383 ET ILLIS CRUCIBUS QUAE NOS NOSTRAMQUE ADULESCENTIAM hoc iam ad illud pertinet, ut ostendatur decere. (*a*)

a et primo a persona eius, cui fit.

384 1 HABENT DESPICATAM contemptam ac despectam, et est *παρένθεσις ματαπλασμός*; 2 vel certe alterius verbi declinatio, ab eo quod est conspicor despicor; Sallustius 'cum interea Metellus monte degrediens cum exercitu conspicatur' cett. (Jug. 49. 5).

385 1 NUNC IAM REFERAM GRATIAM non eas, inquit, lacessam, sed quod iustum est, vicem reddam: quasi ipse in aliis laesus sit. 2 UT AB ILLIS FALLIMUR non dixit 'alii falluntur'.

386 1 AN POTIUS HAEC PATRI AEQUUM EST FIERI illic vicissitudo est, at in patre dolus. 2 UT A ME LUDATUR DOLIS *σύλλημψις*: auditur 'pater'.

1 QUOD QUI RESCIVERINT a consequentibus argumentum; nam illud factum vituperatio sequitur, hoc approbatio. 2 ILLUD MERITO FACTUM OMNES PUTENT bene non 'iudicent', quia et hoc ipsum non satis probum est, id est meretricem fallere.

388 1 QUID ISTIC adverbium est aegre concedentis. 2 FACIAS pro facito. 4 VERUM NE POST CONFERAS CULPAM IN ME si 'ne' prohibentis est, nihil deest; si percunctantis, item; sin 'ne' ne forte, deest 'timeo'. 5 VERUM N. P. C. C. I. M. in hoc negotio non auctor vult interesse, sed servus.

3 VERUM deest 'vide'.

389 COGO ATQUE IMPERO evidenter ostendit plus esse imperare quam iubere.

390 1 NUMQAM DEFUGIAM AUCTORITATEM <'numquam'> pro non, ut 'numquam omnes hodie moriemur inulti' (Aen. 2. 670). 2 N. D. A. non, inquit, recusabo, dum tu auctor facti sis.

III

1.

391 1 MAGNAS VERO AGERE GRATIAS THAIS MIHI hic sermo sic prodit, ut post scaenam incohatus esse noscatur; continet autem assentationem parasiticam et stultitiam gloriosi militis. 2 AGERE plus sonat infinitivus modus finito.

392 INGENTES vide quantum adiciat parasitus: ille 'magnas' dixit, hic respondit 'ingentes'; ille 'laeta est', hic 'triumphat'.

393 2 ID ob id alias, at nunc παρέλκεται. (*a*). 3 QUAM ABS TE DATUM ESSE maioris est gratiae tantum potuisse amorem militis, ut meretrix minus laetetur ob lucrum.

1 ID VERO SERIO id ob id, ut 'id amabo adiuta me' (v. 150). 2 *a* id est productionis locus est.

394 1 TRIUMPHAT ut militaribus dictis tangit militem parasitus! 2 HUC PROVISO UT UBI TEMPUS SIET tertia persona venit in scaenam, sed separatim loquitur et secum.

395 1 SED ECCUM MILITEM iniuriose 'militem', (*a*) ut <in> subiectis 'audire vocem visa sum modo militis' (v. 454). 2 EST ISTUC DATUM fato decretoque concessum, ut Vergilius 'non dabitur regnis, esto, prohibere Latinis' (Aen. 7. 313).

1 *a* honorifice proprio nomine dicitur.

396 1 UT GRATA MIHI SUNT QUAE FACIO OMNIA gratae nobis aut res aut personae sunt. (*a*)

1 *a* Sed nunc res dicit.

397 1 ADVERTI HERCLE ANIMUM approbavit dictum; et hoc <est> 'ait? aio' (v. 252). 2 VEL REX MIHI SEMPER GRATIAS MAXIMAS

AGEBAT quam intempestive miles ad regem transitum fecit, cum de meretrice agatur!

396 2 QUAE FACIO OMNIA ἔλλειψις vel σύλληψις.

397 3 VEL REX ut in Hecyra (v. 60) 'vel hic Pamphilus iurabat quotiens Bacchidi, quam sancte'.

4 VEL REX M. S. M. A. subauditur 'gratias' ab eo quod supra dixit 'magnas vero agere gratias Thais mihi?' (v. 391).

399 PARTAM GLORIAM id est quae paritur, ut 'vectus equo spumante Saces' (Aen. 12. 651).

400 1 QUI HABET SALEM sal neutraliter condimentum est, masculine sapientia. 2 VERBIS SAEPE IN SE TRANSMOVET QUI H. S. mire adulatur: hoc attribuit militi quod minime habet. (*a*)

2 *a* vel verba vel salem.

401 1 QUID IN TE EST quod tu habes. 3 HABES pro intellegis; sic dicitur 'accipe' et 'da'. 5 REX TE ERGO IN OCULIS SCILICET GESTIRE vide inconditam properationem laudari se cupientis adeo, ut non sinat verba compleri, quin praefestinet 'scilicet' et 'vere' dicere.

2 * HABES intellegis: quod enim tenemus corpore, habemus quoque; item animo quod habemus, intellegimus. 4 HABES id est dicis, ut Sallustius (fr. H. II 5 M.). 'Tartessum Hispaniae civitatem, quam nunc Tyrii mutato nomine Gaddirum habent'.

402 2 CREDERE OMNEM EXERCITUM CONSILIA sub obtentu militis ea stultitia [1]) descripsit breviter comitem regium acceptumque imperatori; (*a*) Vergilius 'nulla meis sine te quaeretur gloria rebus seu pacem seu bella geram: tibi maxima rerum verborumque fides' (Aen. 278. 39).

1 CREDERE OMNEM EXERCITUM magis ridebis, si consideres militem μάταιον esse, qui dicit 'credere omnem exercitum' et 'consilia': 2 *a* nam qui nunc credit exercitum, credit et consilia.

403 1 CONSILIA αὔξησις: plus est 'consilia' quam totus exercitus. 2 MIRUM melius per εἰρωνείαν pronuntiamus 'mirum': quid, ni crederet tali viro? 3 sed potest etiam simpliciter pro admirantis gestu accipi. 4 UBI SATIETAS HOMINUM AUT NEGOTI rei p. princeps duas res patitur: homines et negotia, personas et res.

404 HOMINUM AUT NEGOTI eos qui gerunt et ea quae geruntur.

405 5 * SATIETAS H. A. N. SIQUANDO O. C. proprie reddidit et decenter

---

[1]) Legendum ne 'etsi stulti'? cf. 405, 2.

'hominum satietas' 'negoti odium'; non enim par erat rei p. principem hominum odio laborare.

405 1 REQUIESCERE UBI VOLEBAT bono verbo usus est, nam cessat desidiosus, requiescit defessus. 2 QUASI NOSTIN grate expressit stulti infantiam militis, qui ante vult intellegi quod sentit, quam ipse dicat; 3 et proprie, hoc morale est stolidis inerudite loquentibus. 4 QUASI NOSTIN ἀποσιώπησις.

406 1 <TENES> pro 'habes', hoc est quod supra intellegis (v. 401). 2 QUASI UBI ILLAM EXSPUERET MISERIAM 'ubi' pro quando et in his et supra (v. 403). 3 EXPUERET expuere est cum fastidio aliquid reicere et expellere, nam expuere est ἔξω pus mittere, id est foras. (*a*)

3 *a* Nam pus est omnis humor corpori onerosus.

407 1 TUM ME CONVIVAM SOLUM ABDUCEBAT SIBI hoc supererat <ut> qui esset minister magnarum rerum, id est consiliarius, voluptatibus quoque regi idem particeps esset; 2 et vide quo significatu dicatur 'me' convivam' et 'solum' et 'abducebat', (*a*) 3 et 'sibi' quasi non propter me, sed ut sibi bene esset. 4 TUM ME C. id est: cum satietas hominum esset, cum odisset negotia (v. 403).

2 *a* nam non vocabat.

408 REGEM ELEGANTEM NARRAS qui eligere sciat. (*a*).

a aut qui ipse sit eligendus.

409 1 PERPAUCORUM HOMINUM aut qui paucis utitur aut qui de paucis est aut qui paucis placet, hoc est bonis et sapientibus, qui fere pauci sunt. 2 IMMO NULLORUM ARBITROR hoc aversus, ne miles audiat.

3 Potest tamen et aliter intellegi: maxime stolidos milites.

410 INVIDERE OMNES MIHI plus potest ad significandum infinitum tempus quam finitum.

411 EGO NON FLOCCIPENDERE quod morderent clanculum. (*a*)

a vel inviderent.

407 5 [CONVIVAM SOLUM ABDUCEBAT] [1]) 'solam nam perfidus ille te colere' (Aen. 4. 421), significat autem (scil. infinitivus) saepicule factum.

412 1 ILLI INVIDERE MISERE 'miser' nimis, quia nimia misera. 2

---

[1]) Scholium pertinet ad v. 410 sq.

VERUM UNUS proprie. (*a*). 3 *Et* mire facta nullius ponderis repetitio ad inertiam loquentis exprimendam; nam postquam dixit 'invidere omnes mihi', repetit 'invidere misere' et cum 'misere' et 'impense' idem significent, mox tamen sine ullo auctu addidit 'verum unus tamen impense'.

4 Aut plus est 'misere' quam 'impense'.

413 1 ELEPHANTIS QUEM INDICIS PRAEFECERAT et hoc stulte, cum hoc ad dignitatem sumit et sic pronuntiat, ut magna esse praefectura videatur haec ipsa. 3 Et INDICIS πρὸς ἀντιδιαστολήν Maurorum, qui mitiores sunt.

2 Et hoc a stolido milite sic profertur, tamquam magnum hominem velit esse, qui sibi inviderit.

414 1 IS UBI MOLESTUS MAGIS EST more suo 'magis' addidit, ne diceret 'molestior'. 2 QUAESO INQUAM STRATO 'Strato' nomen accommodatum militiae.

415 1 EONE ES FEROX causale est ideone significans. 2 QUIA HABES IMPERIUM IN BELUAS mire extulit 'imperium', dicturus 'in beluas'; sic Vergilius 'illa se i. i. a. Aeolus et clauso ventorum carcere regnet' (Aen. 1. 140).

416 PULCHRE MEHERCLE DICTUM immodica laudatione evertit, etiam si quid facete dictum est. (*a*)

a Sufficeret enim 'pulchre', quod est 'sapienter'.

417 1 IUGULARAS HOMINEM PULCHRE tangit militem 'iugularas' dicendo, (*a*) quasi gladio, non verbo usus sit. 2 MUTUS ILICO tam hoc stultum est, quam si diceret 'statim nihil'; recte autem diceret 'ex illo mutus fuit'; tale est illud 'tacere festinat' (?).

1 *a* non occideras.

418 2 HOMINEM PERDITUM deest 'o', ut sit: o hominem perditum; sed sic melius sonat: maioris enim stuporis est hoc modo pronuntiatum.

1 QUID NI ESSET hoc est: ut posset <esse>, iugularas. 3 * HOM. P. MISERUMQUE vide quantum addiderit, qui non hunc 'simplicem' sed 'perditum' et 'miserum' nec illum 'malum' sed sacrilegum' dixerit.

420 QUO PACTO RHODIUM TETIGERIM luserim, fatigaverim. (*a*)

a Nam tangere cum multa tum etiam hoc significat.

421 NUMQUAM SED NARRA OBSECRO callide parasitus intellegit ad hoc se interrogatum, ut audire postulet.

422 1 PLUS MILIES IAM AUDIVI ὑπερβολή aut superfertur aut aequa-

tur aut subiacet; superfertur nunc, aequatur 'milies', subiacet ut 'tantum non milies'. 2 Convenit stultum eundem et immemorem esse. (*a*)

2 *a* quia et <memoria> intelligentia est.

424 1 FORTE HABUI SCORTUM vide quemadmodum miles, dum vult ad dictum suum pervenire, fateatur interim quam contemptus sit atque derisus. 2 Abdomen in corpore feminarum patiens iniuriae coitus scortum dicitur, ideo quia scorta sunt dura coria. (*a*). 3 Vel *ἀπὸ τοῦ σκαίρειν*, quod graece palpitare intellegitur, quod illae faciunt saltando assidue vel potius crissando, ut Lucretius ait (4. 1265—72) ob eam causam, ut concinniorem venerem exhibeant viris aut sibi abigant conceptum, quod in vulvam feminae in ipso coitu non se moventis incidit.

2 *a* a parte ergo sui meretrices scorta dicuntur.

426 1 LEPUS TUTE ES ET PULPAMENTUM QUAERIS 'lepus' pro infamia ob multa ponitur: vel quod magis a posteriore parte, hoc est armis, pulpamentum de se praebeat, cum in convivio carpatur appositus, ut Horatius, ait 'fecundi leporis sapiens sectabitur armos' (S. II 4. 44); (*a*) vel quod a physicis dicatur incerti sexus esse, hoc est modo mas modo femina. 2 LEPUS T. E. E. P. Q. quod in te habes, hoc quaeris in altero; et est *τρόπος ἀλληγορία*. 3 HAHAHE hic parasitus et interiectionem risus addidit, quo magis nunc primum hoc audisse credatur.

1 *a* * vel quod venantur illum et persectantur canes, quos pro amatoribus ἀλληγορικῶς intellegimus, ut ipse Terentius ait 'cervam videre fugere sectari canes' (Pho. 7), vel quod illum † sic fugiant omnes constituat[1]), ut hunc libido effeminata.

427 1 QUID EST haec interrogatio gestum vultumque continet alacris cuiusdam et certi, quod laudandus sit. 2 FACETE facetus est, qui facit verbis quod vult; LEPIDE lepidus, qui politus est ut *λεπίς*, id est lamina; LAUTE lautus, qui mundus et splendidus.

428 1 TUUMNE OBSECRO HOC DICTUM ERAT et dicta et proverbia et adagiones (*a*) facetis hominibus ascribuntur. 2 *Et* hoc laudis genus est ad potiores referre, quod alter probatur dixisse. 3 VETUS CREDIDI quia omnia vetera magna sunt.

1 *a* quae ad rem agant.

---

[1]) Locus misere corruptus; cf. v. l. apud Wessn. et mea adnot. ad h. v.

429 1 [SAEPE ET FERTUR IN PRIMIS] [1]) non ex ipso; nam erat contrarium superiori (v. 421). 2 MEUM EST non sensu modo sed verbis quoque ipsis agreste est, quod nunc dicit 'meum est'.

430 1 DOLET DICTUM IMPRUDENTI ADULESCENTI ET LIBERO deest 'mihi' ut sit: dolet mihi; 2 (*a*) addidit enim parasitus, quo gravius sit dictum, commiserationem eius, in quem dictum est, utpote i m p r u d e n t e m a d u l e s c e n t e m e t l i b e r u m; scit enim homines stultos malos videri velle. 4 IMPRUDENTI cuius rei imprudenti? scilicet qui minime crederet tali se percuti posse convitio aut cum tali viro sibi rem futuram.

2 *a* et 'dictum' participium est, id est quod dixisti. 3 Et vide parasitum in isdem versari, cum ait supra 'iugularas', hic 'dolet dictum'. 5 Et sic laudat militem, ut iam miseratione dignus sit adulescens, tam festive † vi [2]) ut iam misereri inimicorum vacet.

431 1 AT TE DI PERDANT nove Parmeno non cum ipso, sed de ipso loquitur non audiente. 2 *Εἰρωνικῶς* Parmeno hic male facit: 'at te di perdant' inquit.

432 RISU OMNES QUI ADERANT EMORIRI disciplina est comicis ut stultas sententias ita etiam vitiosa verba ascribere ridiculis imperitisque personis, ut Plautus 'ibus denumerem stipendium' inquit (Mil. v. 74) ex persona militis; itaque hic 'emoriri' dixit, at vero Atticus adulescens in Heaut. (v. 917) 'emori cupio'. Vide igitur poetam pro loco ac tempore scire quid dicat.

433 2 NON INIURIA hoc sic pronuntia, quemadmodum ille supra (v. 418) 'quid ni esset?'

1 METUEBANT OMNES IAM ME ne cui dicerem 'lepus tute es et pulpamentum quaeris?' (426) aut 'eone es ferox, quia habes imperium in beluas?' (415).

434 PURGON EGO ME DE ISTA THAIDI *οἰκονομία* ad litem futuram inter militem et Thaidem.

435 QUOD EAM ME AMARE SUSPICATUR quia apparet illam militi quoque *κατὰ τὸ σιωπώμενον* ostendisse, quod dixit Phaedriae.

436 IMMO AUGE MAGIS SUSPICIONEM haec erit causa reiciendi militis.

437 1 SCIN SIQUANDO monentis est dicere 'scin' vel 'scito'. 2 SIQUANDO ILLA MENTIONEM 'siquando' et prima syllaba acui potest et media, tamen variet sententiam.

---

[1]) Lemma debet esse 'audieras'.

[2]) Requiri videtur: 'tam petitus violenter', vel tale quid.

439 1 UT ID NE FIAT modo 'ne' non significat. 2 HAEC RES SOLA EST REMEDIO si te suspicetur amare Pamphilam.

440 1 UBI NOMINABIT PHAEDRIAM et locum et tempus significat 'ubi'. 2 TU PAMPHILAM CONTINUO hic magna *οἰκονομία* est, qua Terentius praeparat, quemadmodum iurgium inter Thaidem militemque et Gnathonem per duas partes serpat fabulae. 3 Et bene continuo' ut intellegat meretrix non tam Pamphilum amari quam sibi vicem dari (cf. ad 443).

441 PAMPHILAM CANTATUM PROVOCEMUS eleganter, quia ille foris est, haec intus, illam 'intromittamus', hanc 'provocemus', haec est in verbis poetae germana proprietas.

444 TU HUIUS CONTRA hoc 'contra' vicem significat.

445 1 QUOD EAM MORDEAT 'quod' par.

2 An absolute 'quod' quae res?

446 1 SIQUIDEM ME AMARET TUM ISTUC PRODESSET GNATHO his versiculis personam militis et Gnathonis continentibus prooeconomia [1]) inducitur, qua verisimile fit facile militem ferre posse anteponi sibi Phaedriam, qui se semper intellexerit non amari; nam si hoc tollas, aut excludendus est Phaedria aut ex dolore militis in hac fabula fit exitus tragicus. 2 *Et* hoc miles ut sapiens locutus est; ergo meminisse convenit ridiculas personas non omnino stultas et excordes induci a poetis comicis, nam nulla delectatio est, ubi omnino qui deluditur nihil sapit. 3 Stultitia autem est in his quattuor modis: aut non venire in mentem quod oportet aut si venerit non tenere aut bonum consilium non admittere aut malam admittere: vide ergo, ut hoc, quod commode miles viderat, non tenuerit totumque amiserit. Hoc autem idcirco interposuit poeta, ut ostenderet, quid veneni haberet assentatio, per quam non modo errantes decipiuntur ac praecipites eunt, verum etiam sapientes interdum sanique evertuntur.

447 QUANDO ILLUD QUOD TU DAS EXSPECTAT hac sententia tollitur militi quod recte senserat, nec persuadetur tamen quod ametur ab amica.

448 IAMDUDUM TE AMAT 'iamdudum' vel nimium et valde vel iampridem.

---

[1]) Lectionem codd. retinui, quam Wessn. sine causa mutavit.

449 2 METUIT NE QUANDO IRATUS TUTE ALIO CONFERAS et hic locum pro persona posuit, ne diceret 'ad aliam'.

1 QUOD DOLEAT hoc ad illud refertur quod supra dixit 'par pari referto, quod eam mordeat' (v. 455).

451 AT MIHI ISTUC NON IN MENTEM VENERAT sic pronuntiandum est, quasi militi monstri simile videatur sapiens dictum alii prius venisse in mentem quam sibi.

452 2 CETERUM HOC TU MELIUS QUANTO INVENISSES THRASO scilicet si cogitasses.

1 RIDICULUM vel 'dictum' vel 'hominem' significamus.

2.

454 1 AUDIRE VOCEM VISA SUM MODO MILITIS hic inducitur multiplex concursus dissimilium personarum et tamen virtute et consilio poetae discretarum, ut confusio nulla sit facta sermonis. Simul etiam pro se cuique accommodata mire repraesentatur oratio. 2 AUDIRE V. V. S. M. M. omnes sensus visa dicuntur ab eo quod est certissimum oculorum, (*a*) ut Vergilius 'visaeque canes ululare per umbram adventante dea' (Aen. 6. 287).

a ergo 'visa sum' sensi.

455 SALVE MI THRASO quia secum, 'militis', quia apud illum, 'Thraso': est nomen honestum, sicut orator philosophus, est quoddam nomen offensum, ut miles lanarius.

456 1 MEUM SAVIUM tria sunt: osculum, basium, savium: oscula officiorum sunt, basia pudicorum affectuum, savia libidinum vel amorum. 2 MEUM S. cum oscularetur dixit. 2 QUID AGITUR et hoc blandimenti genus post osculum. (*a*). 4 ECQUID NOS AMAS 'ecquid' aliquantumne significat, et ideo illa 'plurimum' recitat; Cicero in Catilinam (I 20) 'quid est? ecquid attendis? ecquid animadvertis horum silentium?'

3 *a* sed duri et agrestis est.

457 1 DE FIDICINA ISTAC de 'propter, ut sit: propter fidicinam. 3 QUAM VENUSTE QUOD DEDIT PRINCIPIUM bene reprehendit Parmeno, nam in beneficiis decet oblivisci qui dedit et meminisse qui accepit; et est gravis εἰρωνεία quam 'venuste'.

2 * Et vide non 'puellam' sed 'fidicinam' quasi ab amatore dictam et eo amatore, qui quasi memor sit artis qua delecta-

tur, et quia puella sit aemula meretricis; nam meretricum est est fidicinam esse.

458 1 PLURIMUM MERITO TUO facete meretrix amorem suum non ad avaritiam rettulit, sed ad officium, et 'cum de fidicina' inquit 'te amem, tum praecipue merito tuo'; 2 alii sic respondere intellegunt, ut ipsa de fidicina gratias agat: nam cum ille dixerit (x. 456) 'ecquid nos amas?' illa respondit 'plurimum'; quod autem 'de fidicina' dixit ille, haec subiecit 'merito tuo' id est quoniam mereris dando eam; 3 sed melius est, ut praeter munus dixerit meritum; quamquam multi meritum munus intellegunt ipsum, ut est 'quique sui memores alios fecere merendo' (Aen. 5. 664, id est gratos sibi reddidere munerando.

459 1 EAMUS ERGO AD CENAM decuit parasitum de cena etiam importune admonere cum quadam ἐμφάσει velut magnae rei.

2 EM ALTERUM bene 'alterum', quia duo sunt. 3 * EM ALTERUM si hic, quomodo <supra v. 457> reprehenditur miles, 'alterum' dictum, si parasitus, 'alterum' hominem; vult enim Parmeno et parasito esse versutior; et debent esse, qui peioris condicionis sunt.

460 1 EX HOMINE HUNC NATUM DICAS recte reprehendit Parmeno duos, quorum munus alter exprobrarat, alter cenam ita pro beneficio ostendit, tamquam ad eam currendum sit. (*a*)

1 *a* nam hoc significat 'quid stas?', quasi dicat 'quid restas?' quasi sit causa properandi 2 <UBI VIS> NON MOROR <ad> 'eamus ad cenam' ubi vis, ad 'quid stas?' non moror.

461 QUASI NUNC EXEAM <mire 'nunc exeam'>, quippe qui dudum iam procul steterit.

459 4 EM ALTERUM non principium sed absolute, ut si dixisset 'alterum dictum' vel 'alterum stultum'.

462 1 ITURAN THAIS QUOPIAM ES ut experiatur Thaidis animum, fingit nescire quo eat. 2 HEM PARMENO vide deprehensam meretricem velle blandimentis satisfacere Parmenoni.

463 1 BENE POL FECISTI quid bene fecit Parmeno? An quasi perturbata haec loquitur et iam de nihilo blandiens, utpote meretrix et faceta? (*a*) 2 HODIE dulciter additum 'hodie' cum exceptione, quo significat non perpetuo obsecuturum militi et ut quae promiserit biduum tantum abfuturam Phaedriam. 3 QUID HUNC NON VIDES si dixerit 'militem' laedit praesentem; si 'amicum' laedit Parmenonem; mire igitur pronomen invenit.

1 *a* an quod laeserit convitio?

464 1 VIDEO ET ME TAEDET opportune Parmeno fatetur odium militis, ut retundat ab eo amorem Thaidis. 2 UBIVIS DONA ADSUNT nihil potuit exitiosius militi contingere, quam ut continuo rivalis mitteret munus et posterius et coram ipso. 2 DONA A. TIBI A PHAEDRIA cum illa sub pronomine celaverit nomen militis, exacte Parmeno pronuntiavit 'a Phaedria'.

465 2 CUR NON IMUS HINC ubi servus rivalis est Parmeno.

1 QUID STAMUS 'quid stamus' ad moram refertur. 3 QUID STAMUS his verbis miles insulsus dolere se indicat.

466 1 PACE QUOD FIAT TUA 'pace' aut gratia aut voluntate, (*a*) 2 et sic locutus est quasi bellum omnibus his verbis (v. 464 sq.) indixerit, 4 et invidiose quasi per eum nec accipere liceat dona Thaidem.

1 *a* et deest 'cum'. 3 PACE Q. F. T. DARE HUIC QUAE VOLUMUS, CONVENIRE ET COLLOQUI proprie, quia pax, datio, conventio, colloquium militiae verba sunt.

467 2 <CONVENIRE ET COLLOQUI> ut in hostico solet; Sallustius 'quae pacta in conventione non praestitissent' et alibi 'cuius adversa voluntate colloquio militibus permisso corruptio facta paucorum et exercitus Syllae datus est' (H. fr. inc. 24, 1. 91 M.). 4 DARE H. Q. V. CETT. haec singula cum invidia pronuntianda sunt.

1 Et sic pronuntiandum, ut subaudiatur 'vel', ut sit: vel dare vel convenire et colloqui. 3 CONVENIRE E. C. sic pronuntiandum, ut quasi dicat: liceat per te, miles, quod etiam inter hostes et in bello licet.

468 1 PERPULCHRA CREDO εἰρωνεία de fiducia pulchrae virginis. 2 NOSTRIS SIMILIA et h i s s i m i l i a et h o r u m s i m i l i a dicimus.

469 1 RES INDICABIT scit eunuchi nomen posse contemni, et ideo videri vult potius quam sperari munera sua. (*a*) 2 ISTOS FORAS EXIRE QUOS IUSSI OCIUS cum fiducia et alto vulto pronuntiatur; et festinat ne occipiat miles prius abire quam videat. 3 *Et* est ordo: ocius exire.

1 *a* id est Chaeream.

470 1 * PROCEDE TU HUC bene 'procede' dixit, non 'accede' aut 'veni'; ut appareat dignitas etiam in incessu. 2 * Et callide ab inferiore incipit munere, hoc est a puella, ad Chaeream venturus, simul ut a vero mancipio incipiens ad falsum sine suspicione transiret.

471 1 EX AETHIOPIA EST USQUE HAEC quod cupiebat; nam supra 'cupere ex Aethiopia' (v. 164), 3 et hoc est quod facit: 'munus nostrum ornato verbis quod poteris' (v. 214). 4 HIC SUNT

TRES MINAE callide munus ad pretium revocavit, ut ad avaritiam converteret meretricem, ne officio donantis et gratia leniretur. (*a*) 5 EX A. E. U. H. ostendit quid sit 'ex Aethiopia' addendo 'usque', ut ex longinquitate dignitas muneris ponderetur; et quid erit iam criminis in colore, quando ipse gloriatur unde sit? 6 Et mire ab inferiore coepit, ut *αὔξησις* doni faceret in Chaerea, et turpi praecedente lenocinium comparat secuturo pulchro. 7 USQUE modo 'usque' adverbium de loco est, ut 'Siculo prospexit ab usque Pachyno' (Aen. 7. 289).

2 USQUE additum est, ut longinquitas monstraretur. 4 *a* et ideo non dixit 'tribus minis valet', sed 'hic habe, Thais, tres minas', quasi iam vendenda sit.

472 1 VIX aut difficile significat aut non, (*a*) Lucilius 'carcer vix carcere dignus' (Marx 1428). 2 UBI TU ES DORE tanquam quaerat eum, ut nomen indicet, quo audito magis dissimulet Chaeream. 3 UBI TU ES et ACCEDE vultu eo dicitur, quo debuerat dicere et laesus dicto aemulorum et confidens statim eos se confutare conspectu Chaereae. 4 EM EUNUCHUM TIBI mire, postquam dixit 'eunuchum velle dixti te, quia solae utuntur his reginae: repperi' (v. 167).

1 *a* ut sit: nec hoc.

473 1 QUAM LIBERALI FACIE non narrative laudat, sed per interrogationem, quae maior fiducia est. 2 QUAM AETATE INTEGRA in flore et pubere; Vergilius 'atque integer aevi' (Aen. 9. 255).

474 1 ITA ME DI AMENT HONESTUS EST iuravit ideo, ut non amore Phaedriae, sed veritate cogi ad laudandum videatur coram milite. 2 HONESTUS EST pulcher; Vergilius 'et laetos oculis afflaret honores' (Aen. 1. 591).

475 1 NUMQUID HABES 'habes' pro invenisti; 3 et deest 'in hoc', ut sit: numquid habes quod in hoc contemnas.

QUOD CONTEMNAS plus est 'contemnas' quam 'vituperes'.

476 1 TACET SATIS LAUDAT taciturnitas confessionis genus est praesertim contra adversarii interrogationem, ideo tacere modo quasi laudis argumentum est, quia supra (v. 471 sq.) vituperavit. 3 FAC PERICULUM IN LITTERIS FAC IN PALAESTRA IN MUSICIS si totum singulariter diceret, esset *ὁμοιοτέλευτον*: littera, palaestra, musica.

2 Et ideo ipse sic ait 'quid tu ais, Gnatho? numquid habes

quod contemnas? — tacet: satis laudat' et 'quid tu, Thraso?' quia supra contempserat puellam.

477 QUAE LIBEROS SCIRE AEQUUM EST his liberi pueri artibus erudiebantur. (*a*).

a et est figura ἔλλειψις, deest enim 'his'.

478 1 ADULESCENTEM SOLLERTEM DABO <'sollertem'> disertum [1]; utrum 'haec sollertem' ut Horatius 'docte sermonem utriusque linguae' (c. 3. 8. 5), an assumendum est 'his' extrinsecus? 3 SOLLERS quasi totus ex arte consistens, ut ὅλος ἐν ἀρετῇ, quod Latini s littera pro H, solus in arte; huic iners contrarium.

2 SOLLERTEM deest 'his'. 4 Nam sollers quasi ὅλης ἀρετῆς dictus, ut ὅλον solum, ἥμισυ semis, ἕξ sex dicimus.

479 1 EGO ILLUM EUNUCHUM SI OPUS SIET VEL SOBRIUS hoc ut militare est, ita importunum praesente Thaide, extra quam miles, si saperet, nihil amatorie contemplare debuit; sed et hoc accedit ad eius odium, praeterquam quod iam in suspicione est amicae suae, quod fidicinam magis diligat. 2 *Et* hoc mire, quod nemo prior eunuchum esse Chaeream quam miles credidit: adeo stultus etiam nomine ipso appellavit; sed statim stulte miles primo convitium ipsi eunucho facit, in quo potest iam amicam laedere; deinde hoc dicto attestatur pulchritudinem huius muneris. Quid igitur proficit? Satis autem ioculare est, si cogites Chaeream esse, qui haec de se audiat et tacere cogatur. 3 VEL SOBRIUS honesta ἔλλειψις propter mulieris praesentiam, ut 'novimus et qui te' (Ecl. 3. 8) et ipse in Heautontimorumeno (v. 913) 'qui se vidente amicam patiatur suam'. (*a*)

3 *a* Hoc tamen miles coactus a Parmenone dicit, quia reprehensus est tacuisse (cf. v. 476).

480 1 ATQUE HAEC QUI MISIT id est: tanta et talia munera. (*a*). 2 NON SIBI SOLI POSTULAT hoc est 'et istum aemulum quod poteris ab ea pellito' (v. 214).

1 *a* hoc enim significat.

481 ET SUA CAUSA EXCLUDI CETEROS nihil dici potuit invidiosius: non enim dixit 'Phaedriam' sed 'ceteros', quasi futuri amatores fuissent, nisi metueretur exemplum Phaedriae.

482 1 NEQUE PUGNAS NARRAT descriptio militis tantum excepto

---

[1]) Wessn. pro 'disertum' correxit 'incertum'.

nomine. 2 NEQUE CICATRICES insigne foeditatis, (*a*) nam cicatrices, ut semper gloriosae sint, non tamen etiam apud meretrices, quibus post pretium forma placet. 3 Ut Sallustius quoque fatetur, haec sunt virtutis insignia 'dehonestamento corporis maxime laetabatur' (H. fr. 1. 88 M.).

2 *a* nam apud meretricem quid aliud cicatrices valent?

483 1 NEQUE OBSTAT TIBI qui a te repellat amatores tuos. 2 QUOD QUIDAM FACIT 'quidam' recte, nam et figuratum et aptum sententiae est. (*a*)

2 *a* et contemptum indicat hoc verbum.

484 3 *Et* mire occupat animum meretricis cum illam huius impulsu inducit facere, quicquid dure fecit excludendo Phaedriam; hic igitur, qui scit praecepta de beneficiis aestimandis, intellegit oratorie in utramque partem dicta omnia. 6 UBI TU VOLES non ut nunc in milite pateris.

1 * UBI MOLESTUM NON ERIT ad superiora rettulit quod nunc dicit, ad 'non sibi soli postulat' cett. (v. 480 sqq.); 2 UBI TU VOLES UBI TEMPUS TIBI ERIT ad 'neque tibi obstat' (v. 483). 4 VERUM UBI MOLESTUM utrum tibi molestum an aliis? sed aliis quia illaturus est 'ubi tempus tibi erit'. 5 UBI TU VOLES non 'amator' sed 'tu'.

485 UBI TEMPUS TIBI ERIT SAT HABET SI TUNC RECIPITUR his dictis et militem reppulit ab animo meretricis et commendavit adulescentem et perfecit ne iniuria videatur, ut quae sponte susceperit Phaedriam.

486 3 DOMINI PAUPERIS MISERIQUE <'miserique'> bene additum quia non continuo pauper et miser est.

1 * APPARET SERVUM HUNC DOMINI ESSE PAUPERIS tristiores enim sunt servi pauperum et ob hoc ipsum nequiores. 2 Et hoc melius erat, quamvis illud aliter parasitus exponat.

487 1 NAM HERCLE NEMO POSSET secundum illud 'ait? aio' (v. 252) approbat parasitus quod miles dixit. (*a*) 2 NAM H. N. P. aliam causam subtilioremque supposuit, quam quam dixerat miles.

1 *a* et est ordo: nam hercle satis scio, nemo posset hunc perpeti, qui haberet, qui pararet alium servum.

488 QUI HABERET QUI PARARET prius 'qui' pronomen, sequens adverbium est.

489 QUEM EGO ESSE INFRA INFIMOS OMNES PUTO HOMINES multum dixit 'infra infimos omnes homines', nam hac sententia vult servis esse peiorem, quia et servus homo, ut in Phormione 'servum hominem causam orare leges non sinunt' (v. 291).

490 QUI ADSENTARI HUIC ANIMUM INDUXERIS proprie. (*a*)

a nam animus inducitur adversus obiectas difficultates.

491 1 E FLAMMA PETERE TE CIBUM POSSE ARBITROR unde sine damno aut malo nihil potest auferri; 2 (*a*) nam antiquum verbum est 'cibum petere e flamma <vel caeno>', mordicus utrumque. (*a*) 4 Et simul vide inde convitium redditum, unde congestum est, id est de egestate atque pauperie.

2 *a* E FLAMMA hic intellegitur non e f o c o, sed ex m e d i o i g n e aut e x i n c e n d i o; 3 *a* * Simul et nescias quem plus vituperaverit, huiusne famem [1]) an illius immanitatem vel voraginem.

492 1 IAMNE IMUS odium Parmenonis et stomachum militis ista indicat festinatio. 2 Et τὸ 'iam' increpatio morae est.

493 POSTEA HUC CONTINUO EXEO legitur et 'post', ut sit ἀποκοπή pro 'postea' (*a*)

a quomodo 'post' pro postremo.

494 EGO HINC ABEO consequens erat, ut offenderetur miles tam diligenter rivalis munus suscipiente meretrice.

495 1 UNA IRE CUM AMICA IMPERATOREM IN VIA vide προπαρασκευήν futurae litis inter Thaidem ac militem. 3 Congrue in militem quasi ipse sit sub quo est. 4 *Et* hic servat Parmeno, quod sibi mandatum est (v. 214) 'et istum aemulum quod poteris ab ea pellito'; 5 et bene immutavit nomina hinc ad honorem, hinc ad invidiam: hanc non 'meretricem' sed 'amicam', dixit, hunc non 'militem' sed 'imperatorem'.

2 CUM AMICA mirifice 'amicam' dixit, non 'meretricem'.

496 2 DOMINI SIMILIS ES ineptus iocus, in quo servus iniuriae vice domino comparatur.

1 QUID TIBI EGO MULTA DICAM D. S. E. non habuit aliud miles stultus, sed rediit ad illa quae dixit 'domini pauperis miserique' (v. 486).

497 QUID RIDES et hoc eo vultu dicitur, quasi sibi conscius sit miles facete dicti convitii; nam non quo nesciat causam risus, eo interrogat quid riserit, sed ideo ut denuo laudetur.

498 1 ET ILLUD DE RHODIO DICTUM hoc est illud 'eorum ingenia admiror simul' (v. 250). 2 Et hinc ut apparet fit amicior; ideo facilius ab amica quam <a> parasito separabitur.

---

[1]) Corrigendum videtur 'huiusne famem vel voraginem an ill. imm'.

499 1 ABI PRAE CURRE UT SINT DOMI PARATA non dicit quae, quia intellegitur,

500 FIAT 'faciam' vel 'fiet' diceret servus, liber vero tamquam et ipse iubet sibi.

499 2 (UT SINT DOMI PARATA) ἔλλειψις ethica, in qua plus vultu significatur quam verbis.

501 SI FORTE HUC CHREMES ADVENERIT οἰκονομία ad litem futuram et exitum fabulae; et hoc non audit miles. (*a*)

a Nam si audiret, nimis irasceretur.

503 AD ME ADDUCITO 'ad me' modo ubi sum significat.

504 QUID QUID ALIUD VOLUI DICERE hinc est illud Ciceronis 'quem? quemnam? recta admones, Polycletum esse dicebant' (Verr. 4. 5).

505 1 CURATE ISTAM DILIGENTER VIRGINEM haec res est, quae faciat virginem claudi, in lectulo collocari et obdormire. 2 CURATE I. D. V. ridiculum, cum contra eventurum sit.

506 VOS ME SEQUIMINI κωφὰ πρόσωπα sunt puellae, quae sequuntur.

3.

507 1 PROFECTO QUANTO MAGIS MAGISQUE COGITO haec persona apud Menandrum adulescentis rustici est. 2 Et inconsequens oratio est, sed conceditur secum loquentibus multa transcendere quae taciti intellegunt; est enim integrum hoc modo: profecto quanto magis magisque cogito, nimirum intellego vel invenio, quod dabit haec Thais mihi magnum malum. Potest autem 'nimirum' et pro confirmatione accipi, ut nihil desit et sit 'nimirum' sine dubio, pro certo.

508 1 NIMIRUM DABIT HAEC THAIS MIHI MAGNUM MALUM solve 'nimirum' et fac non est mirum, et statim consequens erit per ἀσύνδετον tota sententia, quasi dixerit non est mirum, et subdistinctione interposita mox intulerit dabit mihi h. Th. m. m. Nam 'ni' ne significat et 'ne' non: 'ni' pro 'ne' Vergilius 'leti discrimine parvo ni teneant cursus' cett. (Aen. 3. 685): 'ne' pro 'non' Plautus 'ne vult' inquit pro 'non vult'. 2 NIMIRUM D. H. F. M. M. M. his verbis intellegitur sentire se paulatim labi in amorem meretricis quamvis invitum et adhuc retinentem.

511 ROGET QUIS QUID TIBI CUM ILLA <NE NORAM QUIDEM> plus intulit quam interrogavit. (*a*)

a non enim 'nihil'.

512 CAUSAM UT IBI MANEREM REPPERIT 'manerem' modo non dormirem sed remanerem significat.

513 1 AIT REM DIVINAM FACERE 'rem divinam' sacrum significat. 2 ET REM SERIAM VELLE AGERE MECUM scilicet quod non posset nunc agi, cum operetur.

3 An rem seriam magis agendam tunc putabat, cum rem divinam fecisset?

515 1 DOLO MALO HAEC FIERI OMNIA dolus a dolando dictus, id est laedendo et imminuendo; nam et δόλος dicitur Graece laesio et dolones tela quaedam bellica et dolare fabri lignum, id est ascia caedere. Quod autem addidit 'malo', aut ἀρχαϊσμός est, quia sic in duodecim tabulis a veteribus scriptum est, aut ἐπίθετον doli est perpetuum, aut διαστολή est, quia est et bonus, quo a medentibus falli aegros, non tamen decipi Lucretius poeta testatur (4. 11 sqq.). 2 ACCUMBERE MECUM 'mecum' prope me significat.

516 1 MIHI SESE DARE non potest magis significari profusa petulantia. 2 SERMONEM QUAERERE sermo quaeritur, quando non solum quod dicamus quaerimus, verum etiam quomodo nobis alter respondeat et obloquatur: puta cum deficientibus sermocinandi causis quota sit hora et satis recte quis valuerit percontamur.

517 1 QUAM PRIDEM PATER MIHI ET MATER MORTUI ESSENT hoc propter aetatem puellae inquisitum est. 2 HUC EVASIT tamquam impudenter contenderit ad hanc inquisitionem.

518 IAM DIU iam olim.

519 ET QUAM LONGE A MARI hoc ideo meretrix inquisivit, ut sciret, utrum rapta a praedonibus: 'ecqua inde parva perisset soror' (v. 521); quippe ad mediterraneum locum qui accessus esse potuit piratis? Sed tamen non abhorret a suspicione huius meretricem aliud scire velle: cuius pretium fundum haberat Chremes. (*a*)

a hoc est quam amoenum, quam maritimum.

520 HOC SPERAT SE A ME AVELLERE bono verbo usus est 'avellere', tamquam pertinaciter non remittente.

522 QUID HABUISSET CUM PERIIT 'cum' pro 'quando', aut 'cum <periit pro 'cum> periret'.

523 HAEC CUR QUAERITET in gestu ac vultu id quod restat ostenditur. (*a*)

5 *a* nam deest 'nescio'.

525 HANC SE INTENDIT ESSE UT EST AUDACIA proprie intendere est crimen in adversarium iacere.

527 MAIUSCULA EST diminutive dixit, ut ostenderet utramque esse primaevam.

528 1 MISIT PORRO 'porro' pro postea. 2 UT VENIREM SERIO utrum 'ut serio venirem' an 'orare serio'?

529 1 AUT DICAT QUID VULT AUT MOLESTA NE SIET pro 'quid velit'; in Hecyra 'at vide, quam immerito aegritudo haec oritur mihi abs te Sostrate' (v. 223). 2 AUT MOLESTA NE SIET [aut] hoc moraliter. (*a*)

2 *a* nam cui hoc imperat aut quocum hoc agit?

530 HEUS HEUS ECQUIS HIC EST haec separatim pronuntianda sunt nam apparet inter haec verba pulsatam ianuam personare.

531 1 EGO SUM CHREMES vide quantum distet ac varia sit huius rusticitas 'ego sum Chremes' a faceta meretricis disciplina 'o capitulum lepidissimum'; (*a*) 2 et ὑποκορίσματα sunt τῷ ἰδιωτισμῷ.

1 *a* nam rusticum esse statim magis apparebit, ubi dixerit 'rus eo'.

532 DICO EGO MIHI INSIDIAS FIERI blandimentum rusticus insidias putat.

533 RUS EO pro potiore negotio 'rus' posuit, et maior negatio est, quam si diceret 'non venio huc'.

534 NON POSSUM INQUAM plus est quam 'nolo'.

535 1 DUM REDEAT IPSA 'ipsa' vel domina vel ipsa de qua agitur, 2 NIHIL MINUS deest 'faciam'.

536 1 MALEM REM <HINC IBIS pro 'in malam rem'>, ergo adverbialiter dixit, quemadmodum dicimus 'domum ibis'. Et apparet illum manu tactum esse, qui sic irascitur, quia dixit 'mi Chremes' quasi: meus indignatus est adulescens?

3 Nam ab eo quod es meus vocativus 'mi' facit.

537 1 AMABO UT ILLAC TRANSEAS UBI ILLA EST vide non esse otiosum, quod omnia praetemptata sunt potius quam res importuna fieret, ut ad militis domum Chremes deduceretur; neque enim conveniebat personae Bacchi aliquid amusum aut infacetum aut

ἄκαιρον. 2 ILLUC T. U. I. E. ut brevem viam demonstraret, non 'eas' sed 'transeas' dixit. 3 AMABO 'amabo' interiectio est amantis, etsi verbum sonat.

4.

539 1 HERI ALIQUOT ADULESCENTULI COIMUS IN PIRAEO in hoc proloquio insinuatio personae eius est, cui narraturus est Chaerea, quae a se post scaenam gesta sunt. Fit autem hoc populi causa, ut spectator oriculis accipiat, quod subicere oculis poeta non potuit. 2 COIMUS 'coimus' consensimus ac pepigimus, ne sit soloecismus 'in Piraeo' pro 'in Piraeum'. 3 HERI ALIQUOT ADULESCENTULI C. bene inventa persona est, cui narret Chaerea, ne unus diu loquatur, ut apud Menandrum.

540 1 UT DE SYMBOLIS ESSEMUS Plautus in Menaechmis (v. 485) 'minore numquam fui dispendio'; 2 sed melius 'essemus' producta E litera.

541 1 PRAEFECIMUS id est: συμποσιάρχην fecimus. 2 DATI ANULI nihil interim de scorto; apparet enim ephebos esse.

542 1 PRAETERIIT TEMPUS quia 'tempus constitutum est'. 2 QUO IN LOCO quia 'locus constitutus est'.

543 HOMO IPSE quia 'Chaeream ei rei praefecimus'.

544 CETERI DEDERE 'ceteri' exceptis me atque illo.

545 QUISNAM HINC A THAIDE EXIT causa sciscitandi est admiratio de habitu mutato et vix agnitus Chaerea.

546 1 QUID HOC HOMINIS EST vide an longam narrationem possit audire qui nondum amico narrante iam pendeat. 2 IS EST AN NON EST IPSUS EST vide an potuerit meretricem ignotam hoc habitu atque ornatu fallere, qui ab Antiphone vix agnoscitur.

3 QUID HOC HOMINIS EST quod a Thaide ephebus exit. 4 QUID HIC ORNATUS quod de eunuchi veste indutus est.

547 QUID ILLUD MALI quod timidus egreditur.

548 QUID SIT SCISCITARI 'sciscitari' est occulta magis et secretiora rimari ac velle cognoscere, ut 'Eurypylum scitantem O. Ph. m.' (Aen. 2. 114).

5.

549 1 NUM QUIS HIC EST NEMO EST in hac scaena verba gestum vultumque indicant exeuntis, cui obvia persona obicitur, sub

cuius occasione spectatoribus gesta narrabantur. 2 NUM QUIS HIC EST NEMO EST NUM QUIS HIC ME SEQUITUR duo metuit: ne quis ex his [1]) obvius comprehensor occurrat et ne quis sui persecutor exsistat.

550 1 IAMNE ERUMPERE HOC MIHI LICET GAUDIUM 'erumpere' quasi activum verbum posuit pro neutrali, ut sit: licet mihi erumpere hoc gaudium? cum sit 'erumpere' quasi e x i r e et 'mihi' pro a m e.

549 3 NEMO HOMO EST quamvis 'nemo' <n e h o m o> intellegatur, tamen 'homo' addidit, ut veteres solent. (*a*)

a τῷ ἀρχαϊσμῷ.

550 2 ERUMPERE utrum 'erumpere' pro e m i t t e r e posuit an 'erumpere' pro e x c l a m a r e, ut rumpere vocem dicitur qui exclamat? nam 'pro Iuppiter' dicturus est.

551 1 NUNC EST PROFECTO ordo et sensus hic est: nunc est profecto tempus cum perpeti possum me interfici; hoc autem cur dixerit, ipse statim subicit causam. 2 CUM PERPETI ME POSSUM animadvertendum quod 'cum' si coniuncte legeris, q u a n d o significat, si separatim, 'cum' d u m significat.

3 NUNC EST PROFECTO figurate, ac coniuncte lege sine distinctione.

552 CONTAMINET VITA AEGRITUDINE ALIQUA mire vitae crimen ostendit, velut ipsa sit campus fortunae possessioque instabilis variorum.

553 SED NEMINEMNE CURIOSUM INTERVENIRE NUNC MIHI apparatus ad intentionem futurae narrationis dicitur.

554 1 QUI ME SEQUATUR id cupit gaudens, quod aliis tristibus molestum est; nam contra Menedemus (Heaut. I 1) gravatur narrare quae dolet. 2 OBTUNDAT odiose instet ac repetet. 4 ENICET *εὐφωνότερον* quam 'enecet'.

3 OBTUNDAT molestus et odiosus sit

555 3 GESTIRE est sensum corporis gestu indicare, quod magis animalium est mutorum; Vergilius 'et studio incassum videas gestire lavandi' (Ge. 1. 386). 4 Et QUID propter quid. 5 UNDE EMERGAM proprie dixit 'emergam' ut ex lustris atque inhonestis locis utpote meretriciae domus; Cicero 'at ne tum quidem emersisti, lutulente, quaeso, ex naturae tuae sordibus' (in Pis. 27).

---

[1]) Corrigendum videtur 'ne quis exeunti'.

1 QUID GESTIAM deest 'quaerens' ut sit: rogitando obtundat, enecet, quaerens quid gestiam. 2 QUID GESTIAM gestire est motu corporis monstrare quid sentias; hoc autem constat a pecudibus ad homines esse translatum.

556 VESTITUM HUNC NACTUS bene 'nactus' dixit, ut qui non sumeret, nisi suasisset hoc occasio.

557 1 ADIBO ATQUE AB EO GRATIAM HANC sensus et ordo hic est: adibo atque ab eo gratiam hanc inibo, quam video hunc velle a se inire; 4 inire autem gratiam est mereri gratiam; Plautus 'inibis a me solidam et grandem gratiam' (Curc. 405).

2 * ATQUE A. E. G. H. QUAM VIDEO VELLE INIBO gratiam inire est dare beneficium ac per hoc mereri alicuius gratiam id est amicitiam. 3 Sed haec est elocutio 'gratiam ab eo inibo' pro 'eius gratiam merebor'; nam 'ab eo' amat Terentius pro eius ponere ut in Andria 'primum ab eo animadvertenda iniuria est' pro 'eius iniuria' (v. 156).

558 1 QUID EST QUOD SIC GESTIS AUT QUID SIBI HIC VESTITUS QUAERIT facete repetit verba eius interrogans, ut sciat se iam pridem esse praesentem; 2 QUID S. H. V. Q. facete et figurate dictum est; sic est alibi 'ut pernoscatis, quid sibi Eunuchus velit' (prol. 45).

559 1 QUID EST QUOD LAETUS SIS vide aliud esse gestire aliud laetum esse. 3 QUID ME ASPECTAS QUID TACES his duabus interrogatiunculis descripsit vultum dicturi.

2 QUID TIBI VIS πρός τό 'quid mihi velim' (v. 556); SATIN SANUS ES πρός τό 'sanus sim anne insaniam' (ibid.)

560 1 O FESTUS DIES HOMINIS AMICE SALVE decet a salutatione incipere luculente dicturum; illum autem verisimile est et percussum re nova et audiendi cupidum immemorem exstitisse salutandi. 2 O FESTUS DIES utrum qui causa est festi ac laeti diei an qui ipse tantus sit, quantus est festus dies? 3 O. F. D. <HOMINIS> (*a*) sic dicitur etiam 'scelus hominis'; Ennius 'o pietas animi' (Ann. 1. 15 M.). 4 SALVE NEMO EST QUEM EGO NUNC MAGIS bene additum 'magis', ut his amicis antepositum se intellegat, quos cum cupiat videre Chaerea, tamen magis neminem cupit.

3 *a* pro homo festi diei.

562 1 IMMO HERCLE OBSECRO TE UT AUDIAS bonum conpendium, ne multa diceret ad commendandam ut solet narrationem futuram.

2 IMMO H. O. bene contulit verba ut ex his appareat quam id agere velit: ille dixit 'quaeso' hic obsecro'.

563 1 NOSTIN HANC Q. AMAT FRATER quaeritur an veri simile sit Antiphoni notam esse Thaidem, quam frater ipse nesciverit; sed intellegere debemus modo notitiam non vultus sed famae positam esse, quam famam potuit ex Phaedria et Antipho scire; at vero aliam notitiam negaverat Chaerea sibi fuisse cum Thaide (cf. 352 sqq.). (*a*) 3 OPINOR THAIDEM optime et ab illo tacitum et ab hoc nomen allatum est, ut appareat quam noverit et quam possit assequi quae dicentur.

1 *a* hoc est visus vultus oris et corporis. 2 NOVI NEMPE [UT] OPINOR THAIDEM verisimile est haec scire Antiphonem, qui adeo sit familiaris Chaereae; et est ordo hic: opinor novi, nempe <Thaidem>.

564 1 QUID EIUS TIBI FACIEM PRAEDICEM AUT LAUDEM p r a e d i c a m u s ut sunt res, l a u d a m u s extollimus.

2 Vel p r a e d i c a m u s voce, l a u d a m u s argumentis.

565 1 QUAM ELEGANS FORMARUM SPECTATOR SIEM 'spectator elegans' est cunctantis et fastidiosi iudicii, <cui> non quid placet facile.

564 3 QUID EGO EIUS TIBI ordo hic esse debet: quid ego tibi nunc eius faciem praedicem aut laudem, Antipho? in hac commotus sum, ut ille solet, qui scit formas e l i g e r e ac fastidire pro merito.

565 2 SPECTATOR probator, ut p e c u n i a e s p e c t a t o r e s dicuntur.

566 1 IN HAC COMMOTUS SUM non est consequens: esset autem, si diceret 'in hac commotum me scias'. (*a*) 2 PRIMAM ESSE DICES SCIO o fiduciam elegantiae, et de alienis oculis iudicare!

1 *a* erit ergo ordo et sensus qui supra.

567 1 QUID MULTA VERBA AMARE COEPI ordine egit, nam prius est c o m m o v e r i, deinde a m a r e; 3 et bene non ante dicit, quid aggressus <sit>, nisi amoris mentione praelata, quo cogente nihil infectum est cupientibus.

568 1 SUBMONUIT ME PARMENO leviter monuit; (*a*) 2 et totum optime; nam ut non erat boni adulescentis hanc technam reperisse, sic ab aliis repertam fuit plane veri amatoris arripere.

1 *a* et recte, quia 'arripui' dicturus.

569 1 TACITUS CITIUS AUDIES moraliter [1]): solemus corripere extra

---

[1]) Sic correxi, pro 'morantem'.

ordinem percontantes; 2 et bene celeritatem promisit, qua facile tenetur auditor.

3 Et mire, tamquam sola interrogatio morae sit.

570 ET PRO ILLO IUBEAM ME ILLOC DUCIER 'iubeam' mirifice dixit tamquam in re honesta; sic et turpe factum plerumque perseverante impudentia relevatur.

571 QUID EX EA RE TANDEM UT CAPIAS COMMODI transit a reprehensione facti ad causam facti.

572 NUM PARVA CAUSA AUT PARVA RATIO EST sic illata est interrogatio, quasi ad hanc adnuere et vultu consentire Antipho sit coactus.

576 LAETA VERO AD SE ABDUCIT DOMUM omnia mire: quod 'laeta', quod 'abducit', quod 'domum', quod 'commendat', quod 'virginem'. Specta singula et mirare virtutem poetae.

577 1 COMMENDAT v. locus initium erroris continens apud Thaidem. 2 CUI TIBINE non interrogat sed moratur. 3 SATIS TUTO TAMEN quid hic facit 'tamen'? utrum hoc dicit: etsi meretrix, tamen satis tuto agit? an: etsi Chaereae, satis tuto tamen; quia nullus accedet alius?

578 1 EDICIT NE VIR QUISQUAM iubemus velut edicimus imperatoris sunt dicta. 2 ET MIHI NE ABSCEDAM IMPERAT certe ne ullus vir accedat.

579 UT MANEAM SOLUS <MISER> remaneam perseveremque in loco ac per hoc sim miser, utpote dono datus et serviens meretrici; et est ironia.

580 EGO INQUIT AD CENAM HINC EO μίμησις ad imprudentiam mulieris exprimendam, quae hoc dixerit secura de custode eunucho.

581 1 ABDUCIT SECUM ANCILLAS memoriter, nam dixerat abiens 'vos me sequimini' (v. 506). 2 PAUCAE QUAE CIRCA ILLAM ESSENT relictae nonnullae, ut lavari possit ea virgo, quae sub vitii huius occasione nuptura est; hoc enim totum sic inducit poeta, ut non abhorreat a legitimis nuptiis, in ea praesertim quae uxor futura est. 3 Manent pro remanent: ἀφαίρεσις.

582 1 NOVICIAE PUELLAE λύσις: noviciae et puellae. 2 CONTINUO HAEC ADORNANT UT LAVET 'haec' pluraliter pro hae, ut in Phormione 'haecine erant itiones' (v. 1012) 'adornant' autem ex medio significatu pro apparant.

583 1 DUM APPARATUR impersonaliter dixit; 2 et 'dum appara-

tur' pro dum apparetur et 'sedet' pro sedebat. 2 VIRGO IN CONCLAVI SEDET conclave est separatior locus in interioribus tectis. (*a*)

3 *a* Vel quod intra eum multa loca clausa sint ut cubicula adhaerentia triclinio.

584 1 RESPECTANS TABULAM QUANDAM PICTAM bene accedit repente pictura ad hortamenta aggrediendae virginis, ideo quia non ad hoc venerat Chaerea, ut continuo vitiaret puellam, sed ut videret, audiret essetque una (v. 571), cum nihil amplius cogitare ausus fuerit, usque dum picturam cerneret. 2 IOVEM QUO PACTO mira inventio, qua haec pictura tribuitur domui meretricis adversus omnium pudicitiam morum. (*a*) 3 IOVEM Q. P. DANAAE MISISSE AIUNT bene 'aiunt' et quia fabulae et quia tam turpis Iovi quam apta meretrici.

2 *a* contra parsimoniam autem, contra dignitatem, contra pudicitiam.

585 1 QUO PACTO DANAAE MISISSE AIUNT QUONDAM quae aptior pictura domui meretricis ad amatorum illecebras quam haec, quae exemplum continet amoris et amoris puellae et amoris ad Iovem pertinentis et amoris non gratuiti nec parvo propositi sed auro in gremium fluente venalis? Tum quod in gremium Danaae ipse ut splendidus imber illabitur, nonne videtur meretrix docere adulescentulos illam corporis partem auctore Iove velut inauratam fuisse? 2 IMBREM AUREUM non rorem vel pluvium sed 'imbrem' addiderat: o avaritiam meretricis!

586 1 EGOMET QUOQUE ID SPECTARE COEPI moris est ad id oculos vertere, quod videmus eum quem aspicimus intueri.

587 2 IMPENDIO id est magis magisque.

1 IAM OLIM ILLE LUDUM bene non 'scelus' sed 'ludum' dixit.

586 2 LUSERAT IAM OLIM ILLE <LUDUM> ut 'hunc, oro, sine me furere ante furorem' (Aen. 12. 680): figura ἀρχαϊσμός.

588 1 DEUM SE IN HOMINEM CONVERTISSE φιλοσοφικῶς Terentius demonstravit, quam cladem moribus hominum et civitatibus afferant figmenta poetarum, cum exempla scelerum afferant peccaturis. 3 DEUM S. I. H. C. utrum quia Iupiter humana forma aurum infundens pictus erat in tabula, non pro Iove aurum? an 'in hominem' id est in hominis audaciam atque flagitia? 4 ATQUE IN ALIENAS TEGULAS Acrisii scilicet, 5 et tegulas tectum. 6 *Et* satis comico charactere locutus est et presso stilo.

2 ATQUE IN A. T. hic apparet separatim Iovem, separatim auri fuisse picturam.

589 1 VENISSE CLANCULUM PER IMPLUVIUM haec omnia non ut difficilia factu sed ut humilia et Iove indigna proferuntur, ut merito sequatur 'ego homuncio hoc non facerem?' quod non solum non Iovi, sed ne homini quidem nisi furi aptum erat. 2 FUCUM FACTUM id ut est fucum faceret. (*a*) 3 FUCUM offuciam, fraudem. 4 Et MULIERI pro feminae.

2 *a* hoc est insidias et fraudem.

590 1 QUI TEMPLA CAELI SUMMA SONITU CONCUTIT ab auctoritate personae, ut fit in exemplis; 2 s. c. parodia de Ennio (Ribb. trag. fr. 372).

3 TEMPLA C. S. tragice, sed de industria, non errore.

591 EGO HOMUNCIO HOC NON FACEREM oratorie ut Iovem extulit, ita detraxit sibi: ille est deus et magnus, ego non homo sed homuncio.

592 1 DUM HAEC MECUM REPUTO ACCERSITUR LAVATUM INTEREA VIRGO servavit ordinem nuptiarum; et proprio verbo quasi de nuptura dixit 'accersitur', ut alibi 'quam mox virginem accersant' (Ad. 889), nam illam est habiturus uxorem. 2 DUM HAEC MECUM REPUTO hic ostendit non sibi haec primum nunc in mentem venisse, sed tunc etiam cogitata, cum esset in meretricis domo.

593 1 IT LAVIT REDIIT συντομίᾳ, qua solet, ut 'imus, venimus <videmus>' (Phorm. 102). 2 DEINDE EAM IN LECTUM COLLOCARUNT vide an aliquid desit a legitimis nuptiis; nam et ipsum verbum 'collocarunt' proprium est et ascribitur pronubis.

594 1 STO EXSPECTANS SI QUID MIHI IMPERENT ἐναργεία: non enim dixit 'stabam'. 2 EXSPECTANS desiderans. 3 Et mire omne tempus exsecutus est salva veritate, in qua Vergilius neglegens invenitur, cum post occisum Mezentium non facta noctis mentione statim intulit 'Oceanum interea surgens Aurora reliquit' (Aen. 11. 1).

595 1 CAPE HOC FLABELLUM VENTULUM praeclare non sensum sed verba ipsa per μίμησιν induxit, per quam error puellaris exprimitur. 2 VENTULUM HUIC SIC FACITO DUM LAVAMUR demonstrativum et gestu explicandum.

3 CAPE HOC FLABELLUM quam particulatim, qua diligentia et δεικτικῶς iubet quasi novicio et imperito!

596 1 UBI NOS LAVERIMUS SI VOLES LAVATO vide usum verbi tam cito variatum: 'dum lavamur' et 'ubi nos laverimus'. 2 ACCIPIO TRISTIS id est tristi similis, ut 'namque ut conspectu in medio turbatus i. c.' (Aen. 2. 67). 3 SI VOLES LAVATO quasi satisfacientis est, cum illum solum relinquant cum virgine. 4 ACCIPIO 'tristis' tamquam aliud magis vellet; (*a*) metuit enim ne quod cupit, prodatur gaudio.

4 *a* hoc est lavare et ludere.

597 TUM ISTUC OS TUUM IMPUDENS VIDERE VELLEM licet iocanti et amico convitium iucunde facere.

598 1 QUI ESSET STATUS statura corpori ascribitur, status ad habitum refertur. 3 FLABELLUM TENERE TE ASINUM TANTUM quia hoc ministerium delicatorum servorum est.

2 Ergo status est schema, statura longitudo corporis.

599 OMNES PRORUUNT SE verbo neutrali quasi activo usus est.

600 DOMINI UBI ABSUNT 'ubi' et loci et temporis potest esse.

601 1 INTEREA SOMNUS VIRGINEM OCCUPAT utpote compressam somno et oblectatam flagello atque ab eunucho nihil metuentem. 2 EGO LIMIS SPECTO 'limis' si nominativus est singularis, transversus significat, si septimus pluralis, deest 'oculis'; 3 nam 'limis' est transversus, unde limen quoque dicitur, quod ingredientibus exeuntibusque transversum est; cum igitur dissimulant se homines videre quod vident et non recta facie sed transversa intuentur, limes dicuntur aspicere.

602 SIC PER FLABELLUM CLANCULUM 'sic' δεικτικόν est et necessario additum, nam 'limis' et 'per flabellum' sine demonstratione parum intellegitur.

601 4 LIMIS SPECTO cum limi dicantur obliqui generaliter, hoc tamen proprie de oculis dicitur.

603 PESSULUM OSTIO OBDO scilicet ut amoveret arceretque auxilium virginis.

604 1 QUID TUM FATUE quid enim praeter vitium superest, ubi amator est adulescens et virgo dormiens et in clauso? 2 Grate explicata narratio est quam audientis curiositas finit et cuius in extrema parte maior attentio est. 3 FATEOR 'me fatuum qui hoc quaesiverim' subauditur. 5 Et bene 'insperatam': aliud enim sibi promiserat, ut supra diximus (ad v. 584), non quod pictura persuasit.

4 * AN EGO OCCASIONEM vide quanta dixerit: non 'voluntatem' sed 'occasionem', non 'animadversam' sed 'ostentatam', non 'hanc' sed 'tantam', non 'appetitam' sed 'exoptatam', non 'repentinam' sed 'insperatam'.

606 TUM POL EGO <IS> ESSEM eunuchus scilicet.

607 1 SANE HERCLE UT DICIS deest 'ita est'. 2 SED INTERIM DE SYMBOLIS QUID ACTUM EST bene memor est personae quam induxit poeta per hanc interrogationem. 3 SED I. D. S. *παροιμιῶδες· ἀλλὰ περὶ τοῦ χοιριδίου;*

608 1 FRUGI EST utilis et necessarius, ut fruges humano generi. 3 DISCUM 'Discum' nomen est proprium.

2 Frugi est ergo, in quo est aliquid quo fruamur, id est utamur.

609 1 SED TANTO OCIUS PROPEREMUS 'properemus' dixit pro ambulemus. 2 MUTA VESTEM haec *οἰκονομία* <est> ad id, quod in domum Thaidis rediturus est Chaerea.

610 1 UBI MUTEM PERII vultu ostendit quod subauditur 'nescio'. 3 'Exulo' duobus modis dicitur: et de loco in quo exul est et de loco ex quo eiectus est. 4 METUO FRATREM NE INTUS SIT causas ostendit, cur domo penitus veluti exulet.

2 NAM DOMO EXULO deest 'prope' aut 'veluti', ut sit prope iam exulo.

611 PATER NE RURE REDIERIT praeparatur iam interventus senis; et est *ζεῦγμα* ad superiora, nam et hic 'metuo' subaudiendum est.

612 1 IBI PROXIMUM EST UBI MUTES hoc est: domus mea. 2 RECTE DICIS EAMUS ipsa verba quodammodo festinationem sonant.

613 QUO PACTO PORRO 'porro' postea deinceps.

V

1.

615 1 ITA ME DI AMENT QUANTUM EGO ILLUM VIDI ea persona quaesita est, quae terribilem credat militem, ut eo magis in experiundo vanus ac ridiculus esse possit. 2 ITA ME DI BENE AMENT hoc loco post scaenam quid gestum sit, hoc est in convivio mi-

litis, ancilla demonstrat, ut iam quae in proscaenio gerantur, ex his possimus agnoscere.

616 NEQUAM ILLE HODIE<I.> 'illum' et 'ille insanus' sic affertur, et omnibus insuavis miles esse noscatur.

617 NON POSTQUAM ISTE ADVENIT instanter admonet, qui sit Chremes.

618 1 MILITEM ROGAT et hic quasi de odioso 'militem' dixit non 'Thrasonem'. 2 CONTINUO IRASCI ut rivali.

619 1 NEQUE NEGARE AUDERE ut amicae poscenti. 2 INTRARE UT HOMINEM INVITET vide impudentiam meretricis: primum petit, ut eum iubeat admitti, post ut invitet, quod est maius.

620 ID FACIEBAT RETINENDI ILLIUS CAUSA admonet spectatorem, ne existimet altero rivali iniuriam fieri Phaedriae; et simul hic προπαρασκευή est virginis agnoscendae.

622 1 INVITAT TRISTIS MANSIT IBI CUM ILLA adulescens scilicet. 2 Et MANSIT pro remoratus est, id est accubuit nec recessit. (*a*) 4 TRISTIS invitus, non libenter, ut e contrario Vergilius 'vobis laetus ego' cett. (Aen. 5. 236 sq.) et 'accipio tristis' (Eun. 596) eodem modo. 5 SERMONEM OCCIPIT 'sermonem' colloquium dicit.

2 *a* <nam id> 'mansit' significat. 3 Si miles 'mansit' passus est, si Chremes 'mansit' immoratus est conviva; nec enim statum discessisse accipiendus est.

623 1 MILES VERO PUTARE ANTE OCULOS SIBI ADDUCTUM AEMULUM plus dixit 'adductum' quam 'admissum'. 2 *Et* simul quia videbat furibundum [1]) Chremetem, totum crimen revocat ad Thaidem; 3 et haec est causa, cur a milite in eius domo nullam rixam patiatur Chremes.

624 1 VOLUIT FACERE CONTRA HUIC AEGRE 'huic' Thaidi, non adducto. 2 HEUS INQUIT PUER hic ostenditur quod supra est apparatum (v. 440 sqq.).

3 * ACCERSE PAMPHILAM non 'provoca' sed 'accerse', quia non est aptum militi.

625 1 UT DELECTET HIC NOS quasi dicat 'quod haec non facit'; 3 et bene 'hic' quasi ubi insuaviter nunc tractamur. 5 MINIME GENTIUM hoc magis mirum 'minime gentium' quam 'nusquam gentium'.

1 Sed delectare fidicinae est, quia supra dixerat 'et fidibus scire' (v. 133). 4 ILLA EXCLAMAT non 'respondet' inquit, sed 'exclamat'.

---

[1]) Recipienda mihi videtur correctio Bentleii 'pudibundum'; in Chremetis pudore rustico posita est causa, cur miles totum crimen revocet ad meretricem.

626 1 IN CONVIVIUM ILLAM ἐμφατικῶς, ut 'cantando tu illum?' (Ecl. 3. 25); 2 (ILLAM) (*a*) et est figura ἀποσιώπησις. 3 MILES TENDERE proprie dixit 'tendere', quod significat pertinacem contentionem; Vergilius 'vasto certamine tendunt' (Aen. 12. 553). 4 INDE AD IURGIUM subauditur 'ventum est'.

2 *a* deest 'accersis'.

627 1 INTEREA AURUM SIBI CLAM MULIER DEMIT ne aurum pro virgine, quod retinebat, amitteret. 3 Opportune 'mulierem' dixit, non 'Thaidem', ut ostenderet malitiam sexus.

2 Vel AURUM DEMIT ut esset ad fugam expeditior vel ad rixam.

628 1 HOC EST SIGNI UBI PRIMUM POTERIT ad quam rem 'signi'? utrum h o c e s t s i g n i, quam ob rem metuam n e q u a m i l l e h o d i e i n s a n u s t u r b a m f a c i a t a u t v i m T h a i d i (v. 606)? an: h o c e s t s i g n i, unde s c i o quod u b i p r i m u m p o t e r i t i l l i n c <s e> s u b d u c e t?

2 Erit igitur subaudiendum hic 'unde' et 'quod', ut sit: unde scio quod ubi primum poterit.

4.

629 1 DUM RUS EO COEPI EGOMET hic nunc causa narratur, cur statim in urbem redeat Phaedria, qui discesserat abfuturus biduum ob tollendum iurgium militis, sed importune redit. 2 DUM R. E. C. E. iam tempus est revocandi in scaenam Phaedriam, postquam acta sunt omnia, quae illius absentiam desiderabant. 3 COEPI EGOMET MECUM ordo: coepi aliam rem ex alia cogitare. 4 INTER VIAS figurate et nove 'inter vias'.

631 ET EA OMNIA IN PEIOREM PARTEM utrum subauditur 'cogitare' an 'ibant' 'vergebant' aut quid tale'.

632 1 DUM HAEC PUTO id est aestimo, ut multa putans sortemque animi miseratus iniquam' (Aen. 6. 332).

2 An ἀφαίρεσις pro 'reputo'? p u t a m u s enim instantia, r e p u t a m u s praeterita.

635 1 UBI AD IPSUM VENI DIVERTICULUM 'diverticulum' est, ubi iter de via flectitur.

2 Et proprie, quia d i v e r t i c u l a dicuntur in via domicilia, ad quae de itinere d i v e r t e n d u m sit. 3 * CONSTITI plus est nunc scientem restitisse quam praeteriisse nescientem.

636 HEM BIDUUM H. M. E. <'hem'> interiectio laborantis animi;

'biduum' sic pronuntia ut longum nimiumque tempus; tum deinde 'hic' tamquam in loco solo atque tristi.

637 3 SINE ILLA satis amanter. 4 SINE ILLA iam causa est, cur biduum gravetur loco tristi, cur solacium conquirendum; sunt autem qui idem putent esse 'soli' 'sine illa', ut 'sine illa' ἐξήγησις eius sit quod dixerat 'soli'.

1 SOLI SINE ILLA scilicet sine illa, 2 aut sine alio oblectamento.

638 NIHIL EST QUID NIHIL SI NON amantium disputationes intermiscent quaedam consilia sanae mentis, quae tamen statim resurgentis amoris saevitia devincantur.

639 EHO NE VIDENDI QUIDEM ERIT 'eho' ridicule additum, tamquam omnino non secum loquatur sed cum altero.

640 1 SALTEM HOC LICEBIT bene bis dictum 'licet' 'licebit', quasi de re magna loquatur; totum ergo amatorie. 2 CERTE EXTREMA LINEA et hoc recte, quia quinque lineae perfectae sunt ad amorem: prima visus, secunda alloquii, tertia tactus, quarta osculi, quinta coitus.

3 * An sic dixit 'extrema linea' quemadmodum dicitur longis lineis quid fieri, id est de longinquo?

641 AMARE HAUD NIHIL EST 'amare' modo frui amore dicit; Plautus in Bacchidibus 'prius adero quam te amare desinam' et 'sine te amem' (v. 100, fr. 14). 2 VILLAM PRAETEREO SCIENS sciens quidem, sed non minus amator quam prius.

642 1 SED QUID HOC QUOD TIMIDA SUBITO EGREDITUR PYTHIAS ex huius verbis persona in scaenam veniens et locutura describitur. 2 *Et* TIMIDA modo aegra, turbata, commota; Plautus 'nam ut ex mari timida es' (Ba. 106) et hic ipse 'uxorem, inquit, Philumenam pavitare nescio quid dixerunt' (Hec. 321).

1 TIMIDA timens: aliud naturale est, aliud eventus est, ut 'addidit se sociam timidisque supervenit Aegle, naiadum pulcherrima' (Ecl. 6. 20 sq.).

3.

643 1 UBI EGO ILLUM SCELEROSUM MISERA ATQUE IMPIUM INVENIAM in hac scaena operae pretium delectatio est spectatoribus ex querela ancillae Thaidis atque errore Phaedriae. 2 UBI E. I. S. hoc

initio ostenditur tamquam persequens fugientem progressa esse persona. 3 SCELEROSUM MISERA scelerosus est multorum <scelerum> [1]) scelestus vel unius.

3 Scelerosus proprie auctor est sceleris, sceleratus in quo scelus sit constitutum aut commissum. 5 SCELEROSUM accusatio personae. 6 SCELEROSUM ATQUE IMPIUM 'scelerosum' in Thaidem, 'impium' in virginem.

614 1 AUDAX FACINUS FACERE ESSE AUSUM 'facinus facere' figura *ἀρχαϊσμός*. 2 HOC QUID SIT VEREOR unum pro duobus dixit, pro: et nescio et vereor.

645 2 SCELUS *αὔξησις*: plus enim est 'scelus' quam 'scelestus'. 5 *Et* mire expressit vitium illatum virgini ab eo quidem, qui vitiare iam potest, sed tamen eiusmodi ab adulescentulo, cuius propter tenues adhuc vires ad explicandam venerem longiore nixu adversus virginem utendum fuit; nam ideo praeter occasionem familiae discedentis tempus, locus et cetera attributa negotio etiam somnus virginem opprimens adiuvat Chaeream.

1 QUIN ETIAM INSUPER accusatio facti. 2 *a* ut Lucilius 'carcer vix carcere dignus' (v. 1128 Marx). 3 POSTQUAM LUDIFICATUS EST VIRGINEM argumentum ab his, quae sunt post negotium gestum. 4 Et mire 'postquam ludificatus est, conscidit' dixit, cum ille videlicet, dum virgo reluctatur, hoc fecerit. 6 * Et mire 'ludificatus' potius quam 'complexus est' aut tale aliquid, quod amorem indicaret.

646 1 VESTEM OMNEM MISERAE DISCIDIT. (*a*) 2 (et) vide ut ex his appareat multum virginem reluctatam. 3 TUM IPSAM CAPILLO CONSCIDIT multo melius, quam si diceret 'capillum illi conscidit'.

1 *a* adeo non amore fecit sed iniuria.

648 1 UT EGO FACILE UNGUIBUS ILLI IN OCULOS INVOLEM nonne credis Pythiam id comminari, quod a virgine minus factum sit? quod, quia puella, non potuit. 3 UNGUIBUS quibus armatur hic sexus. 4 VENEFICO commutanti homines et ex virginibus mulieres facienti, 5 an 'venefico' amatori, quia amor venenum? Vergilius 'occultum i. i. f. q. veneno' et 'longumque bibebat amorem' (Aen. 1. 688, 749).

3 IN OCULOS quasi amatori.

649 1 NESCIO QUID PROFECTO ABSENTE NOBIS TURBATUM EST DOMI aut subdistinguendum et subaudiendum 'me', aut *ἀρχαϊσμός* est figura

---

[1]) Inserui.

'absente nobis' pro 'absentibus nobis'; Pomponius in Ergastilo 'praesente amicis inter cenam d. o.' (Ribb. fr. 45), Varro in Marcello 'id praesente legatis omnibus exercitu pronuntiat'.

2 'Absente nobis' cum dicit, pro praepositione ponit 'absente', ut si diceret coram amicis.

650 QUID FESTINAS propere turbaris et trepidas; Sallustius 'festinantibus in summa inopia patribus' (H. fr. 2. 46 M.).

651 EGON QUEM QUAERAM deest 'rogas'.

652 1 EUNUCHUM QUEM DEDISTI NOBIS QUAS TURBAS DEDIT [aut] σύλληψις, ut 'urbem quam statuo vestra est' (Aen 1. 573). (*a*) 2 *Et* quidam volunt 'quem' subdistinguere, quasi dicat 'qualem', sed nesciunt hac figura multum veteres usos esse: 'eunuchum' enim ad 'dedisti' verbum rettulit nunc, ad 'dedit' ergo propter aliud ἀξίωμα adsumendum extrinsecus 'is eunuchus'; nam quotiens uno nomine aut pronomine diversae declinationis enuntiationes comprehenduntur, necesse est quod alteri accommodatum fuerit ab altero discrepare.

1 *a* aut 'quem' cum interrogatione pronuntiandum, ut sit qualem. 3 QUEM DEDISTI Q. T. D. et 'quem' et 'quas' sic accipe, quasi dixerit 'qualem eunuchum' et 'quales turbas'.

654 QUID AIS hoc admirantis est potius quam interrogantis.

655 1 TEMULENTA ES ebria, a temeto, quo nomine antiqui grave vinum appellabant, ideo quod temptaret mentem, id est labefactaret; Vergilius 'temptatura pedes o. v. l.' (Ge. 2. 94). 2 UTINAM SIC SIENT QUI MIHI MALE VOLUNT bene non esse ebriam in maledictum versum, quasi vere temulentam esse felicitatis sit.

656 1 AU OBSECRO MEA PYTHIAS 'mea' et 'mea tu' (Ad. 289) et 'amabo' et alia huiuscemodi mulieribus apta sunt blandimenta. 2 <QUOD ISTUC> NAM MONSTRUM FUIT scilicet 'monstrum' est omne contra naturam; si igitur eunuchus est et vitiavit virginem, contra rerum naturam factum est et recte monstrum est. 3 Et ordo: quodnam istuc monstrum fuit?

657 1 QUI ISTUC FACERE EUNUCHUS POTUIT 'istuc facere' honestius apud puellam, quam si 'vitiare' dixisset, 2 et potest videri aliquid vultu significare. 3 EGO ILLUM NESCIO QUI SIET bene vitavit eunuchi nomen, ut vitiasse virginem obtinere possit.

659 2 NEQUE CUM ROGITES QUID SIT AUDET DICERE quid, si verbe-

rata esset? [1]) non puderet queri: haec autem iniuria apud virginem non habet nomen.

1 VIRGO IPSA LACRIMAT nunc ostendit quid fecerit et ostendit argumentis.

660 1 BONUS VIR εἰρωνικῶς. (*a*) 2 NUSQUAM APPARET nescias utrum fugam eius queratur an culpam; sed constat haec argumenta esse quod virginem vitiaverit. 4 ETIAM MISERA HOC SUSPICOR bene 'etiam', quia et hoc suspicatur, virginem vitiatam.

1 *a* non enim iam eunuchus. 3 BONUS VIR bene 'vir', qui hoc illum esse contendit.

661 1 NEQUEO MIRARI SATIS bene hic omnes suspiciones ad eunuchum quem novit revocat, nescit Chaeream.

2 Et mira locutio pro eo quod est 'nescio' 'nequeo mirari satis q. i. a. i. p. l.'

663 1 VISE AMABO NUM SIT 'domi' subaudiendum est.

2 Aut: num sit quod dicis.

666 2 VERUM MISERAE NON IN MENTEM VENERAT non 'nihil posse', sed 'amatores esse maximos'; ad partem enim sententiae pertinet quod dicit' 'non in mentem venerat', non ad totum quod audivisse se dicit. 3 Et iam si penitus consideraveris, controversia inerit: si enim n i h i l p o s s e audieras, quid est quod in mentem non venerit ut vitares? utrum igitur a m a t o r e s m u l i e r u m e s s e m a x i m o s a u d i e r a s? quod ipsum vitandum fuit; neque enim hoc satis est ad pudicitiam stuprum vitasse, cum impudica fieri vel solo osculo possit, quam omni modo integram et inlibatam velis. An 'verum' non erit coniunctio sed nomen, ut illud quasi falsum audierit, hoc autem quod v e r u m inventum est, non suspicata sit? nam i n m e n t e m v e n i r e non r e m i n i s c i tantum, sed etiam c o g i t a r e significat; sic Cicero 'in mentem tibi non venit causam publicam sustinere' (div. in Caec. 27) id est: non recogitas, non suspicaris.

1 SED NIHIL POTESSE ut voluntatis rei sint, non et facti. 4 VERUM MISERAE si 'verum' pro coniunctione accipimus, subaudiendum erit hic 'amatores mulierum esse eos maximos'. 5 IN M. N. V, non q u o d a u d i e r a m, sed q u o d h i c f e c i t. 6 An a l i u d non in mentem venerat, non scilicet facturum fuisse quod fecit? 7 NON I. M. V. aut n o n c o g i t a r a m aut n o n e r a m r e c o r d a t a.

---

[1]) Wessner perperam correxit 'est? sed.'

667 1 NAM ILLUM ALIQUO CONCLUSISSEM mire 'conclusissem' dixit ut feram; sic alibi 'conclusam hic habeo uxorem saevam' (Pho. 745).

2 NEQUE ILLI COMMISISSEM VIRGINEM si vel amatorem tantum meminissem.

4.

668 1 EXI FORAS SCELESTE AT ETIAM RESTITAS FUGITIVE iucundus error in quo non dubitat Phaedria ipsum esse qui quaeritur, verum insuper sic aggreditur, tamquam sit [1]) ipse. 2 SCELESTE quale est scelestum appellari, qui nihil sciat. 3 RESTITAS necessario restitat qui miratur se protrahi.

669 1 FUGITIVE et scelestum et fugitivum increpat, in hunc crimen transferens Chaereae. 2 PRODI MALE CONCILIATE opportune adulescens et hic exprobrat munus magno emptum; 3 'male' magno significat, ut Plautus in Amphitryone, 'haec nox scita est exercendo scorto conducto male' (v. 288).

4 Ergo 'male conciliate' magno empte significat. 5 MALE C. omnis conventio uniuscuiusque unicuique conciliatio nominatur: 'conciliatum' ergo magno emptum.

670 OS UT SIBI DISTORSIT et hic memor adulescens insinuandi muneris dixit illum os sibi distorsisse, qui natura sit pulcher.

671 1 QUID TIBI HUC REDITIO EST eleganter reditio ei obicitur, qui revera loco se non moverit. 2 QUID VESTIS MUTATIO sic veteres; Plautus in Trinummo 'quid tibi interrogatio aut in consilium huc accessio?' (v. 709), Caecilius in Ἁρπαζομένῃ 'quid tibi acceptio est argumentum aut de meo amore verbificatio est patri?' (Ribb. v. 62).

672 PAULULUM SI CESSASSEM PYTHIAS familiare iratis est avertere se ad aliam personam ab ea, in quam commoveantur.

673 1 ITA IAM ADORNABAT FUGAM vestis mutatu scilicet, nam liberi vestem habebat utpote Chaereae, servi vero atque eunuchi deposuerat. 2 ITA IAM A. ut supra 'adornant' ut lavet (v. 593).

674 1 HABESNE HOMINEM AMABO haec omnia Pythias cernens eunuchum loquitur. (*a*) 2 QUIDNI HABEAM 'quidni' quid nisi, hoc est cur non habeam?

---

[1]) Scheidemantel corr. 'sciat', fortasse recte.

1 *a* id enim erat iucundum, ut quaerat illum quem videt.

675 1 UBI EST Dorionem contemplata dicit 'ubi est?' quia non ipsum sed alterum novit. 2 ROGITAS NON VIDES stomachatur uterque errans mirifice: illa quod eunuchum credidit Chaeream videns, hic quod eunucho obicit quod commisit Chaerea.

676 HUNC SCILICET hoc iam tangens eunuchum dicit Phaedria.

677 HUNC OCULIS SUIS NOSTRARUM NUSQUAM QUISQUAM VIDIT PHAEDRIA vel ἀρχαϊσμός est figura pro 'nostrum', vel nostrarum' id est quae familiae nostrae sunt, ut parum sit non vidisse Thaidem nisi addatur ne familiarium quidem ullam esse, quae hunc viderit.

678 QUISQUAM antiqua locutio est.

679 NON VIDIT totidem iisdemque verbis repetita interrogatio stuporem admirantis ostendit et iam veluti consentientis.

680 1 NAM QUEM ALIUM HABUI NEMINEM bene ad illud quod ait 'an hunc' quasi ex multis. 2 AU NE COMPARANDUS QUIDEM EST AD ILLUM 'au' interiectio est conturbatae feminae nec constantis sibi.

681 1 ILLE ERAT HONESTA FACIE τῷ ἰδιωτισμῷ 'erat'. (*a*) 2 HONESTA F. ET LIBERALI commode est descriptus Chaerea.

1 *a* quasi demortuo aut qui non est, scilicet Thaidi, quia fugit.

684 NUNC TIBI VIDETUR FOEDUS facete 'videtur foedus': nunc enim est.

685 TACE OBSECRO de consuetudine dictum est 'tace' et bene additur 'obsecro', ne 'tace' ipsum videretur iniuria.

1 TACE OBSECRO apte dictum est 'tace' femineo stomacho quasi impudenter assistenti formae improbae et argumenta inaniter pertinaciterque invocanti.

687 1 QUEM TU VIDERE VERO VELLES PHAEDRIA commota adversus Phaedriam cogitur eum laudare, cui irata est, et ideo totum callide. 4 Et breviter forma laudata est, cum prolixius illius sit describenda deformitas. 5 QUEM TU V. V. vere pulcher est, cuius forma nec odium nec convitia commeruit; Lucilius 'at Hymnidis acri ex facie florem delegeris' (v. 1116 Marx).

2 QUEM T. V. V. facete, quasi hunc nec ipsi qui misit conspectum velit. 3 An 'velles' talem <qualem> loquor? 6 * QUEM TU V. quare 'tu'? an quia istae iam nolunt, iratae scilicet ob vitiatam virginem? an 'tu' quasi spectator formarum elegans (v. 565) ut qui amator sit Thaidis.

688 1 HIC EST VIETUS VETUS VETERNOSUS SENEX sic hoc totum pronuntiandum, quasi irascatur huic, propter quem laudaverit

Chaeream. 2 VIETUS mollis flaccidusque et flexibilis corpore, unde et vimina et vimenta et vites et vietores dicuntur. 3 (*a*) Lucretius araneae dixit 'vietam vestem' (3. 386) id est putri mollitia praeditam. 4 VETUS ad vituperationem ponitur modo, non ad laudem, ut 'veteris poetae maledictis respondeat' (An. prol. 7). 5 Vetus est, cuius diminutivum est vetulus; veternosus morbo vetere confectus ac diuturno, quales sunt qui hydropem patiuntur; 6 (*a*) senex ex malo aegritudineque rugosus.

3 *a* Et viere ligare dicitur, quia vietis virgis ligare possumus quidlibet. 6 *a* recte, nam saepe eunuchi in senecta veternosi sunt et cito hoc laborant morbo. 7 SENEX utrum senex an quia sic videtur ob deformitatem?

689 1 COLORE MUSTELLINO erravit Terentius non intellegens Menandricum illud '*αὐτός ἐστιν γαλεώτης γέρων*'; ait autem stellionem, quod animal lacertae non dissimile est maculoso corio; namque ad id genus facies exprimitur eunuchorum corporis, quia plerique lentiginosi sunt. Hic ergo erravit ideo, quia *γαλῆ* mustella dicitur, *γαλέωτης* stellio, *ὥσπερ Ἀριστοφάνης ἐν ταῖς Νεφέλαις* '*ἥσθην γαλεώτῃ καταχέσαντι Σωκράτους*.' 2 At ego † edesionum sequor, qui recte intellexit Terentium scientem mustellino colore dixisse eunuchum velut sublivido, quia vere eunuchi aut ex candidissimis lentiginosi fiunt, ut ex Gallis et eiusmodi occidentalibus, aut ex fuscis sublividi, ut ex Armeniis et aliis orientalibus.

690 UT QUID EMERIM EGOMET NESCIAM 'nesciam' pro 'non meminerim' vel 'non agnoscam'.

691 1 EHO TU EMIN EGO TE miro stomacho quod ipse fecit, id ex alio audire conatur et, donec haec audiat, an haec fecerit dubitat. 2 IUBE MIHI DENUO RESPONDEAT hoc est quod in Rhetoricis Cicero 'ait contra firmam argumentationem aliam aeque firmam aut firmiorem opponamus' (cf. de inv. 1. 96);. haec igitur est aeque firma. 'Denuo' autem ad 'respondeat' pertinet, non ad 'mihi'.

DENUO RESPONDEAT 'iube <denuo>' non 'mihi denuo' intellegendum est.

692 ROGA mire utriusque fiducia confertur et apud utrumque est veritas, cum uterque fallatur.

694 1 AGEDUM HOC MIHI haec Plautina sunt cum in iisdem longa sit disputatio, sed mire a Terentio proferuntur ad eius exemplum et, quod est plus, carent Plautinis nugis. 2 AGEDUM παρέλκον est et adiuvat ex animo loquentem.

695 TACES et recte tacet, quia metuit Chaeream.

696 MONSTRUM HOMINIS bene eunucho dictum 'monstrum hominis' hoc est: nec mas nec femina; 3 sic et supra 'senem mulierem' dixit (v. 357).

697 QUAMDUDUM <M.> nota 'modo' aperte pro praeterito tempore dictum esse, id est i a m d u d u m, nam quod iam vitiaverat virginem, non modo sed longe ante vestem mutavit cum eunucho Phaedriae.

698 QUICUM praepositio 'cum' his dictionibus supponitur: quicum nobiscum vobiscum, in ceteris vero, ita ut ipsum nomen praescribit, praeponitur: cum amicis cum exercitu cum advocatis.

700 1 UNDE IGITUR EUM FRATREM MEUM ESSE SCIEBAS utpote novicius et eum, qui ex Piraeo raro discesserit et longo intervallo in astu venerit; 3 et ideo sic ait Phaedria, ut frustretur omnia quae confessus est Dorio: vult enim fratri esse consultum. 5 DICEBAT mire <'dicebat' non> 'dixit', ut 'sola mihi talis c. C. canebat' (Aen. 3. 183), sic autem dicimus, quando non semel quid factum sed saepius demonstramus.

2 Et hae sunt obliquae interrogationes, quibus uti oratores videmus, cum derivare testimonium nituntur. 4 PARMENO DICEBAT EUM ESSE prope infirmatum est testimonium: quod enim Parmeno d i c e b a t eum esse, potest falsum esse.

703 IAM SATIS CREDIS SOBRIAM ME quia supra dixerat 'temulenta es' (v. 655), quasi gravem iniuriam hoc dicto passa sit, memoriter rettulit dictum, ut 'en ego victa situ' et 'pulsus ego?' (Aen. 7. 452, 11, 392).

704 IAM SATIS CERTUM EST VIRGINEM VITIATAM ESSE ordine agit, cum primo de se, tum de adversario loquitur.

705 1 CREDIS HUIC QUOD DICIT a personae qualitate derogat fidem; nam quid credendum est servo eunucho fugitivo? 2 QUID ISTI CREDAM RES IPSA INDICAT haec a persona quae convincebatur oratorie ad factum rettulit.

706 CONCEDE ISTUC PAULULUM ad se versum dicit 'istuc', ut longe sit a Pythia. (*a*)

a eunucho enim dicit Phaedria.

709 1 O SCELESTUM ATQUE AUDACEM HOMINEM Chaeream vel Parmenonem; sed sic pronuntiandum est, ut putet ancilla de eunucho dici, hoc ipso qui praesto est, ideo illa 'vae mihi, etiam nunc non credis?'

2 VAE MIHI quidam hoc totum 'vae mihi' usque ad 'irrisas modis' a Pythia dici existimant.

711 2 MIRUM NI TU clare dicit: quidam pressius putant.

1 MIRUM NI TU CREDAS QUOD ISTE DICAT utrum serva quod servus? an stulta quod stultus? an femina quod eunuchus?

712 1 HEUS NEGATO RURSUM 'rursum' non ad 'negatc' pertinet, sed ad interrogationem, ut sit: rursus interrogo te.

2 RURSUM retro, id est <e> contrario ac per hoc: contrarium superioribus dicito.

713 2 NON POTEST SINE MALO quasi nec haec fuerit nec illa confessio, in quibus veritas nulla sit.

1 NON POTEST SINE MALO FATERI VIDEO ampliatio quaestionis argumentum est nihil constitisse, adde quod poenam minatur non tamquam iam incerto sed iam falso testi, deinde ipsum 'fateri' consideremus quale sit: non est testis, sed rei; hic igitur ut in illum culpam transferat universam, 'fateri' dixit, non 'indicare', ut ipse reus, non alieni facti testis esse dicatur.

714 1 SEQUERE HAC tamquam ad tormenta.

2 MODO AIT MODO NEGAT testis aut ab adversario convincitur falsitatis aut a se ipso, si variaverit dicta; ergo priora quia non potuerant convinci, ab inconstantia testis praesidium defensionis est inquisitum.

715 1 ORA ME hoc lentius, ut sit causa non saeviendi. 2 OBSECRO TE VERO PHAEDRIA bene 'vero', nam quia ille dixerat, ut simularet preces, hic anxius 'vere' addidit ostendens serio se rogare et ex animo, non ut ille iubebat, dolo. 3. I INTRO utrum 'intro' domum ad Phaedriam an ad Thaidem? Sed non oportet ad Thaidem intellegi ne celandarum rerum index teneatur.

716 1 OIEI apte σχετλιασμόν rusticum posuit utpote servi ac novicii. (*a*)

1 *a* et est deploratio ab eis sic dicta.

717 ACTUM EST SIQUIDEM hoc rursus clare, et sic dicit tamquam adhuc iratus eunucho suo.

716 2 ALIO PACTO HONESTE contra officium fuit mentiri docuisse servum et adfuisse mendacio liberalem adulescentulum, sed vide quemadmodum defendatur: dum se mentiri coactum dicit, con-

sulit honestati; hanc autem causam longae sermocinationis ad hoc inducit artifex poeta, ut apud omnes iam certum sit a Chaerea vitiatam virginem, ne ullo errore ulterius impediantur nuptiae vel finis fabulae differatur.

3 ALIO PACTO HONESTE nullo alio scilicet nisi per hanc fallaciam.

718 PARMENONIS ISTAM SCIO ESSE QUAM ME VIVERE deest 'magis', ut sit: magis scio quam me vivere.

719 INVENIAM HODIE POL PAREM hic iam προοικονομία ad futurum exitum fabulae est, nam dum se ulciscitur Pythias, fit indicium patri Chaereae et confirmantur nuptiae.

721 1 UTRUM TACEAMNE AN PRAEDICEM tertium παρέλκον, (*a*) 2 aut certe <τὸ> ἑξῆς, ut sit figura τμῆσις. 3 TU POL SI SAPIS QUOD SCIS NESCIS non possumus nescire, quod scimus; sed ita sane 'concordia discors' (Hor. Ep. 1. 12. 19. Lucan. 1. 98), Vergilius 'sequiturque sequentem' (Aen. 11. 695).

1 *a* abundat enim aut 'utrum' aut 'me'.

722 1 DE EUNUCHO quod fuerit.

721 4 TU POL S. S. Q. S. N. videamus, cur nolit poeta de vitio virginis continuo scire Thaidem. Utrum ne improviso malo vehementius commoveatur ac doleat? an ut ex eiusdem virginis habitu vultuque ista cognoscat, quod est actuosius? an, quod proximum vero est, ut illam et Thais et frater ignorantes vitiatam animosius adversum militem defendant repetitum eam venientem cum tanto strepitu ac minis? Nam quo ore praeterea diceret Thais Chremeti de sororis pudore sollicito 'educata ita ut teque illaque dignum est', si sciret illam virginem non esse?

722 3 QUOD SCIS NESCIS DE EUNUCHO in Heautontimorumeno 'nescis quod scis, Dromo, si sapis' (v. 748); et hoc est quod κακόζηλον dicitur.

2 DE EUNUCHO quod Chaerea sit, non eunuchus. 4 QUOD S. N. proverbiale est et multum apud διαλεκτικούς tractatum, ut 'facio et non facio' et 'amicus sum et non sum' et 'audio et non audio' et cetera huiusmodi. 5 DE VITIO VIRGINIS quod iam mulier facta sit.

723 1 HAC RE ET TE OMNI TURBA EVOLVES causa quaesita cur ante iurgium cum milite Thais nesciat vitiatam virginem. 2 ET ILLI GRATUM FECERIS cui nisi virgini? cuius crimen et supra silentio texeris praesertim tacentis iniuriam suam et sic dolentis amissam virginitatem, ut nec confessionem calamitatis suae subire possit.

724 ID MODO DIC ABISSE DORUM 'id' pro 'hoc', subiunctivum pro praepositivo.

725 1 THAIS IAM ADERIT bene dixit: huic enim aderit Thais. 2 QUIA CUM INDE aliam ex alia causa supposuit. (*a*)

2 *a* quasi dicat 'video causam'.

5

727 1 ATAT DATA HERCLE VERBA MIHI SUNT VICIT VINUM hic semigravis inducitur vino Chremes priorum memor, titubans in praesentibus, ut fere adpoti solent. 2 ATAT 'atat' interiectio est paulatim percepti atque intellecti mali. 3 DATA VERBA fraus facta; 4 (DATA HERCLE VERBA) a milite an a meretrice, cuius iam pridem dolum malum in omni re suspectatus est? an magis a vino quasi captioso aliquo data verba sunt, quia bibere dulce est, ebrium fieri turpissimum? Adeo his quae sequuntur quasi subtilem fraudem ebrietatis inducit. Plautus de vino 'pedes captat primo, luctator dolosus est' (Pseud. 1251); Vergilius de uva idem 'temptatura pedes olim vincturaque linguam' (Ge. 2. 94).

728 2 QUAM VIDEBAR MIHI ESSE PULCHRE SOBRIUS nihil elegantius: non dixit 'videbar mihi tunc esse sobrius, sed ut hoc ipsum iam erroris esset ac vinolentiae, 'videbar mihi' inquit 'nimium sobrius'. 3 PULCHRE fortiter ac nimis.

1 AC DUM ACCUBABAM hic verba data sunt.

729 2 SATIS SUUM OFFICIUM FACIT bene: nec enim omnino non facit, nam hoc insaniae est, sed non satis facit quod est ebrietatis.

1 NEQUE PES ad incessum, NEQUE MENS ad facta et dicta.

730 1 QUIS EST EHEM PYTHIAS εἰρωνικῶς et satis miro exemplo mutatum credit, postquam ipse mutatus est. 2 QUANTO NUNC FORMOSIOR VIDERE MIHI QUAM DUDUM hoc multum Academicos iuvat, qui aiunt, prout habiti fuerimus atque affecti, ita nobis aliud atque aliud videri et ideo nihil certi comprehendi posse.

731 1 CERTE TU QUIDEM POL et 'certe' et 'pol' haec dixit, ut appareret hanc vere loqui quae sobria est, illum vero ex vino falli.

2 Et honorifice atque ut sobria non dixit 'temulentior', 'lascivior'.

732 1 VERBUM HERCLE hoc id est proverbium, ut in Andria 'verum illud verbum est, vulgo quod dici solet' (v. 426). 2 SINE

CERERE ET LIBERO FRIGET VENUS hoc si ad sententiam revoces non conveniet ebrio, si ad petulantiam, quam scite dictum est! nam et improbior factus est et, cum tropice locutus sit, tamen ordinem naturalem servavit; (*a*) 'friget' autem, quia omnis huiuscemodi voluptas in calore sanguinis constituta est, qui his rebus alitur. 3 Et 'friget' proprie non adhaeret, translatum enim est hoc proverbium a picatione vasorum, quae frigida picem non tenent, cum alia multo meliora sint ad usum frigida, ut ferrum, aurum et argentum et cetera huiuscemodi. (*a*) 4 Et vide tres μετωνυμίας: Cererem, Liberum, Venerem.

2 *a* nam primum cibus, deinde potus, postremo libido veneria. 3 *a* nam sic alibi ait 'ubi friget huc evasit' (v. 517).

733 SED THAIS MULTO ANTE VENIT interrogative pronuntiandum est; et scias de his esse interrogationibus hanc ipsam, in quibus ita quaerimus, ut quod interrogatur responsuri nobis ipsi nescire videantur.

734 1 IAMDUDUM AETATEM quia 'iamdudum' infinitae morae est, addidit 'aetatem', (*a*) 2 (*a*) ut Lucilius 'ut multos mensesque diesque, non tamen aetatem' (v. 37 Marx).

1 *a* ut ostenderet multum abiisse temporis, ut factum est. 2 *a* IAMDUDUM AETATEM pro longinquo tempore. 3 AETATEM diu longoque et prolixo tempore, ut est aetas; nam sic dicimus de die et dieculam, aliquantulam moram.

735 1 NIHIL DIXIT UT SEQUERERE SESE PRO non; Vergilius 'deponunt animos nil m. l. egentes' (Aen. 5. 751). 2 NIHIL NISI ABIENS MIHI INNUIT apparet et quasi iratam, discessisse Thaidem a milite et tamen sic iratam ut illi ira consilium non ademerit: 'innuit' inquit 'cum abiret'.

736 1 EHO NONNE ID SAT ERAT adeo simplex hic inducitur adulescens, ut a Pythia reprehendi possit. (*a*) 2 SED NESCIEBAM ID DICERE ILLAM 'dicere' pro velle significare; sic alibi 'quasi tu dices factum id consilio meo' (An. 502). 3 NISI QUIA CORREXIT MILES QUOD INTELLEXI MINUS hoc videtur sapientius et facetius dici quam ab ebrio rustico adulescentulo debuisset. Hoc vitium tunc fit, cum ingenium suum poetae in personas conferunt.

1 *a* Nam quid opus fuit dicere si innuit?

737 QUOD INTELLEXI MINUS verisimile hunc tantum extrusum, non etiam vapulasse, quia miles magis Thaidi quam huic irascitur.

738 1 MIROR UBI EGO HUIC ANTEVERTERIM 'ubi' in qua parte viae. 2 HUIC A. hanc praecesserim.

6.

739 1 CREDO EQUIDEM ILLUM IAM ADFUTURUM vides, ut ex ipsis apparet verbis, quam concita et recens a litigio Thais veniat; itaque nec nominat militem aut virginem, sed pronomine utrumque significat quasi in medio constituta negotio. 2 ADFUTURUM ESSE cum [1]) vidi adventurum, ut 'adfuit et Mnestheus' (Aen. 10. 143). 3 SINE VENIAT cui dicit 'sine'? nulli sed comminantis est, ut 'sine modo' (v. 65).

740 1 ATQUE SI ILLAM DIGITULO ATTIGERIT UNO moris <est> comminantium ad exiguum revocare commissa, quae se ulturos praedicent. 2 OCULI ILICO EFFODIENTUR et femineae minae sunt et in libidinosos quam maxime, (*a*) sic et alibi 'ut ego illi facile in oculos involem venefico!' (v. 648); in oculos autem maxime saevire feminas et tragoediae fere et comoediae protestantur.

2 *a* nam hunc amatorem esse suspicatur virginis.

741 2 *Et* cito ostendit, quae sit amicitia militis: 'ineptias' inquit et 'magnifica verba'.

1 USQUE ADEO EGO ILLIUS FERRE POSSUM INEPTIAS ET MAGNIFICA VERBA non dixit 'usque adeo illum possum amare', sed quam insuavis iam diu sit, ostendit dicendo 'ferre possum'.

742 1 VERBA DUM SINT hoc est: quae vim non admisceant. 2 QUAE SI AD REM CONFERENTUR VAPULABIT si discesserit a verbis et rem experiri volet, vapulabit.

3 Et bona locutio, ut si dicas: verba ad rem contulit, hoc est: agere quod dicebat aggressus est.

745 AD ME QUID QUASI ISTUC et rusticus et timidus et pudens commotus est meretriculae dicto.

746 1 HAEC ATQUE HUIUSMODI SUM PASSA MULTA facunde meretrix et haec imputat adulescenti quae vidit et alia quibus non interfuit. 2 REDDERE AC RESTITUERE proprie r e d d i t u r cupientibus, ut domino servus, r e s t i t u i t u r cupiens, ut patriae civis, et

---

[1]) Wessn. corr. 'eum'.

redditur et restituitur <cupientibus> cupiens, ut parentibus filius.

3 Ergo in hoc utrumque est: et reddi et restitui.

747 HEM extimuit adulescens, quod sororem suam in domo meretricis esse audivit, cui rei occurrit Thais statim.

748 2 EDUCTA ITA UT TEQUE ILLAQUE EST DIGNUM bene purgavit quod ex quaestu meretricio exspectabatur: non, inquit, ut me dignum est, apud me est. 3 QUID AIS recte, quia mirum apud meretricem liberaliter <hanc esse eductam>.

1 EDUCTA subauditur 'est domi apud me'.

749 2 NEQUE REPETO PRO ILLA QUICQUAM ABS TE PRETII ex eo quod potuit iure facere, beneficium demonstravit oratorie, dicens se non esse facturam.

1 HANC TIBI DONO DO melius dixit quam 'dono', ut dominus potior sit vel deus.

750 ET HABETUR ET REFERTUR THAIS qui habet apud se gratiam, nondum rettulit; rettulit qui destitit habere (*a*); quem sensum transtulit Sallustius in bellum Iugurthinum (110. 4) 'arma pecuniam sume utere, et quoad vixeris, numquam tibi redditam gratiam putaris: semper apud me integra erit.'

a multum ergo hic dixit: et habituiri gratiam et restituiri tamen.

751 1 NE PRIUS QUAM HANC ACCIPIAS A. C. hoc in comoedia licet more vulgi dicere; ceterum non potest amitti quod nondum acceptum est.

2 An quia iamdudum sumptum est?

752 NAM HAEC EA EST QUAM MILES CETT. non ad terrendum, sed ad parandum animum adulescentis haec dixit, quem audacem putat aliter ac res ipsa est; nam mox Thais mutabit orationem et dicet 'quicum res tibi est, peregrinus est, minus potens quam tu cett.' (v. 759 sq.).

753 CUM MONUMENTIS haec sunt, quae Graeci dicunt *σπάϱγανα*.

754 1 VIDEN TU ILLUM THAIS longe videre timoris est indicium. 2 UBI SITA est trepidantes personas miscuit. 3 IN RISCO cista pelle contecta; nomen Phrygium.

755 QUANTAS COPIAS ADDUCERE proprie dixit 'copias', nam sic dicuntur legiones in unum collectae. (*a*)

a Convenit tamen rudi et rustico adulescenti sex homines

'copias' dicere: militem, parasitum, Donacem, Syriscum, Simalionem, Sangam.

756 1 NUM FORMIDULOSUS OBSECRO ES M. H. 'formidulosus' et terribilis et timidus intellegitur. 2 APAGE SIS Plautus in Trinummo 'apage amor'. (v. 257).

758 1 ATQUE ITA OPUS EST ut minus formidulosus sis. 2 METUO QUALEM ME H. E. videtur ebrius factus hic Chremes iam etiam displicere nolle mulieri. (*a*)

1 *a* nam idcirco fatetur se timere malam de se opinionem Thaidis. 3 Et METUO QUALEM nove dixit pro 'metuo ne ignores'.

759 1 PEREGRINUS EST MINUS POTENS QUAM TU ipsa nunc eloquitur, quid efficiatur ex eo quod ait 'peregrinus est'.

2 * MINUS P. Q. T. bene sic dixit, quia tardum fuit dicere 'ille impotens, tu potens' etc.

761 1 SED TU QUOD CAVERE P. S. A. E. ostendere vult Terentius plures sententias ad timiditatem congruere quam ad audaciam: nam mox dicturus est 'omnia prius experiri quam a. s. d.' (v. 789), quia ex providentia timor, ex audacia temeritas provenit. 2 <STULTUM ADMITTERE EST> stultum est fieri sinere.

3 * Et melius dixit quam 'pati': hoc generale est; nam nunc 'admittere' pati fieri significat.

762 1 MALO EGO NOS PROSPICERE pro 'cavere ne fiat'. (*a*)

1 *a* * id est prospicere et cavere: ab eo quod praecedit id quod sequitur. 2 ACCEPTA INIURIA hic causa ostenditur, cur illud malit.

763 1 TU ABI ATQUE O. O. I. pavidi consilium nihil aliud continet praeter claustra et fugam. (*a*) 2 DUM EGO H. TRANSCURRO A. F. 'transcurro' dixit non 'curro', ut proximitatem fori ostenderet.

1 *a* nam sera est claustrum ianuae.

764 1 VOLO EGO A. quasi minus timeat, 'cupio' non inquit sed 'volo'. 2 IN TURBA HAC vide timidum turbam appellare, in qua mulier non timet.

765 1 MELIUS EST fugae occasionem hic cupit dari. 2 MANE hoc gestu iam adiuvatur. 3 OMITTE IAM A. ex huius [1]) verbis apparet etiam manu comprehensum esse adulescentem; 4 (O. I. A.) quia causam probari non videt, celeritatem redeundi pollicetur. 5 NIHIL OPUS EST ISTIS 'istis' utrum advocatis au 'istis' omnibus quae dixisti? ut Vergilius 'aut quid petis istis'? (Aen. 9. 94).

---

[1]) Hodie haec verba dividuntur inter Thaidem et Chremem.

766 2 ET TE PARVAM VIRGINEM AMISISSE haec omnia sic pronuntianda sunt, ut et iusta et factu facilia demonstrentur.

1 HOC MODO DIC SORORENM CETT. ordine exsequitur: primo utrum personam habeat, 'dic sororem' inquit 'illam esse tuam'; utrum negotium habeat, 'et te parvam v. a.'; cur hodie agat, 'nunc cognosce', et unde probet 'signa ostende'.

768 SI VIM F. IN IUS D. H. recte, quia violento civiliter resisti solet.

769 1 FAC ANIMO HAEC PRAESENTI DICAS haec non dicerentur a Thaide, nisi in illius vultu pavor nimius appareret. 2 FACIAM adiuvandum pronuntiatione est 'faciam' timide dictum. 3 ATTOLLE PALLIUM ex huius verbis Chremetis animum demonstravit nimium liberaliter pavidi adulescentuli'.

4 * ATTOLLE PALLIUM vel quia simplex est vel quia ebrius, trahit pallium Chremes.

770 PERII HUIC IPSI EST OPUS PATRONO Q. D. P. haec meretricis querela rudem adulescentulum magis et honeste natum quam culpandum esse demonstrat.

7.

771 1 HANCINE EGO UT CONTUMELIAM CETT. hic rursus inepti vanitas militis demonstratur ad amicam tamquam ad hostilem exercitum pergentis irritato animo, concito cursu, undanti chlamyde, trepidi et quatientis caput. 3 CONTUMELIAM proprie et ut miles; Sallustius 'ne quam contumeliam' (Iug. 58. 2). 4 IN ME ACCIPIAM Gnatho apparet Gnathonem dehortatorem esse certaminis et ad pocula militem provocare, maxime cum videat persuasisse ista consilia (v. 435 sq.), ut hoc certamen moveretur.

2 * Et haec verba pro hortatu imperatoris accipienda sunt, quandoquidem omnia de exercitu transferuntur.

772 1 MORI ME SATIUS EST ridicula praesumptio tamquam adversus meretricem <iurgia> numquam Thraso sumere ausurus esset nisi morte proposita; ergo velut mortis contemptu opus est ad tale proelium [1]).

2 * MORI M. S. E. tamquam aliter miles adversus mulierem audere non posset, vel quia nihil vel quia amator. 3 MORI M. S. E. quasi ille sibi dicat vel molestum esse certamen vel amicam non esse laedendam.

---

[1]) Vide quae de hoc scholio scripsi in praefatione.

771 5 * INSIGNEM et 'insignem' ut miles dixit, quia insignia armorum sunt.

772 4 SIMALIO et hoc concite pronuntiandum. 5 SEQUIMINI huiusmodi militia per tumultum repente suscipitur et dicitur evocatio, ubi dux alloquitur cives 'qui rempublicam salvam vultis esse sequimini'! unde Vergilius sic ait 'desuetaque bello a. in arma vocat' et alibi 'ipse vocat pugnas' (Aen. 7. 693, 613).

773 1 PRIMUM AEDES EXPUGNABO debet hic esse vociferatio vana; ad hoc et verbum militis cum quodam motu ingenti et immanes minae sine ulla vi rerum; 2 et vana comminatio velle aedes expugnare, cum foris sit meretrix.

774 2 PULCHRE postquam non obtinuit quod volebat Gnatho (cf. 771. 4), assentatur ad omnia. Vide autem manifestam irrisionem ex ipso genere laudandi: nam quid est in aedium expugnatione recti? quid in virginis ereptione probitatis? quid in male mulcanda muliere pulchritudinis? sed hoc est quod supra de se ipso parasitus 'quicquid dicit laudo' (v. 251). 3 IN MEDIUM HUC AGMEN C. V. D. mire composita ad contemptum nomina legionariorum; nam Donax ab arundine nomen, veluti sit inanis et fragilis, Simalio a simio vel a simia derivatum est ob foeditatem oris vel nasi, Syriscus iam deminutivum est a Syro. 4 IN MEDIUM HUC ridicule satis armaturas leves non putat adversus Thaidem idoneas et ideo agmen cum vecti vult venire in medium.

1 * MALE MULCABO IPSAM vide ordinem belli: expugnatio moenium, recuperatio captarum rerum, poena praedonum. 4 An ideo 'cum vecti' quia ad expugnationem venitur aedium?

775 TU SIMALIO IN SINISTRUM TU SYRISCE IN DEXTRUM C. hic agmen instruitur; facetum autem est, cum a rebus magnis res ridiculae derivantur.

776 2 SANGA nec Sangarius, saltem ut nomen esset. 3 MANIPULUS FURUM proprie 'manipulus' milites centum Romani et Latini sub uno centurione, ex manipulo herbae, quem pro signo sequebantur; merito igitur centurionem videns manipulum desideravit. (*a*) 4 ECCUM ADEST pro se ac pro discipulis Sanga.

1 * CEDO ALIOS non 'reliquos' sed 'alios', quasi multi sint. 3 *a* hoc est cocum videns convivas desideravit, qui apparuerant quotiens cocus affuit, id est convivium instructum est; alii 'manipulos furum' coci discipulos putant dici.

777 1 QUID IGNAVE P. P. apparet cocum ad repentinum strepitum sic exisse, ut artem suam fuerat expediturus. 2 QUI ISTUM 'peniculum' scilicet.

778 IMPERATORIS VIRTUTEM NOVERAM ET VIM M. hoc plus habebit salis, si sic intellectum fuerit, ut Sanga uno et eodem tempore et quaerat quid dicat et respondeat tamen hoc fieri saepe.

1 EGONE IMP. V. N. haec causa est,

779 1 SINE SANGUINE HOC FIERI NON POSSE ἀπροσδοκήτως: quid igitur, si hoc sciebat? 2 QUI ABSTERGEREM VULNERA tamquam hoc fuerit auxilii genus. 3 QUI hoc est unde.

4 VULNERA quorum vulnera? utrum utriusque partis, an, quod magis ridiculum est, suorum?

780 1 SOLUS S. S. D. haec figura παρόμοιον dicitur. 2 SOLUS SANNIO SERVAT DOMUM ut 'sola mihi talis casus Cass. canebat' (Aen. 3. 183). 3 SOLUS S. S. D. pro remanet et observat; nam 'servat domum' rectum erat, non 'servat domi', si custodit intellegeretur. 5 QUI MALUM ALII 'malum' κατὰ παρένθεσιν suaviter infertur; Plautus in Epidico 'quae, malum, haec impudentia est?' (v. 710) et non interponitur 'malum' nisi conversis oculis ad eum, qui id quod reprehendimus dixerit.

4 * Vel SERVAT pro sedet et servat, ab eo quod sequitur id quod praecedit: nam non servat, nisi qui prius in eodem loco sederit. 6 MALUM interiectio nunc est.

781 1 POST PRINCIPIA magnifice ad risum commovendum, nam dicere debuit 'post vos', et hunc locum sibi optimum eligit ut timidus; 2 (POST P.) militare dictum est, et ambigunt multi, utrum in extremo agmine sit hic locus an in medio. 3 INDE OMNIBUS SIGNUM DABO tamquam non omnibus dari possit, si aliunde detur.

782 1 IPSE SIBI C. L. 'loco' simpliciter, quia 'post principia'.

2 An LOCO in loco, opportune, εὐκαίρως,, ut 'pecuniam in loco neglegere m. i. l.'? (Ad. 216). 3 An pro de loco?

783 1 IDEM HOC PYRRHUS F. irridet quidem poeta, verumtamen ostendit officium imperatoris hoc esse ne se in periculum proiciat; (*a*) 2 (*a*) Pyrrhus autem peritissimus strategematum fuit primusque, quemadmodum ea disciplina per calculos in tabula traderetur, ostendit.

1 *a* sic Sallustius 'et in poeliis actu promtus' (H. fr. 5. 4 M.).
2 *a* Et hoc totum non quasi in palliata, sed concessum poetis fuit.

784 NIMIRUM CONSILIUM ILLUD RECTUM EST DE OCCLUDENDIS AEDIBUS <'nimirum consilium> illud rectum est' et nova locutio et similis superiori 'nimirum dabit haec Thais mihi m. m.' (v. 508), pro sine dubio rectum est.

785 3 *Et* recte, nam dum obit terretur adulescens et aetate militis (*a*) et magnitudine (*b*), quae utraque in illo vana esse meretrix ut experta iam indicat; 'nebulo' autem vel inanis et vanus, vel mollis, ut nebula est, dicitur. 4 Et εἰρωνικῶς hoc dictum est: meretrix enim corripiens frustra metuentem Chremetem 'sane' inquit 'nimis consilium rectum est de occludendis aedibus'. 5 Et deest 'non est' ut sit: non est quod tibi nunc vir videatur esse hic: nebulo magnus est; sic et alibi 'si te in platea hac offendero posthac quod dicas mihi cett.' (v. 1064 sq.), ut sit: non est quod dicas mihi.

1 SANE QUOD TIBI NUNC VIR VIDEATUR ESSE HIC figurata locutio et praeterea ὑπερβάτῳ intermixta, nam hic ordo est: sane hic nebulo <est>: ne metuas. 2 An hic ordo erit et sensus, ut sit dictum: ne metuas: sane quod tibi vir videtur esse hic nebulo magnus est? 3 *a* quod iam vir est. *b* quod magnus corpore.

786 1 QUID VIDETUR non diceret miles si staret in sententia, sed iam videtur timore mutatus; 2 (Q. V.) dubitant a quo dictum sit 'quid videtur?' ego sane hoc militem puto dicere, quem paulatim <timor> a violentis atque acribus principiis ad torporem desidiamque perducit; nam primo ipse praecedit, utpote qui dicat 'sequimini' (v. 772); tum deinde, postquam propius ventum est, 'post principia' refert pedem (v. 781); post iam nihil ipse audet, sed quaerit consilium parasiti; denique ubi comminus res gerenda est, dixit 'mane' (v. 788) et continet irruentes; ad postremum diffisus nescit quid agat <et> ad parasitum spectans 'quid agimus?' inquit (v. 811). 3 FUNDAM TIBI NUNC mire parasitus, quia militem videt nolle vel non audere pugnare [1]), consilium formidulosum et aptum metuenti dedit, subtiliter tamen; nam funda pugnant, qui comminus non possunt, et ex occulto, qui non audent palam. 7 Sunt autem qui putant haec a Thaide ad Chremetem dici, sed male: non enim conveniunt ista meretricis dictis superioribus, nisi

---

[1]) Sic correxi pro 'vel non audet repugnare'.

quia movet me quod 'ex occulto' dicit: constat enim ei dudum videri militem et ipsum non vidisse, cum qua pugnaturus sit.

4 * Sed honesta causa: non 'quia timentur' inquit, sed 'ut fugiant', tamquam nisi hostes fugerint, non sit tutum accedere. 5 * FUNDAM TIBI non dixit 'hastam' aut 'lanceam' sed [sagittam] 'fundam', qua nimirum longe iactatur, ut ex hoc intervallo pavorem ostenderet non audentis accedere. 6 Et mire 'tibi', tamquam ipse parasitus nec hoc audeat.

787 1 UT ILLOS PROCUL EX OCCULTO meretricem cum suis, ut alibi ait 'hos prius introducam' (v. 492). 4 FACERENT FUGAM desiderat coniunctionem 'enim' ut sit: f. enim fugam.

2 FACERENT F. deest rursus 'ut' <ut sit: ut> facerent fugam. 3 Vel ἀσυνδέτως inlatum. 5 UT CAEDERES pro 'caedendo cogeres, <ut> facerent fugam'.

788 1 SED ECCAM THAIDEM IPSAM 'eccam' et 'ipsam' figura ἔμφασις. (*a*) 2 QUAM MOX IRRUIMUS hoc parasitus irridens militem dixit; 3 et irruere proprie dicuntur, qui cum furore proelium ineunt.

1 *a* quasi 'eccam' <causam> belli et 'ipsam' contra quam pugnandum est.

789 1 OMNIA PRIUS EXPERIRI QUAM A. S. D. animadverte, quantam vim habeant ad delectandum in comoediis severae sententiae cum ab ridiculis personis proferuntur; quale est apud Plautum ubi miles suam formam admirans ait 'nimia est miseria nimis pulchrum esse hominem' (Mil. v. 61). 2 QUAM ARMIS SAPIENTEM DECET ἀνακόλουθον pro 'quam arma'. 4 Et mire non dixit me sed 'sapientem'. (*a*)

3 Aut ἔλλειψις est, si subaudimus 'agere'. 4 *a* hoc enim est magis ridiculum.

790 2 IUBEAM velim, ut 'iubeo Chremetem '(An. 533). 3 DI VESTRAM FIDEM bona analogia: qui leviora landaverat, hic exclamare iam debet; et hoc est quod supra ait 'id rursum si negant, laudo id quoque' (v. 251), nam negat rursum male pugnandum esse qui superius retineri non poterat, quin in proelium vel moriturus irrueret.

1 * QUI SCIS AN QUAE IUBEAM CETT. et hoc mire: non 'velim' sed iubeam. 4 * DI V. F. CETT. mire egit personam admirantis per trinam apostropham: ad deos 'di vestram fidem!', ad se ipsum 'quanti est sapere', ad militem 'numquam accedo, quin abs te <abeam doctior>'.

791 1 NUMQUAM ACCEDO ridicule parasitus 'numquam accedo' dixit qui numquam recessit. 2 QUIN ABS T. A. D. nimis impudens assentatio, se fieri doctiorem ex militis sapientia.

792 1 THAIS PRIMUM HOC vide iam missam intentionem rapiendae virginis: non enim iam puellam sed pactum exigit, ut amator. 2 CUM TIBI DO indiligenter ut veteres pro 'cum tibi darem', sed miles loquitur.

793 QUID TUM POSTEA aut 'dixi' respondendum erat aut 'non dixi'; sed vide contumaciam meretricis in contemptionem personae militis: interrogantem interrogare maluit quam capi per inductionem.

794 1 ROGITAS contemptionis genus est in interrogantem. 2 QUAE MIHI ANTE OCULOS <CORAM> utrum significatur inepti militis dictum <an> 'ante oculos' minus est quam 'coram'?

3 ANTE O. C. potest 'ante oculos' et longe intellegi: 'coram' etiam proximitatem significat.

795 1 QUID CUM ILLO AGAS omnino meretrix non putat idoneum, cui reddenda sit ratio cuique se purget: adeo apud illam amicitiae eius pertaesum est: nam erant qui dicerent, si vellet militi reconciliari [1]). 2 ET CUM EO CLAM <TE> SUBDUXTI MIHI invidiose 'et cum eo', nam, ut supra legimus, exclusit Chremetem. 3 SUBDUXTI MIHI furtim subtraxisti; Vergilius 'et fidum c. s. e.' (Aen. 6. 524).

796 1 LIBUIT superbum et meretricium verbum; sic Cicero ait de Chelidone 'libentur ait se facturam' (Verr. 1. 138). 2 Huc redde 'huc redde' idioma est pro contumelia reposcentis; sic et in Hecyra 'renumeret dotem huc, eat' (v. 502).

3 NISI VI MAVIS ERIPI <deest> alterum 'si', ut sit: nisi si.

797 1 TIBI ILLAM REDDAT hic se primum interponit Chremes, ut adulescentulus potuit, iam fracto milite. 2 AUT TU ILLAM TANGAS OMNIUM ait utrumque Chremes; nam quia dixit, 'nisi tibi mavis eripi', ait, 'tu illam tangas?' <et> addidit 'omnium', et est ἀποσιώπησις secunda: sic autem loqui solent plus gestu quam verbis conciti.

798 1 QUID TU TIBI VIS recte: cum Thaide enim loquebatur, non cum hoc. 2 EGO NON TANGAM MEAM bene addidit 'meam': hinc enim probatur iniuste dictum 'tu illam tangas?' 3 TUAM AUTEM FURCIFER incongrue ut imperitus adulescens liberum servilibus convitiis exagitat.

---

[1]) Non intellego; corrigendum videtur: 'nam errant qui dicant <eam> velle se militi conciliari'. Cf. var. lectio.

799 1 CAVE SIS NESCIS CUI MALEDICIS NUNC VIRO animadverte parasitum neque tacere omnino, ne defuisse patrono videatur neque in aliena causa rixam in se transferre. 2 NON TU HINC ABIS hoc parasito, illud militi Chremes. 3 CAVE SIS quia imperativa verba velut contumeliosa sunt, addebant veteres 'sis', quod significat 'si vis'.

797 3 TIBI ILLAM R. A. T. I. magna vis in pronominibus et significatio est, ut 'cantando tu illum?' (Ecl. 3. 25).

800 SCIN TU 'non tu' parasito, 'scin tu' militi dicit.

801 1 FACIAM UT HUIUS LOCI D. M. S. MEMINERIS moris est magnas esse minas hominum meticulosorum; specta ergo, quam acriter timidus comminetur. 2 HUIUS L. D. M. S. M. 'loci' in quo caesus, 'diei' quo caesus, 'mei' a quo caesus.

802 1 MISERET ME TUI hic parasitus nunc quasi monitor Chremeti respondet. 2 QUI HUNC TANTUM HOMINEM FACIAS INIMICUM TIBI ne nunc quidem parasitus a militis assentatione discessit.

803 2 AIN VERO CANIS hoc verbo impudentibus inimicis convitium fieri solet; nam militare dictum est in hostem 'canis' et apud Homerum pro gravi contumelia in adversarium dicitur, velut in illo loco * * * *.

1 DIMINUAM EGO CAPUT TUUM HODIE NISI ABIS rusticius dixit 'caput tuum diminuam', quam si diceret 'diminuam tibi caput'.

804 QUIS TU HOMO ES Q. T. V. ἐπιτροχασμός figura est, ubi multa terribiliter interrogantur, ut 'state viri, quae causa viae? quive estis i. a.' (Aen. 9. 376).

805 1 SCIBIS non obsequenter sed figurate dicitur ab irato. 2 PRINCIPIO EAM ESSE DICO LIBERAM quo tollitur tuam videri. 3 SCIBIS et scies et scibis dicitur per productionem tertiae coniugationis. 6 CIVEM ATTICAM quo etiam negotium potest ei fieri, qui se pro domino gessit in civem. 7 HUI 'hem' et 'hui' et cetera id genus sannae sunt adversus eos, quibus irascimur.

4 PRINCIPIO EAM ESSE D. L. in tria divisit officium defensionis suae: in adsertoris 'principio eam esse dico liberam', 'in cognitoris 'civem atticam', in fratris 'meam sororem'. 5 Bonus ordo: libera, civis, nobilis.

806 1 MEAM SOROREM quo constat praesto esse defensionem puellae. 2 <OS DURUM> quasi ex omnibus hoc sit impudentius, quod et sororem suam dicat. 3 OS DURUM os impudens, ut con-

tra mollis frontis dicuntur, qui sunt reverentes. 4 NUNC ADEO EDICO TIBI NE superbe et quasi militi, nam edictum praetoris dicitur et imperatoris; 5 (MILES NUNC A. E. D.) et 'miles' de his officiis quae suo nomine contumeliosa sunt; sic in Adelphis 'delibera hoc, dum ego redeo, leno' (v. 196).

807 1 NE VIM FACIAS ULLAM IN ILLAM servavit praecepta meretricis adeo, ut meminerit 'si vim faciet, in ius ducito hominem' (v. 768). 2 EGO EO AD SOPHRONAM hoc lentius ad Thaidem.

809 1 PROHIBEBO INQUAM non satis exercitate adulescens totidem verbis dictum repetit militis. 2 AUDIN TU HIC FURTI SE ALLIGAT Gnatho occasionem finiendi litigii iamdudum quaerit ob desiderium mensae et cibi, et ideo quasi de iure consilium suggerit, hunc reum furti esse posse, qui paratus sit alienam rem suam dicere et id in iure profiteri; (*a*) 3 ergo 'furti se alligat' reum se efficit fraudis, nam μεταλημπτικῶς furtum pro omni dolo et fraude accipimus, (*a*) 'alligat' autem obstringit et inlaqueat et obnoxium facit; 4 (*a*) sic Vergilius insidias 'furta paro belli' (Aen. 11. 515), adulterium 'et dulcia furta' (Ge. 4. 346), omne malum factum 'quae quis apud superos, furto cett.' (Aen. 6. 586 sq.).

2 *a* hoc est apud praetorem. 3 *a* et iniuria. 4 *a* omne igitur quod fraude fit, furtum est. 5 Furtum duobus modis dicitur: uno, cum omne maleficium generaliter significatur, altero, cum res subrepta demonstratur; nunc ergo 'furti' maleficii.

810 1 SATIS HOC TIBI EST ad repetendam scilicet virginem Sumendamque in iure vindictam. 3 IDEM HOC TU AIS THAIS 'idem hoc' quod Chremes scilicet; et tamquam et ipsam circumventurus interrogat, quod illa intellegens malitiose <'quaere' inquit' qui respondeat'>. 4 QUAERE QUI RESPONDEAT satis contumeliose: illud enim quaeritur, quod difficile reperitur, ergo: non modo indignus es, inquit, cui ego respondeam, sed vix invenies qui te dignum responso iudicet.

2 * QUAERE QUI RESPONDEAT et contempsit interrogantem et indixit inimicitias, professione iracundiae cum dicit indignum militem.

811 1 QUID NUNC AGIMUS vide ut nunc evanuerit actio militis: (*a*) 3 ubi est illud quod ait 'primum aedis <etc.>?' (v. 773) sed vani impetus hunc exitum semper accipiunt. 4 QUIN REDEAMUS 'quin' modo 'immo'.

1 *a* * primo dixit 'omnia prius experiri' (v. 789), post 'idem hoc tu ais, Thais?' (v. 810), postremo 'quid nunc agimus?' 2 et 'quid agimus consilium quaerentis est, 'quid nunc agimus' languidi atque defessi'. 5 Non 'abeamus' inquit sed 'redeamus', ut irritos conatus verbo ostenderet.

812 CREDIN ex parte consentit, qui sic interrogat.

2 CREDIN credere dubitantis est, certum esse fidentis.

813 1 NOLUNT UBI <VELIS UBI> NOLIS CUPIUNT ULTRO plus intulit spei non revocando verbum quod exspectabatur, hoc est 'volunt', sed 'cupiunt'. 3 BENE PUTAS hoc est recte putas: sapis vel intellegis, Vergilius 'multa putans s. a. m. i.' (Aen. 6. 332).

2 Ergo variavit: non enim intulit 'volunt ultro'. 4 Vel conicis. 5 Vel PUTAS disputas. 6 Vel PUTAS cogitas.

814 1 IAM DIMITTO E. dimitti exercitus dicitur vel pace facta vel vexatis hostibus: ridicula ergo magnificentia dictorum est, cum sint facta deformia. 2 SANGA ITA UT CETT. mire in cocum, qui focum curat in domo, quia milites hi fortiter pugnant, qui sunt memores domorum; 5 ergo vide quam utrumque comicum, ad ineundum proelium resque bellicas Donax primus est (v. 774), ad res domesticas Sanga, qui cocus est.

815 1 DOMI FOCIQUE F. V. U. M. 'domi focique' <quia> vicissim domi vicissim foci ministerium satagebat; 2 et 'domi' genetivus est: Caecilius 'decora domi' (fr. 34 Ribb.) Plautus 'quamquam domi cupio opperiar tamen' (Trin. v. 842).

816 1 IAM DUDUM ANIMUS EST IN PATINIS hic aperuit causam poeta, cur et invitus Gnatho iret ad litem et libens domum redeat. 2 FRUGI ES 'frugi' utilis ac necessarius, a frugibus, quae quod his fruamur, ita dictae sunt; (*a*) 3 frui autem est vesci, a frumine, quae est summa pars gulae; quare etiam his, quae cibo poculoque non sunt, frui dicitur καταχρηστικῶς, ut rebus veneriis et delectatione odoris, visus, auditus.

2 *a* unde fructus et frumentum.

V

1.

817 1 PERGIN SCELESTA MECUM PERPLEXE LOQUI nunc demum virgo vitiata esse cognoscitur a Thaide, opportune, postquam magnopere et defensa est et retenta; nam statim consequentur nuptiae eius et Chaereae, qui illam vitiavit. 2 PERPLEXE LOQUI ideo 'perplexe', quia statuerat vitium celare virginis.

818 1 SCIO NESCIO A. A. mire ex dictis omnibus pauca excerpens et ostendit, quid dixerit perplexe, et stomachum saevientis expressit dominae: 'scio' flere puellam, 'nescio' vitiatam, 'abiit' eunuchus, 'audivi' hoc admissum, 'ego non adfui' hoc cum fieret. 2 Acriter iratorum est repetere quae proxime dixerint, quibus irascuntur, ut 'en ego victa situ v. e. s.' (Aen. 7. 452, cf. 440).

819 NON TU ISTUC CETT. non est haec interrogatio.

820 1 VIRGO CONSCISSA VESTE L. OBTICET haec omnia rixam significarent, nisi obticeret. 2 Tacemus consilia, ut 'nec tacui demens' etc. (Aen. 2. 94), reticemus dolores, ut 'ne retice, ne verere' (Heaut. 85), obticemus quorum pudet, ut in Phormione 'hem, quid nunc obtices?' (v. 991).

821 2 QUAM OB REM Q. F. E. TACES haec ἀσύνδετα instantis dominae vultum habitumque demonstrant.

1 EUNUCHUS ABIIT quia nescit causam non 'fugit' dixit sed 'abiit' nec 'Chaerea' sed 'eunuchus'.

823 1 [QUIS FUIT IGITUR] [1]) haec cunctative pronuntianda sunt, quia aut invita indicat aut dubitat de nomine ignoti aut trepidat per timorem, ut non videatur adfuisse vel scisse, cum fieret, aut <ostendat>, quam non libenter dicat eius nomen cui irascitur.

2 * Sed ego agnosco ancillarum consuetudinem, quod obliviosae sunt dominarum [2]).

824 2 ISTE EPHEBUS cito ostendit, cur <sit> iste eunuchus creditus.

---

[1]) Lemma est 'Iste, Chaerea'.

[2]) Corrigo 'nominum'.

1 EPHEBUS ISTE ephebi nomen ad aetatem rettulit, non ad facinus commissum.

825 1 QUID AIS VENEFICA redit rursus ad iracundiam; 2 aptum convitium et comicum in ancillas 'venefica', 'lupa', 'vipera' (Iuven. 6. 641), 'excetra' (Plauti Pseud. v. 218) et infra 'sacrilega' (v. 829).

826 QUID IS OBSECRO AD NOS non rogantis est 'obsecro', sed dolentis.

827 NISI AMASSE CREDO P. deest 'quod', ut sit: nisi quod.

829 NUM ID LACRIMAT V. ut supra 'id vero serio triumphat' (v. 393). (*a*) 2 ID OPINOR callide Pythias 'opinor' dixit, cum sciat. 3 QUID AIS SACRILEGA αὔξησις: primo 'scelesta', deinde 'venefica', postremo 'sacrilega' (cf. 817, 825).

1 *a* pro ob id.

830 1 ISTUCINE INTERMINATA SUM satis moraliter, 2 (I. I. S.) pro: non hoc tibi comminata sum? 3 (I. I. S. H. A. T.) apparet haec post scaenam esse mandata; nam supra non meminit, sed dixerat tantum 'hos prius introducam et quae volo simul imperabo, p. h. c. e.' (v. 492).

831 1 QUID FACEREM ITA UT TU I. S. C. EST dixerat enim Chaerea 'edicit ne vir quisquam cett.' (v. 578). 2 IUSTI συγκοπή metaplasmus pro 'iussisti'.

832 1 SCELESTA OVEM LUPO COMMISISTI bene dilatum tot occasionibus proverbium personae Thaidis adscriptum est; continet enim in se et femineam reverentiam <et> meretricium sensum; (2) reditque rursus ad minora convitia quia videt se esse convictam. (*a*)

2 *a* et est proverbium 'ovem lupo commisisti'.

833 1 SIC MIHI DATA ESSE VERBA videtur plura fuisse dictura nisi superveniret Chaerea. 2 QUID ILLUC HOMINIS E. per genetivum casum iniuriose dicitur, per nominativum honorifice. 3 QUID I. H. E. non continuo agnoscit hunc meretrix, quia etsi adhuc veste eunuchi indutus est, attamen exuit spadonis incessum vultumque mutavit et praeter vestem totus in Chaeream rediit.

834 1 ERA MEA TACE O. blande ac puellariter arridet. 2 TACE non silentium indicentis est, sed securam facientis, ut 'tace egomet conveniam ipsum' (Ad. 209).

835 HABEMUS HOMINEM I. mire 'hominem' dixit ut reum.

836 1 IUBE COMPREHENDI QUANTUM POTEST pro 'comprehende': τὸ iube enim *velis* significat.

2 Et QUANTUM POTEST deest 'cito'.

837 2 QUID FACIAS ROGAS moraliter expressit puellae stupentis verba et non habentis quid respondeat ad ea, quae dicta sunt.

1 QUID ILLO FACIEMUS 'comprehenso' subauditur.

838 VIDE AMABO SI NON CETT. mire ab eo, quod respondere coeperat, ad aliud transit mirata confidentiam Chaereae: is est an non est?

839 TUM QUAE EIUS C. E. non est impudens, inquit, non est nisi similis impudenti; sic alibi 'veritas inest in vultu a. i. v. f.' (An. 857).

2.

840 1 APUD ANTIPHONEM V. M. ET P. rediens in viciniam suam causas reddit Chaerea, cur non mutaverit vestem; oportuit autem etiam Chaerea [1]) argumenti fuit non mutasse, ut eum videret meretrix cum turpi habitu incedentem ut reum vitiatae virginis. 2 APUD A. V. M. E. P. '<apud> Antiphonem' dixit pro '<in> domo eius'. 3 Uterque mater et pater non *uterque pater* et *utraque mater*, sed *uterque parens*.

3 *a* quia 'mater et pater'.

841 1 QUASI DEDITA O. D. E. non tam mirum si domi erant, sed illud magis mirum, quod in ea domus parte, qua in aedes introeundum erat adulescentulo.

2 UT NULLO MODO INTROIRE POSSEM superius causa continetur cur non mutaverit vestem, inferius autem, cur huc redierit.

842 QUIN modo quominus.

843 1 DUM ANTE OSTIUM S. Antiphonis scilicet. 2 NOTUS MIHI QUIDAM OBVIAM VENIT *qui me possit agnoscere* (*a*).

2 *a* vel *qui me noverit*, id est amicus.

844 QUANTUM QUEO deest 'velociter'.

845 IN ANGIPORTUM QUODDAM vide non illum vitasse sub una clausula bis 'in' dicere: 'in pedes' 'in angiportum'. 2 ANGIPORTUM sic dicebant vicum non pervium via publica.

---

[1]) Locus corruptus. Wessn. correxit 'et iam e re'. Vide adn. ad h. v.

3 DESERTUM INDE deest ‘fugiens.’

846 1 ITA MISERRIMUS FUI P. id est: fatigatus, lassus et languidus sum, dum fugio: 2 et honesta locutio, ut miser amando, miser curando.

847 NEQUIS ME COGNOSCERET pro ‘agnosceret’ nota improprie dictum.

848 1 SED ESTNE HAEC THAIS iampridem visus ipse nunc primum videt. 2 HAEREO incertus remaneo atque defigor; primus metus adimit consilium, sed recogitatio reddit confidentiam.

849 1 HEM QUID MEA AUTEM QUID F. M. collegit se rursus ad impudentiam Chaerea. 3 *Et* ἐλλειπτικῶς <‘quid mea autem?’> 4 QUID MEA AUTEM QUID F. M. opportune se confirmavit, quia si extimuisset confugissetque, nihil nuptiae promoverentur.

2 Et vide si non eadem est audacia in Chaerea, quae in suscipiendo facinore fuit.

850 2 *Et* hic magna occasio datur meretrici adeundi adulescentis, qui habitum non mutavit et adhuc quasi eunuchus et servus est. 3 RONE VIR D S. maior obiurgatio est per hanc dissimulationem Thaidis adversum Chaeream, quam si illum id quod est appellet.

1 BONE VIR DORE hoc totum figurate dicit ut meretrix et subtiliter; nam scit Chaeream esse quem alloquitur, non eunuchum.

851 1 ERA FACTUM non potuit subtilius respondere Chaerea, quam accommodare se interroganti.

2 SATIN HOC TIBI PLACET hoc potest et non figurate dici sed aperte.

852 UNAM HANC NOXIAM A. trisyllabo nomine ‘noxiam’ dixit quasi noxam; alibi aliter ‘dominam esse extra noxam’ (Heaut. 291).

853 1 SI ALIAM A V. O. verba servorum, quibus nihil horribile est praeter praesentes plagas. 3 Et illa quasi cheree dixerat adhinc irrisor ut fugitivus [1]).

2 * Et non ‘caedito’ sed ‘occidito’.

854 NUM MEAM SAEVITIAM VERITUS fugeres [2]).

855 HANC METUI NE ME perfecte imitatus est verba fugitivorum, quae apud dominos faciunt comprehensi.

857 VIRGINEM VITIARE C. bene intulit ‘civem’ quod plus est quam ‘virginem vitiare’: αὔξησις gradatim facta.

---

[1]) In libro s. l. p. 86 locum corruptissimum sic corrigendum esse suspicatus sum: ‘illa (i. e. v. 852: credin te i. h.) <Thais> quasi <ingenuo> Chaereae dixerat. at hic irrisor <respondet> ut fugitivus’.

[2]) Corrigendum videtur ‘ut fugeres’.

858 CONSERVAM ESSE CREDIDI locus erat ut diceret 'servam esse credidi'; sed admirabiliter 'conservam' dixit; 2 et hoc ipsum miserabiliter pronuntiandum est; tamquam <eam aliam> crediderit atque erat et quasi conservam debuerit [1] vitiare.

859 1 CONSERVAM opportune stomachatur Pythias facta mentione conservae. 2 VIX ME CONTINEO QUIN INV. IN CA. minae istae proprie feminarum sunt et in se et in alios unguibus saevientium, ut 'unguibus ora soror f. et p. p.' (Aen. 4. 673); 4 ergo hoc gestu et digito et motu corporis est adiuvandum. 5 INVOLEM IN C. apparet more veterum intonsum esse.

3 Sed 'involem' ab avibus tractum est ut apud Vergilium 'praedam pedibus circumvolat uncis' (Aen. 3 233).

860 ETIAM ULTRO DERISUM A. mire nunc addit ad accusationem quod non fugerit saltem.

861 QUID ITA VERO [DEBEAM] 'abeam' subauditur; 'vero' autem εἰρωνικῶς pronuntiandum est. 2 <DEBEAM> sane debere dicimur poenas pro iniuria ei, cui iniuriam fecerimus: quas se non debituram Chaereae ut furcifero dicit Pythias, si illi caedem intulerit in servili habitu constituto.

862 SI ID FECERIM si involaverim in capillum eius.

864 1 MISSA HAEC FACIAMUS quae? haec scilicet iocularia et futilia. 2 NON TE DIGNUM CHAEREA FECISTI artificiose meretrix ab eo quod licuit ad id quod oportuit transit, nec tractat quid sit legitimum, sed quid sit honestum; itaque totam illam partem facti accusandi omittit et ab accidentibus personae adulescentis obiurgat: scit enim uno verbo obstari posse 'licuit mihi', in domo meretricia scilicet, contra meretricem, ne videatur irrationabilis audacia ingenui a poeta inducta esse. 4 Mira accusatio mixta laudi et blandimento.

NON TE D. C. F. 'dignum' pro 'digne', aut deest 'facinus', ut sit: non te dignum facinus fecisti.

865 1 NAM SI EGO deest 'et', ut sit: etsi; et est ordo: nam etsi maxime; 2 Et bene additum 'maxime', ut appareat, etsi digna sit pati meretrix, non tamen maxime dignam Thaidem.

866 AT TU INDIGNUS QUI FACERES TAMEN recte dixit, quattuor enim sunt modi in eiusmodi rebus, ita ut aut uterque dignus sit aut uterque indignus aut altero digno alter indignus aut contra.

---

[1] Corrige 'decuerit'.

867 1 NEQUE EDEPOL QUID NUNC C. C. S. intellegit Thais amari virginem ab hoc et ideo sic ait, ut conciliet nuptias, nam satis signi est quod eunuchi habitum propter hanc sumpsit; 2 et vide quemadmodum ad captionem nuptiarum res eant: quod tamen dicere non audet Thais, sed tantum ostendit adulescenti, quem temptat sciens, et ostendit viam petendae sibi uxoris.

871 HOC MIHI BENEFICIUM CHAEREA blande nomen repetitum est 'Chaerea'.

872 AT NUNC DEHINC SPERO nunciam Chaerea vera veris <repens—> at <ac> recedit a iocularibus.

873 1 SAEPE EX HUIUSMODI RE hoc est turbulenta. 2 QUAPIAM quacumque vel aliqua.

875 1 QUID SI HOC QUISPIAM V. D. pleraque repentinis impulsionibus nata mirisque proventibus deo adscribi solent ut 'descendo ac ducente deo f. i. et h. e.' et 'hinc me digressum v. deus appulit oris' (Aen. 2. 632, 3. 715) et Sallustius 'ut tanta repente mutatio non sine deo videretur' (H. fr. 4.60 M.).

2 QUID S. H. Q. V. D. vult amorem intellegi deum.

876 1 EQUIDEM POL IN EAM PARTEM ACCIPIOQUE ET VOLO ut aeterna inter nos sit gratia et ex malo principio confletur magna familiaritas. 2 ET VOLO 'evenire' subauditur, et est σύλλημψις tertia.

877 1 IMMO ITA QUAESO utrum meretricem an deos quaeso? utrumque enim accipi potest.

2 An 'quaeso unum hoc scito'?

878 SCIO unde sciat Thais inepte quaeritur, cum ipsa res clamet numquam hanc condicionem, ut pro serva se fingeret, subiturum Chaeream sine amoris impulsu.

879 NUNC IGNOSCO TIBI quod culpa non sit hominis sed amoris.

880 NON ADEO INHUMANO INGENIO non tantum, quantum putas; ut Vergilius 'non obtusa adeo gestamus pectora Poeni' (1. 597).

881 2 *Et* 'neque tam imperita' inquit, quasi dicat, neque tam pudica sum, ut quid amor valeat nesciam.

1 NEQUE TAM IMPERITA UT QUID AMOR V. N. 'non inhumano' quia homo, 'non imperita' quia meretrix.

882 TE QUOQUE IAM THAIS bene 'quoque': non enim iam hanc ita amat, ut illam neglegat, sed hanc illius causa.

883 POL TIBI AB ISTO E. C. INTELLEGO facete, tamquam qui soleat capillum ac vestem conscindere, quam amaverit.

884 1 NON AUSIM pro 'non audebo', et est verbum huius temporis tantum. 2 NON AUSIM utrum propter aetatem an potius propter fratrem Phaedriam? 3 NIHIL QUICQUAM *παρέλκον* quartum. 5 DESINAS pro eo quod est 'desine'. (*a*).

4 Aut 'nihil' pro n o n. 5 *a* aut deest 'fac', ut sit: fac desinas.

886 1 EGO ME TUAE COMMENDO ET COMMITTO FIDEI satis amatorie, ut appareat nunc maxime captum Chaeream ac mancipatum virgini. 2 COMMENDO ET C. F. commendamus nos c o g n i t i s, committimus i g n o t i s: ergo *αὔξησις* est maioris officii fideique circa Thaidem.

887 TE MIHI PATRONAM CAPIO 'te' adiectum vim habet <et> ex animo supplicantis habitum adulescentis ostendit.

888 EMORIAR SI NON HANC V. D. vide <an ex> animo iuraverit, cui in ipso flore nihil dulcius vita est.

889 1 TAMEN SI PATER *ἔλλειψις*, 2 vel *ἀποσιώπησις* secunda. 3 AH QUID VOLET CERTE SCIO 'ah, quid?' deest 'dicat'; et ista omnia ad confirmationem valent.

890 1 CIVIS MODO HAEC SIT mire id in votum conversum est, quod timere potuit non ducturus uxorem. 2 PAULULUM OPPERIRIER SI VIS IAM F. I. H. A. V. adeo cito probari potest.

894 EGO VERO 'vero' modo consentientis est adverbium, alias confirmantis, alias coniunctio est, alias particula ironiam iuvans, ut Vergilius 'egregiam vero laudem et s., (Aen. 4. 93).

895 DOMI POTIUS OPPERIAMUR QUAM H. A. O. non ignara illecebrarum meretrix non solum retinet Chaeream, verum etiam vocat ubi virgo est, et satis callide interrogat an velit, quasi nesciat velle.

896 IMMO PERCUPIO amatorie non 'volo' sed 'percupio'.

897 1 HUNC TU IN AEDES pronomen in his plus volet quam accusatio. 2 HUNC T. I. A. COGITAS mire cum illa iam velit, 'cogitas' dixit, volens ut ne cogitet. 3 ROGITAS H. T. I. A. C. RECIPERE per ancillae verba vult ostendere, quam sit <experta> meretrix tractandorum adulescentium.

898 1 POSTHAC post hoc factum, post hanc audaciam. 2 CREDE HOC MEAE FIDEI puellariter dixit 'meae fidei'.

899 1 DABIT HIC PUGNAM ALIQUAM 'pugnam' pro s t u p r o; Vergilius 'at non in Venerem segnes nocturnaque bella' (Aen. 11. 737),

ut veretur bella et ingens facinus [1]; 2 (*a*) 'dabit' autem proprie ut de re magna, ut 'dabit ille ruinam arboribus s. s.' (Aen. 12. 453). 3 AU TACE OBSECRO 'au' interiectio est perturbatae mulieris, ut apud Graecos autay [2].

2 *a* Ut Lucilius 'vicimus, o socii et magnam pugnavimus pugnam' (Marx v. 1323).

900 1 PARUM PERSPEXISSE EIUS VIDERE AUDACIAM ironia est 'parum'.

2 Et non 'sensisse' sed 'perspexisse' dixit, ut iam non sit experienda quae sit perfecte cognita.

901 1 NON FACIAM PYTHIAS bene et moraliter appositum 'Pythias'. 2 NON POL CREDO CHAEREA NISI SI COMMISSUM NON ERIT ioculariter, ut ille 'Pythias' dixit ita haec 'Chaerea'.

902 1 QUIN PYTHIAS item nomen vultuose est additum. 2 QUIN pro immo.

903 NEQUE POL SERVANDUM TIBI QUICQUAM DARE AUSIM totum garrule et gesticulose, ut puellam cum adulescentulo gesticulari videas.

905 ADEST OPTIME IPSE FRATER 'optime' opportune, et non additum cuius frater, utpote in re manifesta.

906 NOLO ME IN VIA CUM H. V. V. subtiliter adulescens, qui nihil profecerat dicendo 'percupio', invenit causam, qua tandem ingredi possit.

907 1 QUAM OB REM TANDEM 'tandem' pro tamen. 3 AN QUIA P. haec interrogatio irrisionis plena est in eum, quem nihil pudeat.

2 Interrogatio haec increpationem continet impudentissimi facti.

908 1 ID IPSUM hoc velut modesto vultu dicitur, adeo ut imitetur dictum vultumque eius Pythias. 2 VIRGO VERO 'vero' εἰρωνικῶς: 4 [VIRGO] quasi quid nam minis [3]) reverentem ac virginalis verecundiae. 5 I PRAE SEQUOR manifestum est cur meretrix, docta capiendorum more iuvenum, praeire velit Chaeream: ut in consequendo ipsa sit tardior; vult enim illi liberum sine arbitris cum puella esse colloquium et licitum amorem, (*a*) nam neque ipsa ingreditur cum Chaerea neque ingredi simul permittit Pythiam.

3 Nam ironia est, ut 'egregiam vero laudem' (Aen. 4. 93). 5 *a* nisi forte putamus Terentium haec sine causa fecisse, qui sit artificiosissimus poeta.

---

[1]) Locus corruptus; fortasse aliud exemplum citatur. [2]) Vide adnot.

[3]) Schoell coniecit: 'quasi: quem vidi iam nimis'; malim 'quasi, quem iam novimus minime' v. t. q. Scholium iunctum fuit cum. 2.

909 TU ISTIC MANE UT CHREMEM INTRODUCAS PYTHIAS relicta est Pythias ob multas causas et imprimis, ut possit per eam delusus Parmeno pavore suo senem compellere ingredi ad meretricem et praesentem fieri ad confirmandas nuptias.

3.

910 QUID QUID VENIRE IN MENTEM NUNC POSSIT MIHI in hoc loco cogitantis disputatio est apud se ipsam Pythiae, quatenus Parmenonem dolo possit ulcisci.

911 QUIDNAM sic Cicero 'quem? quemnam?' (Verr. 4. 5). 2 QUI REFERAM quomodo. (*a*)

a vel ut.

912 1 QUI HUNC SUPPOSUIT NOBIS proprie 'supposuit'; nam ut subduci dicuntur, quae nolumus amittere, ita supponi, quae non desideramus; sic Plautus 'huic supponatur hircus unctus nautea' (Cas. v. 1018). 2 MOVE VERO TE OCIUS 'vero' pro interiectione est stomachantis.

913 1 VIDEO SED NIHIL PROMOVES hinc est illud Vergilianum 'illa gradum studio celebrabat anili' (Aen. 4. 641), scilicet non re celebrabat sed studio. 2 PROMOVES proficis.

915 1 AMABO QUID AIT COGNOSCITNE exhibitum spectatori est, quod post scaenam geretur, id est agnitio puellae. 2 Ac memoriter plus intulit, quam interrogabatur; nam magna sunt signa, in quibus anilis memoria non errat. 3 AC MEMORITER responsionis brevitas attulit compendium perquirenti, ne plura interrogaret.

916 NAM ILLI FAVEO VIRGINI quasi dicat: illi faveo, non Chaereae; et simul causa est, cur illum ulcisci cupiat, quia scilicet multum illi favet.

918 1 VIRUM BONUM ironia. 2 ECCUM PARMENONEM INCEDERE VIDEO res odio dignior: non iter, sed incessus.

919 1 VIDE UT OTIOSUS SIT invidet illi securitatem, quem sollicitum redditura est. (*a*) 2 VIDE U. O. S. et vultu dicit et gestu esse securum; 3 et mire poeta laetum describit, ut repente ostendat esse commotum. 4 SI DIS PLACET proprium est exclamantibus propter indignationem alicuius rei.

1 *a* non enim erit ulla alia vindicta post praeter istam.

920 1 SPERO ME HABERE pro 'habituram'. 3 MEO MODO ID EST: ut volo.

2 Aut 'spero' pro credo more suo.

921 IBO INTRO UT DE COGNITIONE CERTUM SCIAM eleganter [1]) fatigare Parmenonem non necessarium putat, sed ex occasione; adeo non propter eum dicit se ire intro, exituram autem, <ut> in timorem coniciat.

4.

923 REVISO QUIDNAM CHAEREA HIC RERUM GERAT QUOD SI A. R. T. 'astu' pro astute modo adverbium est, alias nomen ut 'an in astu venit?' (v. 987).

924 DI VESTRAM FIDEM modo non invocantis sed mirantis est: figura ἐπιμονή per ἐκφώνησιν facta.

926 1 NAM UT OMITTAM QUOD EI A. D. ET C. cum dicere deberet 'quod ei amorem difficillimum et carissimum confeci', primo quasi oblitus dicti superioris transiit ad virginem, deinde addidit 'eam' ex abundanti. Quod <si> dixisset 'amorem confeci', posset intellegi 'confeci' expedivi, perfeci; at vero 'virginem confeci' quid intellegemus, nisi hoc unum, quod insultanter Parmeno confectam virginem quasi dicat superatam atque devictam pro alio? nam proprie hoc verbum convenit gladiatoribus his, qui gravissimis vulneribus occubuerint; sic Cicero 'gladiatori illi confecto et saucio' (Cat. 2. 24). 3 Convenit ergo servilibus verbis et velut ioco se verniliter iactanti et rem confectam esse in puella virgine et non exhiberi Chaereae damnum vel negotium.

927 1 A MERETRICE AVARA . . . VIRGINEM QUAM AMABAT ἀποσιώπησις secunda.

926 3 DIFFICILLIMUM quia 'a meretrice avara'.

927 2 CARISSIMUM quia 'virginem quam amabat'.

930 2 PALMARIUM palma dignum.

1 ID VERO EST 'vero' nisi ornativum esset, nihil significaret.

931 QUOMODO ADULESCENTULUS MER. ING. ET M. P. N. optime non 'meretricis' dixit sed potius 'meretricum'.

933 1 MATURE cito et ante tempus. 3 MATURE UT CUM C. P. O. bene

---

[1]) Inserendum fortasse 'statim', vel tale quid.

addidit <'perpetuo oderit'>: fere enim cito cognovisse obfuit, si id ad illecebram fuit, quod cognitum est cito.

2 UT CUM COGNOVERIT suaviter non 'noverit' sed 'cognoverit' dixit, quod est plene ac perspicue <noverit>.

934 1 QUAE DUM FORIS SUNT apud amantes scilicet. 2 NIHIL VIDETUR MUNDIUS bene 'videtur', non enim sunt. 3 NIHIL V. M. NEC MAGIS COMPOSITUM QUICQUAM N. M. E. bona varietas. (*a*)

3 *a* nam nec omnia per 'magis' adverbium profert nec omnia per comparativum gradum.

935 NEC MAGIS COMPOSITUM Q. N. M. E. ne diceret 'compositius' aut 'elegantius', more suo, ut supra 'hoc nemo fuit minus ineptus magis severus q. n. m. c.' (v. 227).

936 1 QUAE CUM AMATORE S. C. C. unum 'cum' praepositio est, alterum 'cum' coniunctio; et dicitur haec figura πλοκή. 2. LIGURIUNT ἀπὸ τοῦ λιγυροῦ, quod suave secundum Graecos intellegitur. ligurire dicitur, qui eleganter et morose cumque multo fastidio suaviora quaeque degustat.

937 HARUM VIDERE I. ordo erat: harum ingluviem videre salus est adulescentulis.

938 QUAM INHONESTA S. S. id est: cum solae sunt, ut inhonestae [1]) atque avidae cibi, quae cum foris cenant, liguriunt.

939 1 QUO PACTO EX IURE 'ex' pro 'cum' positum est, 2 aut deest 'madidum' aut 'maceratum' aut 'emollitum', nam apparet et sordidum esse, quia sit ater, et durum utique, qui ex iure hesterno sit comedendus; cui contrarium Sallustius posuit [2]) de deliciis militum loquens: 'panem in dies mercari' inquit (Iug. 44. 5).

3 EX IURE HESTERNO PANEM ATRUM VORENT 'panem atrum hesterno ex iure', ut quidam volunt, ex antiquitate mucidum accipimus.

941 EGO POL TE PRO ISTIS DICTIS ET FACTIS SCELUS ULCISCAR miro artificio poetae et ab initio non placatur Pythias nec redit in gratiam Chaereae et insuper nunc a Parmenone irritatur magis ut per eam Parmeno terreatur, per Parmenonem ingredi ad Thaidem cogatur senex, per senem nuptiae confirmentur. (*a*)

a Haec ergo artificibus et eruditis, cetera spectatoribus poeta exhibet.

---

[1]) Sic correxi cum Stephano pro 'immotae'; vide Wessn. in var. lect.

[2]) Sic correxi cum Stephano pro 'fuit'; vide Wessn. in var. lect.

943 PRO DEUM FIDEM FACINUS FOEDUM vim magnam ostendit deorum implorans fidem, quasi in hoc negotio nihil prosit humanum auxilium. 2 PRO D. F. hoc loco simulata perturbatione sui Parmenonem terret Pythias. 3 PRO D. F. haec singula pronuntianda sunt pavido et attonito vultu. 4 FOEDUM pro crudele; Sallustius 'foedi oculi' (Catil. 15. 5). 5 O INFELICEM ADULESCENTULUM plus est misereri iam adulescentis Pythiam quam irasci ei.

944 O SCELESTUM PARMENONEM ut verba sunt, periit profecto miser adulescens, cum in eodem peccato Parmenoni irascatur Pythias, non Chaereae.

945 MISERET ME haec omnia quasi secum loquitur et fingit se nescire quod astet Parmeno.

946 QUAE FUTURA EXEMPLA DICUNT IN EUM INDIGNA graves poenae, quae possunt ceteris documento esse, exempla dicuntur. 2 QUAE F. E. D. I. E. modo per 'indigna' foeda crudeliaque significat, ut 'atque illi Misenum in l. s. u. u. i. m. p.', qui cantu vocabat in c. d. (Aen. 6. 162 coll. 172).

947 QUAE ILLAEC TURBA EST quae loquitur an quam ostentat ex vultu ac dictis? sed apparet vultum Pythiae turbam dicere, ut in Andria 'sed quidnam P. e. v.? vereor quid siet cett.' (v. 234sq.).

948 ROGITAS AUDACISSIME totum hoc terribile est in gestu ac vultu Pythiae et nimis usitatum ac femineum.

949 PERDIDISTI ISTUM QUEM ADDUXTI PRO EUNUCHO artificiose non accusat quid peccaverit adversus Thaidem, quasi ex poena adulescentis plus doleat quam irascatur.

950 1 DUM STUDES DARE VERBA NOBIS bene 'studes dare': neque enim dedisti.

2 QUID ITA 'dicis' deest, ut sit: quid ita dicis?

952 1 SCIN EAM HINC C. E. 'eam' abundat, quemadmodum supra 'quam amabat virginem, eam confeci sine molestia' (v. 928). 2 ET FRATREM EIUS ESSE APPRIME NOBILEM haec ad terrorem gradatim aucta sunt. (*a*)

2 *a* nam primo 'virginem' posuit, post 'civem', ad ultimum 'nobilis sororem'.

953 1 NESCIO perturbatus Parmeno nec negare potuit nec consentire, <quare> quasi defensionis loco dixit 'nescio'. 2 ATQUI SIC INVENTA EST facile est, ut credat qui nescit; ergo Pythias non laborat, ut suadeat civem esse.

3 ATQUI SIC INVENTA EST magnum horrorem incutit audienti non accusando sed miserando Chaeream.

954 FRATER VIOLENTISSIMUS hoc inventum est, quo declaretur 'adeo nobilem' (v. 204).

955 CONLIGAVIT EUM PRIMUM MISERIS MODIS mira tarditas ad torquendum Parmenonem. (*a*)

1 *a* simul etiam relictus ad succurrendum locus.

956 ATQUE EQUIDEM ORANTE UT NE ID FACERET THAIDE adeo 'violentissimus'; et recte hoc additum, ne speret auxilium de Thaide.

957 1 NUNC MINATUR P. S. bene 'minatur', ut succurri possit ei, qui nondum [1] sit passus. 2 MINATUR P. S. deest 'facturum'.

3 ID QUOD MOECHIS SOLET subauditur 'fieri' et 'facturum'.

959 QUID ITA TANTUM nimis callide Pythias et dicit violentum et tamen iniustum audacemque dici non patitur, sed defendit, ut magis terreat Parmenonem.

960 IN DOMO MERETRICIA P. Q. causa finalis: virginem civem apud meretricem vitiavit, mercedem offert, petitur ad supplicium.

961 NESCIO QUAM ASTUTE dixit 'nescio' ne laborans ad contradicendum amitteret fidem personae simplicis ac vera dicentis; vult enim magis nuntii officio fungi quam persuadentis.

962 1 DICO EDICO αὔξησις, ut supra 'ubi quaeram, u. i.' (v. 234).

2 DICO EDICO 'dico' tibi, Pythias, 'edico' omnibus tuis. 3 Ergo ad universos utrumque refertur, et 'dico' et 'edico'.

963 1 OBSECRO AN IS EST insultanter [2], ut in Phormione 'ho, tune is eras?' (v. 945), nam sciebat ipsum esse. 2 NE QUAM IN ILLUM THAIS VIM F. S. quam bene providit Pythias, quae dixit 'equidem orante ut ne id f. Thaide' (v. 956).

965 NE NEQUE ILLI PROSIS ET TU PEREAS totum hoc ad id additum, ut senex intromittatur ad confirmandas nuptias; sed poeta hoc agit, personae nesciunt?

967 1 QUIDVE INCIPIAM f a c i m u s mediocria, i n c i p i m u s negotia. 2 ECCE AUTEM VIDEO RURE RED. SEN. choragi est administratio, ut opportune in proscaenium [3].

968 DICAM HUIC AN NON DICAM H. non esset verisimile, nisi dubitasset. (*a*)

---

[1]) Sic correxi pro 'non'.

[2]) Corrigendum videtur 'simulanter'.

[3]) Addendumne 'personae prodeant'?

a quod enim ad Chaeream pertinet, non quod ad ipsum pertinet, dubitat.

969 1 SCIO PARATUM SED NECESSE EST haec causa dubitandi fuit, quod hinc Parmenonis illinc adulescentis periculum cernitur. 2 SAPIS 'sapis' dicit non videns quid futurum sit, sed tantum derisisse contenta. 3 SED NECESSE EST 'me huic dicere' subaudiendum; (*a*) 4 et ἀσυνδέτως inferendum est quod sequitur. (*a*)

3 *a* ut sit: sed necesse est dicere. 4 *a* <deest> enim 'propterea' vel quid tale.

5.

971 1 EX MEO PROPINQUO RURE HOC C. C. adnotandum quod huius senis nomen apud Terentium non est, apud Menandrum S i m o n dicitur. 2 EX MEO P. R. H. formatur status mentis trepidantis senis, ut appareat quam inopinato malo amens fieri possit, quod ipsum superius et in Parmenone servatum est, — imparatis enim mentibus mala maiora sunt —; 3 ergo nunc tam otiosus incedit senex, ut neque mores increpet nec quicquam suspicetur mali, sed agat gratias proximae villae, cuius beneficio non scit quid in urbe filii gerant, et nunc adest, ubi opus est poetae. 4 Et vide hanc causam fuisse, cur non ad villam diverterit: omnes villas comicas suburbanas esse; commoditatem ipsam nunc explicat et ostendit.

972 NEQUE AGRI NEQUE URBIS ODIUM ME V. P. tragicus apparatus: delicias memorat, qui pericula cogniturus est. 2 ODIUM ME V. P. fastidium ex abundantia.

973 1 UBI SATIAS COEPIT suffecerant ad hanc sententiam duo superiores hi versus, sed hic ἐνεϱγεία est senilis eloquii faceti et garruli simul. 2 COMMUTO LOCUM mira brevitate duas res explicuit simul. 4 *Et* COEPIT pro 'coeperit'.

3 UBI SATIAS C. deest 'nam', ut sit: nam ubi s. c. fieri. 5 * SATIAS o d i u m: ob eo quod praecedit id quod sequitur.

974 SED ESTNE ILLE NOSTER P. ET C. I. EST et dubitavit et affirmavit postea utpote senex visu iam languido atque oculis propter aetatem defessis.

975 1 QUEM PRAESTOLARE P. H. A. O. nove non 'c u i praestolare', sed 'q u e m' dixit; aliter Tullius 'qui tibi ad F. A. p. a.' (Catil. 1. 24). 2 P r a e s t o l a r i est praesto esse et apparere. (*a*)

2 *a* hoc est obsequi.

976 QUIS HOMO EST quare 'quis homo est?', cum praeviderit venientem (v. 997)? utrum non vult videri praevidisse, ne quid fallaciae parasse videatur? Sic et in Andria 'quasi de improviso respice ad eum' (v. 417) — <an> quia perturbatus exanimatusque, dum quid apud Thaidem geratur auscultat, non vidit senem propius accedere quem longe viderat? an vero hoc fingit idcirco, quia quod parabat dicere de Chaerea, postquam comminus ventum est, non audet loqui?

977 LINGUA HAERET METU Vergilius 'et vox faucibus haesit' (Aen. 2 774).

978 1 QUID TREPIDAS instandum est seni ad audienda quae de facili numquam fateretur Parmeno. 2 SATIN SALVE 'salve' integre, recte, commode; Plautus in Trinummo 'benevolens tuus atque amicus; satin salve? dic mihi' (v. 1177); 3 (*a*) Sallustius 'inde ortus sermo percunctantibus utrimque, satin salve, quam grati ducibus suis, quantis familiaribus copiis agerent' (H. fr. 1. 34 M.).

3 *a* Nunc adverbium est producta E littera.

979 ERE PRIMUM TE ARBITRARI I. Q. R. E. V. quod ante narrationem confirmatio inducitur, contra morem <est> et praecepta; sed merito quia perturbatus est, qui et simul ut possit dicere [1]).

980 1 QUICQUID HUIUS FACTUM EST absolute, ut supra 'et quicquid huius feci, causa virginis feci' (v. 201).

2 Aut deest 'rei' ut sit: huius rei.

981 1 <QUID> stomachose 'quid' interrogat: quis enim ante crimen quam obiciatur aut proponatur neget? 2 RECTE SANE i. docte Terentius ipse se reprehendit: non ordine factum est prae timore et conscientia.

982 1 EMIT QUENDAM PHAEDRIA EUNUCHUM vide narrationem a necessariis et urgentibus coeptam non in se continere nisi quod rei condicio cogit fateri: 'emit' inquit 'eunuchum, quem dono huic daret', non dixit, cui dono daret; aliter ab amoris mentione coepisset; deinde τὸ 'quendam' ἐξουθενισμόν et εὐτέλειαν significat; 2 et 'huic' more dixit potius quam 'meretrici', quin etiam interrogatus 'Thaidi' potius dicturus est, quam ut nomen

---

[1]) Corrigendum videtur: 'et simul ut <cogitet> qui<d> possit dicere'.

dicat, in quo offenditur senex; eunuchi autem solius mentio necessaria est; quia dicturus est pro eunucho deductum Chaeream (v. 991).

985 1 ACTUM EST verbum desperantis. 3 TUM QUANDAM FIDICINAM mire et necessario variavit: ille 'emit' ut eunuchum mittat ad Thaidem, hic 'amat', ut deduci se pro eunucho velit.

2 QUANDAM FIDICINAM extenuatio est criminis, quod virginem quod civem vitiaverit.

986 1 HEM QUID AMAT haec singula pronuntianda sunt, ut stuporem nimiae indignationis ostendat. 2 AN SCIT IAM ILLE QUID MERETRIX SIET quia fidicina meretrix est.

987 2 AN IN ASTU VENIT sic Athenienses vocabant urbem suam, unde ipsi incolae ἀστοί vocantur. 3 ALIUD EX ALIO MALUM hoc separatim dicit senex fixis in Parmenonem oculis.

1 AN I. A. V. 'in astu' in urbem de Piraeo.

988 ERE NE ME SPECTES ME IMPULSORE HAEC NON FACIT ipsum accusat conscientia; non enim, quod levius est, dixit 'me sciente', cum plus inferat 'me impulsore'.

989 EGO TE FURCIFER SI VIVO modo omnis saevitia comica aut in comminatione est aut in apparatu verborum.

990 1 SI VIVO ἀποσιώπησις, quam necessario sequitur <'sed'>. 2 SED ISTUC QUICQUID EST inventa causa, cur supplicia differantur, donec uxorem ducat Chaerea et ipse purget Parmenonem secundum argumenta, quae sibi ipse prospexit: iussum coactumque fecisse et imperio erilis filii sui, id est Chaereae.

991 IS PRO EUNUCHO AD THAIDEM HANC DEDUCTUS EST bene deductor ipse siletur.

992 1 PRO EUNUCHON non interrogat, sed exhorrescit. 3 SIC EST HUNC PRO MOECHO POSTEA bene utrumque 'pro', quia neque eunuchus est qui vitiavit virginem, neque moechus qui in domo meretricia. 4 Et specta quam oratorie transilierit mentionem vitiatae virginis: 'pro moecho', inquit, ut culpam Chaereae sub meretricis accusatione celaret.

2 * HUNC PRO MOECHO POSTEA bene studuit Terentius 'pro' bis numero dicere: et, 'pro eunucho' et 'pro moecho', 'pro moecho' autem quasi excusans dixit, nam vere in virginem Atticam non pro moecho sed moechus. 5 HUNC P. M. bene τὸ 'pro', quia neque eunuchus, qui ephebus, neque adulter, qui amator.

993 COMPREHENDERE I. ET C. quo dicto vim ingentem inferri sig-

gnificat Chaereae. 2 COMPREHENDERE I. ET C. comprehendere significat strictim in facinore reprehensum.

994 1 AUDACIAM M. S. maior ἔμφασις accusationis est per pluralem numerum quam per singularem; sic alibi 'an potius ita me comp. non per. meretricum contumelias?' (v. 47). 2 AUDACIAM veteratorie avertit iram senis a se atque a Chaerea et derivat in meretricem. 3 NUM QUID EST ALIUD MALI DAMNIVE bene interrogat, quia omnia invitus servus dicere videbatur; 4 et cum et damnum malum sit, de proximo collatum discernitur et damnum ad emtionem eunuchi, malum ad comprehensum pertinet et constrictum Chaeream.

996 CESSO EGO HUC INTRO RUMPERE in tantam formidinem coniectus est senex, ut non miremur, quod tam subito nuptias firmet ephebi et virginis quamvis <non> honestae, tantum quia ex ingenti metu vel indigno matrimonio filii vitam pacisci vellet.

997 NON DUBIUM EST QUIN MIHI MAGNUM MALUM EX HAC RE SIET suave est nescire personas quid agat poeta: ita non periclitaturus Parmeno.

998 1 NISI QUIA NECESSUS FUIT HOC FACERE 'necessus' nomen est. (*a*)

1 *a* nam 'necessus' et 'necessis' et 'necessitas' et 'necessum' lectum est. 2 ID GAUDEO ut scilicet succurreretur Chaereae periclitanti.

999 1 PROPTER ME plus dixit, quam se 'per me' diceret. 2 HISCE ALIQUID meretricibus non adulescentibus et item pluraliter suo more, ut 'audaciam meretricum specta' (v. 994) et 'non perpeti meretricum contumelias?' (v. 48).

1000 NAM IAM DIU ALIQUAM C. Q. S. nota 'causam' pro occasione.

1001 1 QUAM OB REM INSIGNE ALIQUID FACERET manifestius hoc Menander explicat iampridem infestum meretrici senem propter corruptum ab ea Phaedriam, nunc demum se inventa occasione vindicaturum. 2 QUAM OB REM quamvis dixisset 'causam' intulit 'quam ob rem'. 3 INSIGNE ALIQUID magnum et nobile facinus. 4 FACERET IS N. R. ἰδιωτικῶς dixit.

6.

1002 1 NUMQUAM EDEPOL QUICQUAM IAM DIU Pythias egreditur velut irrisura Parmenonem, ut ipsa putat; egredi autem a poeta

cogitur, ut doceat populum, quid intus egerit senex; 2 ergo persona cachinnans inducitur quaerens Parmenonem aspectuque eius ob nimium risum vix loqui posse. 3 NUMQUAM EDEPOL Q. rarum est evenire quod velis, et quod maxime velis, est rarum magis.

1003 INTRO AD NOS V. E. non gressu errans nec via, sed animo et opinione.

1004 MIHI SOLAE RIDICULO F. 'solae': regulariter dicitur 'soli', nam recte; 'solae' antique, ut alibi 'alterae dum n. f. a.' (Heaut. v. 271).

1005 1 QUID HOC AUTEM ridentem miratur Parmeno. 2 NUNC ID PRODEO propter id.

1007 1 QUID RIDES PERGIN ex huius verbis ostendit, quam multum rideat petulans puella. 2 PERII proprie hoc verbum est <eius>, quae lassa sit ridendo.

1009 NUMQUAM POL HOMINEM STULTIOREM V. N. V. postquam 'rogitas' <dixit>, quasi narratura videbatur, <sed> rediit ad insultationem.

1010 QUOS LUDOS PRAEBUERIS I. ex errore et metu nimio senis credentis constrictum filium se offensurum in domo meretricis.

1011 AT ETIAM PRIMO C. ET D. C. H. haec omnia sic in scaena pronuntiata sunt, ut risu interrumpi verba puellae viderentur, maiorisque insultationis est, si is qui fatigat alterum dicat se ante de illo multum sensisse.

1012 1 QUID ILICONE CREDERE non ideo hoc dicit, quod personae suae fidem deroget, sed quod res incredibilis fuerit quam illi persuaserit, aut certe si credendum fuerit, non statim neque examinata neque facta rei cognitione.

2 ILICONE C. obiurgatio de tempore.

1013 1 AN PAENITEBAT F. illud quod supra, a stulto, hoc quod nunc dicit, a malo fieri potuit; illud ab imprudente, hoc quod peius est, a sciente. 2 AN P. F. parum videbatur; ipse alibi 'quantum hic operis fiat paenitet' (Heaut. 72); Plautus in Truculento 'paenitetne te quod ancillam solam?' (v. 533).

1014 1 NI MISERUM E. I. P. I. duo obicit: unum quod male consuluerit, alterum quod prodiderit male consulta sua; 2 et bene 'indicares', nam indicium dicitur eius qui una peccaverit.

1015 NAM QUID I. C. adulescenti scilicet.

1014 3 NI MISERUM ET I. P. I. ad invidiam Parmenonis miserum dicit adulescentem eo modo, quo Iuno Venerem accusans ait 'an miseros qui Troas Achivis obiecit?' (Aen. 10. 89) sic enim agimus, cum ab his, qui falso rei sunt, in auctores culpam sceleris removemus.

1016 QUID EST IAM SCIS TE P. hoc non [1]) stupentibus dicitur ac fatentibus culpam.

1017 1 HEM QUID D. P. nunc demum intellegit Parmeno se esse delusum. 2 ETIAM RIDES apparet eam ex huius stomacho vehementius cachinnare.

1018 NOS IRRIDERE superbius dixit, quam si diceret 'me'.

1019 1 SIQUIDEM ISTUC IMPUNE H. subauditur 'tuum nimium'. 2 VERUM irridentis interrogatio est.

1020 SED IN DIEM ISTUC P. E. F. Q. M. in longam dilationem. (*a*)

a Unde dilatio est dicta diei prolatio.

1021 1 TU IAM P. 'iam' nimiam velocitatem significat.

3 NOBILITAS duas res significat simul: et cogis facere flagitia et facientem indicas.

1022 1 UTERQUE E. I. T. E. nova et mira tormenta, quae pro exemplis narrantur aut quae documento sint ceteris ne delinquant, exempla dicuntur. 2 Et 'edent' et 'edet' legitur; si 'edent' figuratum est; si 'edet' rectum.

3 Et plus est 'edet' quam 'dabit'.

1023 1 NULLUS SUM hoc secum Parmeno. 2 HIC PRO ILLO MUNERE CETT. εἰρωνικῶς et μεταφορικῶς: pro munere et honos munerigerulis praeberi solet.

1024 1 EGOMET MEO I. M. QUASI SOREX H. PERII proprium soricum est vel stridere clarius quam mures vel strepere magis, cum obrodunt frivola; ad quam vocem multi se intendentes quamvis per tenebras noctis transfigunt eos: Plautus 'confossiorem te faciam soricina nenia' (Ba. v. 889); 3 nunc repetit proverbium in eos qui ipsi se produnt. (*a*)

2 QUASI SOREX HODIE PERII quia latere potuit nec occidi, si taceret. 3 *a* quia sorex non facile caperetur, nisi emitteret vocem noctu.

---

[1]) Pro non corrigendum videtur 'iam'; cf. Wessn. in var. lect.

7.

1025 1 QUID NUNC QUA SPE AUT QUO CONSILIO HUC IMUS reminiscere hunc esse, qui militi supra dixerit de Thaide 'iam dudum te amat' (v. 448) et rursus 'iam haec tibi aderit s.' (v. 811) et hinc videbis, quos exitus habeat assentatio; nam idem militi auctor est summae desperationis; et animadverte quod semper a mensa invitus abstrahatur; nam et supra, cum ad litem venitur, ex verbis Thrasonis manifestum est Gnathonem invitum sequi, ubi dicit 'hancine ego ut contumeliam tam insignem in cett.' (v. 771). 2 Et bene 'qua spe aut consilio', tamquam omnia expertus et nec muneribus gratus nec terroribus metuendus. 3 QUID NUNC Q. S. A. Q. C. parasitus intellegit quid agat miles, sed ad hoc inducitur interrogare militem, ut populus audiat, quo consilio veniat ad Thaidem. 4 QUID NUNC QUA SPE summa desperatio est apud militem reconciliandae amicae ad hoc, ut aequo animo ferat admitti Phaedriam, dum ipse quoque recipiatur; nam neuter in fine fabulae contristandus est.

5 QUID INCEPTAS T. *incipere* magnorum facinorum est et audaciae.

1026 5 UT THAIDI ME DEDAM post indictionem belli et instructionem pugnae quid sequatur nisi deditio superatorum? 2 ET FACIAM QUOD IUBEAT proprie, nam in deditone victores *iubent*, victi *obsequuntur*.

1027 1 QUI MINUS Q. H. et hic Terentius exprimit consuetudinem, in qua ignavis rationes criminum et exempla suppeditant; nam sic et supra de Pyrrho (v. 783). 2 OMPHALAE Lydiae reginae. Omphale Herculem servientem sibi etiam ad lanificium compulit, cum ipsa calathum et colum cultusque femineos sagittis, clava, leonis tegmine mutavisset.

3 SERVIVIT OMPHALAE subauditur 'ego serviam Thaidi?'

1028 1 UTINAM TIBI COMMITIGARI V. S. C. *commitigari* est tundendo deprimi atque deponi.

. 2 * SANDALIO CAPUT plus dixit 'caput' quam aliam partem corporis dicere [1]) verberari. 3 Et mire: calciamento caput.

---

[1]) Cum Stephano corrigendum videtur: 'quam si a. p. c. diceret'.

1029 PERII QUID HOC AUTEM EST MALI eunuchi habitu Chaerea, sed virili confidentia prosilit et militem velut novi rivalis terret aspectu.

1030 HUNC EGO NUMQUAM VIDERAM ideo Chaeream miratur.

8.

1031 O POPULARES ECQUIS ME VIVIT H. F. hic persona Chaereae est fervens gaudio ut adulescentuli et in prosperis rebus; 2 (O POPULARES E. M. V. H. F.) non mirum est, si insane exsultat nuptiis, qui iamdudum ob id solum, quod vitiaverat virginem, laetabatur.

1032 1 NEMO HERCLE QUISQUAM et interrogavit et respondet sibi. 2 NEMO H. Q. παρέλκον tertium.

1033 CUI TAM SUBITO TOT C. C. 'tam' qualitatis 'tot' quantitatis est.

1034 QUID HIC LAETUS EST inventa persona est, propter quam gesta hic narrat Chaerea, ut *et* populus et miles instruantur et sciant, quid intus gestum sit.

1035 1 INVENTOR INCEPTOR <PERFECTOR> invenire sapientis est, incipere audacis, perficere constantis: ergo plena laudatio est; 2 et constat hoc Chaeream laudative dicere, nam in subditis solum consilium attributurus est Parmenoni. 3 SCIS ME IN QUIBUS SIM G. σύλληψις est; 4 et nota 'scis me' cum sufficeret 'scis': 5 (*a*) et est figura ἀρχαϊσμός.

5 Ergo abundat 'me'.

1036 1 SCIS PAMPHILAM MEAM amatorie dixit 'meam', (*a*) id est quam amo. 3 INVENTAM cognitam. 4 CIVEM deest 'esse'. 5 SCIS S. M. deest et 'esse' (*a*)

1 *a* vel potius 'sponsam meam'. 5 *a* et est 'sponsam' nunc participium.

1037 AUDIN TU HIC QUID AIT hoc vultu mutato et conturbato dicitur.

1038 1 AMOREM OMNEM I. T. bene 'in tranquillo' quia mari et tempestatibus nimia amicae mobilitas et instabilitas comparatur; sic Horatius 'simplex munditiis heu quotiens fidem mutatosque deos cett.' (c. 1. 5. 5 sqq).

1039 1 THAIS PATRI SE COMMENDAVIT CETT. hoc est, quod profuit Phaedriae.

1038 2 UNA EST DOMUS propter Pamphilae nuptias.

1039 2 IN CLIENTELAM ET FIDEM 'in clientelam' ut ametur, 'in fidem' ut defendatur.

1040 FRATRIS IGITUR T. T. EST bene 'tota', ut ne ex parte quidem sit militis.

1041 MILES P. F. sunt gaudia ex nostris bonis, sunt gaudia ex aliorum malis, hostium aut inimicorum; ergo utrumque genus gaudiorum complexus est.

1042 VISAM D. bene 'domi' quaeritur amator exclusus, nam neque ruri est neque in foro.

1043 1 PERPETUO PERIERIM quia illud periisse supra (v. 1029) temporale videbatur. 2 QUIN EGO NUNC P. P. hic iam militi nec serviendi amicae, ut videt, praebetur locus.

1044 2 SINE DUBIO OPINOR 'te perisse': pro certo confirmatur periisse miles, ut post tot munera ex desperato supplex, ex supplice patiens rivalis exsistat. 3 QUID COMMEMOREM PRIMUM *διαπόρησις* oratoria, familiaris laudantibus, Cicero 'unde igitur potius incipiam?, (Verr. 4. 3); hoc autem fit ubi omnia et magna videntur et paria.

> 1 * SINE DUBIO OPINOR quia non quis dicitur perpetuo periisse; quid enim opus hac exceptione est, quando nemo ita perit ut temporaliter pereat et postea fiat non perditus? correxit parasitus stulti dictum militis, non illum 'perpetuo' sed 'sine dubio' periisse.

1045 1 ILLUM Q. M. D. C. attribuuntur personis consilia, facta, casus, orationes: ergo hic laudatur consilium Parmenonis, factum Chaereae, casus fortunae, (*a*) oratio senis. 3 ILLUM Parmenonem scilicet.

> 1 *a* id est eventus. 2 * ILLUM QUI MIHI D. C. tria sunt in vita hominum: consilia, facta, successus; consilium animi est, factum corporis, successus fortunae.

1047 QUAE TOT RES CETT. eunuchum, pro quo duceretur, commendationem virginis, absentiam meretricis, occasionem vitii inferendi, patris interventum, nuptias.

1048 1 AN MEI PATRIS F. ET FA. etiam patri impertienda laus est; nam non erat transeundum 'festivitatem' <et 'facilitatem'> quod ut festivus amori non obstitit, quod ignovit ut facilis. 3 FESTIVITATEM laetitiam, ut 'festivus dies est' (v. 560).

> 2 Et festivitas in dictis est, facilitas in animo et factis.

1049 1 DI VESTRAM FIDEM cito intervenit Phaedria, utpote qui domi erat.

1050 1 QUAE NARRAVIT nimius affectus in utramque partem defectus orationis amat.

2 Ergo ἔλλειψις est, deest enim 'gaudia'.

1051 SATIS CREDO sic dici vota agentibus solet; recte igitur huic dicitur cui fient nuptiae 'gaudeo', et ille sic respondet, ut amicis gratulantibus decet, id est 'credo', ideo autem, quia multi se fingunt conlaetari, cum invideant, gaudere cum doleant.

1053 1 MIHI ILLAM L. scilicet amatori eius; et 'mihi' pronuntiatione iuvandum est. 2 PERII QUANTO MINUS SPEI EST T. M. A. hic vero est ardor insanissimus, ut Vergilius 'formosus pastor C. a. Al., delicias d., nec quid s. h.' (Ecl. II 1).

3 * Et profecto sic est: sapientes spe maximo ad amorem coguntur, stulti forma tantum.

1054 1 OBSECRO GNATHO IN TE SPES EST mire quasi desperatis omnibus auxiliis abiecta nimis supplicatio inducitur. (*a*) 2 QUID VIS FACIAM non est hoc interrogantis sed ostendentis non esse quid faciat.

1 *a* nam et 'obsecro' et 'Gnatho' id significat et 'in te spes est'.

1055 1 PRECIBUS PRETIO nihil militi superest praeter p r e c e m ut victo <et> p r e t i u m ut diviti; vide igitur, quam sic res eant, ut persona eius cum enigeri [1]). 2 PRECIBUS PRETIO ἀσύνδετα velut <voce> afflicta et lassa pronuntianda sunt. 4 UT HAEREAM τὸ 'haeream' ultimum genus beneficii est. 6 TANDEM et hoc desperantis et difficile credentis: 7 [TANDEM] non est adverbium temporis, sed nunc s a l t e m significat.

3 PRETIO varie, quia alibi dixit 'precario' (v. 319). 5 Et in parte aliqua non 'in parte' dixit, ne aequa intellegatur.

1056 1 NOVI TE deest 'perfeci' [2]), sed ubique gestu plura significat miles utpote infantissimus. 2 DIFFICILE EST vultu et pronuntiatione et asseveratione firmandum est.

3 SI QUID CONLIBITUM EST ἔλλειψις pro 'si quid c. e., efficis'.

1057 1 QUODVIS DONUM PRAEMIUM A ME OPTATO, 'donum praemium' est munus praemium; 5 alii vero ἀσυνδέτως pronuntiant: primo 'donum' et sic 'praemium' quasi unam partem orationis: 6 [QUODVIS D.] 'donum' petito ut a largo homine, 'praemium' ut pro claro facinore.

---

[1]) Wessn. in App.: fortasse 'communicetur'.

[2]) Codd. 'perfeci' vel 'perfici', Wessn. corr. 'perfecisse', malim 'perficis'.

2 Sed donum praemium dis datur, munus praemium hominibus; nam separatim donum deorum est, praemium virorum est fortium, munus hominum. 3 Et donum munusque tam ante factum quam post factum datur, praemium non nisi post factum est. 4 Donum voluntarium est, praemium debetur. 7 QUODVIS D. P. donum optato, ob quod praemium accipias. 8 * PRAEMIUM A ME OPTATO totum militariter, nam et optio dicitur et optari a militibus, ut 'vir fortis optet quod volet praemium.'

058 SI EFFICIO HOC POSTULO UT MIHI TUA DOMUS TE PRAESENTE ABSENTE PATEAT proverbiale est 'praesente absente', ut 'sursum deorsum', 'ultro cito' et cetera huiusmodi. (*a*)

a quod 'fanda nefanda', 'iusta iniusta', 'digna indigna', 'velit nolit'.

1059 1 INVOCATO UT SIT L. 'invocato' non vocato, id est *αὐτομάτως*. (*a*)

1 *a* 'in' etenim et auget et minuit dictionem. 2 INVOCATO male intellegunt precibus vocato, cum sit τῷ αὐτομάτῳ, id est etiam non invitato: quin ultro venire debeat in suam domum.

1060 1 DO FIDEM iuro, confirmo, spondeo. 2 ACCINGAR non quia [1]) facile est, quod negavit supra (v. 1056), sed suis votis parasitus adductus est <ad> conandum; ideo et 'accingar' dixit: sic enim dicimus in magnis rebus suscipiendis, ut 'accingunt o. o.' (Aen. 2. 235).

1061 1 SALVETE supplex sine gratia et sine timore, modo inimicus et infestus. 2 TU FORTASSE QUAE HIC FACTA SIENT NESCIS hoc totum superbe et minaciter adulescens.

1062 1 SCIO compendium poetae ne rursus eadem diceret. 2 CONSPICOR commune verbum est 'conspicor.'

1063 1 VOBIS FRETUS et hoc stulte: quis enim et rivalibus et inimicis fretum esse se dicat? deinde *ἀνακόλουθος* et vitiosa responsio est: nisi enim addideris 'sum', erit soloecismus conveniens loquenti, impolito homini et militi. 2 SCIN QUAM F. 'esse debeas' subaudiendum est. 3 MILES EDICO HOC TIBI et contumeliose 'edico hoc tibi'. (*a*)

3 *a* et proprie ut militi 'miles' inquit 'edico'.

1064 1 SI TE IN P. O. HAC id est casu invenero, et 'in platea' inquit, non 'circa meretricis fores'. 2 QUOD DICAS MIHI aut deest 'non <est>', ut sit: non est quod dicas mihi, (*a*) aut 'quod

---

[1]) Vide ne corrigendum sit 'quia non'.

dicas mihi' pro 'ut dicas mihi', ut sit 'quod' pro 'ut'; (*b*) certum est autem veteres sic locutos esse.

2 *a* id est nihil est. *b* aut 'quod' pro 'quid enim dicas mihi'.

1065 1 ALIUM Q. (*a*) 'alium' hoc est: non quem tu putas, hoc est: alium, non Thaidem. (*b*) 2 PERISTI ordo est: <si te> post umquam in platea offendero hac, peristi. 3 HEIA interdum hortantis est. (*a*)

1 *a* aut 'alium' pro 'quendam' posuit, ut sit: quendam quaerebam, id est aliquem; aut. *b* sed si 'aliam' diceret, neque commode neque εὐφώνως loqueretur, praevalet enim masculinum genus. 3 *a* ergo nunc 'heia' correptionem significat.

1066 4 VESTRUM SUPERBUM absolute ut 'pol, Crito, antiquom obtines' (An. 817).

1 NON COGNOSCO VESTRUM TAM SUP. locutio adnotanda. 2 Mire laudavit, ut persuadere potuisset. 3 V. T. S. nove 'vestrum superbum'. 5 Ergo subaudimus vel 'ingenium' vel 'animum' vel 'morem' vel 'institutum'.

1067 1 PRIUS A. P. mira insinuatione agit, qui non ut consentiant, sed ut audiant paucis, petit. 2 Bene 'prius', quasi non obstet, quominus faciant quod velint; tum deinde quod attentionem excitat, addidit 'paucis', deinde 'si placuerit': facilius enim flectitur, cum quo non pugnamus, ut consentiat.

3 PRIUS A. P. 'prius audite' quod <dicit>, fiduciam ostentat persuasoriam rem dicturi.

1068 2 TU CONCEDE PAULULUM ISTUC THRASO Thraso hoc in bonam partem accipit et ideo paret; putat enim vel turpe esse si precetur suo nomine se audiente parasitus, vel incongruum sibi, si in os praesens a Gnathone laudetur. 3 ISTUC THRASO non ad se vocat, sed locum ostendit, quo abeat atque concedat.

1 * AUDIAMUS bene non 'faciamus' sed 'audiamus' dixit, nam prima oratoris impetratio in mala causa audiri meruisse.

1069 PRINCIPIO EGO VOS AMBOS CREDERE H. MIHI V. V. vidit neque se <esse> odio neque offendi animos audientium <nisi> in militis nomine; ergo oratorie pro eo homine in quo offenditur eum in quo non offenditur posuit.

1070 2 Hic a persona discessit et rem non odiosam pro perodiosa supposuit, id est parasiticam pro aemuli amore et commodo.

1 ME HUIUS QUICQUID FACIO ID FACERE M. CAUSA MEA deest 'rei' aut 'est', ut sit: me huius quicquid est quod facio, id facere maxime causa mea.

1071 1 VERUM SI IDEM VOBIS P. multum attulit ad persuadendum: non esse militi commodum admitti militem, sed ipsorum esse commodum. 2 VOS NON ID FACERE I. E. oratorie et secundum insinuationis praecepta sic dixit; nam remittendo et dubitando magis flectit animos, quam si aperte ac pertinaciter asseveret.

1072 1 MILITEM EGO RIVALEM RECIPIENDUM CENSEO artificiose satis semel intulit omne quod durum dictu ad persuadendum erat: nam quod 'militem' et 'rivalem' dixit, ad eam rem valet ut magis admittendus sit quam excludendus; et simul fiducia sic dicentis parat animos ad audienda quae dicet. 2 MILITEM E. R. R. C. rivales dicuntur aemuli de mulieribus, facta translatione nominis a feris bestiis, quae sitientes cum ex eodem rivulo haustum petunt, in proelium contra se invicem veniunt; sic Cicero pro Caelio 'sin erit ex illo fonte rivulus' (§ 9) et Homerus * * * *. 3 CENSEO <vide> virtutem poetae: non dixit 'peto' sed 'censeo', tamquam illis iam consulat, non pro milite agat; 4 (*a*) quod 'ego' addit nunc, eo dicto usus est, quo uti solent qui plus in negotio vident, ut in hoc ipso pronomine consiliarii auctoritas inesse videatur [1]; nam sic in Phormione iurisc. 'ego quae in rem tuam sint ea velim facias'... 'ego sedulo hunc dixisse credo'... 'ego amplius deliberandum censeo' (v. 449, 453, 457).

4 * MILITEM E. R. considera quo vultu hoc dicendum sit, et intelleges et 'militem' et 'rivalem' et 'recipiendum' et 'ego' et 'censeo' quanta significent; non enim dixit 'Thrasonem' sed 'militem' quod ad stultitiam valet nomen; nec 'socium' sed 'rivalem', quod ostendit, quandoquidem rivalis in meretrice capiendus, hunc potius eligendum; nec 'non excludendum' sed 'recipiendum' dixit, ut et ostenderet adeo prodesse, ut etiam de industria retinendus sit; et non 'volo' aut 'rogo' sed 'censeo', ut consiliarius, non parasitus videatur loqui; nam.

1073 COGITA MODO 'modo' aut tantummodo significat aut temporis est adverbium; 2 et simul incerta distinctio est.

1074 ET LIBENTER VIVIS id est: bonorum ciborum es atque edax.

1076 SUPPEDITARE POSSIT SINE SUMPTU TUO aut pro 'suppeditari' aut deest 'se', ut 'accingunt o. o.' (Aen. 2. 2.35).

1077 1 AD OMNIA HAEC MAGIS OPPORTUNUS NEC MAGIS EX USU TUO NEMO EST locutio est ex negativis tertia, ut 'agrum in his r.

[1]) Vide Wessn. in var. lect.

meliorem neque pr. maioris nemo h.' (Heaut. 63). 2 MAGIS EX USU pro 'utilior', MAGIS OPPORTUNUS pro 'opportunior'.

1078 1 NEMO EST hoc est 'ex usu tuo'. 2 HABET QUOD DET ut dives, ET DAT NEMO LARGIUS ut liberalis.

1079 2 INSULSUS sine sale et sapientia. (*a*) 6 FATUUS inepta loquens; a fando 'fatuus' dicitur; inde Fauni Fatui et Nymphae Fatuae vocatae sunt. 7 FATUUS EST INSULSUS 'fatuus' est' verbis ac dictis, 'insulsus' corde atque animo; TARDUS 'tardus' corpore ac membris; quamvis etiam intellectu tardos dicamus, qui stulti sunt; 8 sed melius est sic intellegi, ut ea vitia dicere videatur, quae inamabilem faciant etiam divitem largumque amatorem: nam aut verba commendant, ut 'pendetque i. narrantis ab ore' (Aen. 4. 79), aut sapientia gratum facit, ut 'multa viri virtus animo' (Aen. 4. 3). (*a*) 11 FATUUS EST INSULSUS haec quae nunc addit non ex superioribus pendent; sed cum superiora valeant plurimum — nam quia et dives et liberalis, potuit obesse rivalibus —, haec omnia bona in milite corrumpuntur, quod 'fatuus', quod 'insulsus', quod cetera quae ipse persequitur. 13 F. E. I. hoc pro acervo vitiorum cum quadam vultus improbitate prolatum est, quo magis res in medio posita esse videatur.

1 FATUUS hoc est 'opportunus'. 2 *a* aut sine saltu ac facilitate. 3 TARDUS in Venerem scilicet. 4 STERTIT plus dixit 'stertit' quam 'dormit'. 5 NOCTESQUE ET DIES plus significat quam si <diceret> 'diebus et noctibus'. 9 * Sed mihi videtur fatuum dicere, qui tantum glorietur et blandiri amicae nesciat, insulsum qui non sit salax et cupidus coitus, tardum qui non facile explicet Venerem, quae res meretricibus odiosissima est. 10 F. I sunt qui fatuum animo putent, insulsum dictis, sed male; nam Fatui di quoque sunt, qui et Fauni dicuntur, et non stulti sed multum fantes id est loquentes. 12 F. EST I. haec bene adduntur, quia <quod> dixit 'et habet quod det et dat nemo largius' (v. 1078) ad eam rem valebat, ut amaretur miles a meretrice et praeponendus esset omnibus: sed ingrata sunt mulierculis maximeque lascivis haec omnia quae subiecit.

1080 UBI VELIS quando vel quandocumque.

1081 1 QUID AGIMUS initium consensionis dubitatio est eius, qui negaverit. 2 HOC ETIAM deest <'est'> vel 'habet'. 3 QUOD EGO parasitus scilicet.

4 PRIMUM PUTO 'primum puto' quasi parasitus.

1082 1 ACCIPIT HOMO alit, pascit, invitat, ut Vergilius 'illos p.

rex accipiebat i. a.' (Aen. 3. 353), 2 NEMO MELIUS PRORSUS horum alterum apparatum indicat, alterum copiam.

1083 1 MIRUM NI ILLOC H. Q. P. O. EST facete dixit adulescens rei parcus et qui putat amorem sine damno esse oportere quique fefellerit meretricem, non solum eiciendum non esse militem sed quovis modo sustinendum ac perferendum: 3 (MIRUM CETT.) hic, inquit, eiusmodi est, ut etiam cum mala condicione paciscendum sit. 4 IDEM EGO ARBITROR iam opus fuit consensionis praecipue Phaedriae, cuius res agitur; nam ita et servata persona est tarde consentientis amatoris.

2 MIRUM NI I. H. obtinuit parasitus iam quod negabatur: primo deliberatum, ut 'quid agimus?', post consessum 'mirum ni cett.'

1084 1 RECTE FACITIS gratiarum actio est. 2 UNUM ETIAM VOS ORO subtiliter etiam parasitus hic se adiungit suasque partes circa hos agit.

1085 1 SATIS DIU IAM HOC SAXUM V. vide quemadmodum paulatim serpat etiam in horum assentationem ex vituperatione militis. 2 HOC S. VOLVO proverbium in eos, qui in extricabiii labore afflicti sunt, 4 (H. S. V.) velut Sisyphus apud inferos.

3 Et bene 'saxum' de stulto milite, et ipsum <se> Sisyphum fecit.

1084 3 UT ME IN VESTRUM GREGEM iam hos laudat et nimis parasitus est, si recordaris eundem dixisse 'facete, lepide, n. s.' (v. 427).

1086 1 AT EGO PRO ISTOC subaudimus 'et sum hic', aliter non ut parasitus. 2 PHAEDRIA ET TU CHAEREA ambos nominat, quasi legibus paciscantur.

1087 1 HUNC COMEDENDUM cum ceteris rebus summus poeta etiam fidem ostendit amicitiae parasiticae exemplo Gnathonis de milite loquentis hoc modo. 2 PROPINO facete dixit ut parasitus et qui de convivio loqueretur.

1088 1 DIGNUS EST haec verba ultima longi sermonis eiusmodi sunt, ut haec miles audiens laudatum se esse et approbatum existimet. 2 UBI VIS honorifice revocat ablegatum cum iniuria dicendo 'ubi vis', quia 'accede'' imperativum erat.

3 Et 'ubi' nisi q u a n d o intellexeris vitium est.

1089 1 ISTI TE IGNORABANT figura *διλογία*: ad utrumque enim pertinet, et ad laudem et ad <vituperationem>. 2 MORES OSTENDI T. et hoc ambiguum.

1090 1 SECUNDUM FACTA ET V. T. et hoc *ἀμφίβολον*, nam 'virtutes' *εἰρωνικῶς* pro vitiis ponuntur ut (*a*) 'ornatus esses ex tuis virtutibus' (Ad. 176). 2 FACTA E. V. T. proprie militibus adscribuntur 'facta'. 3 F. E. V. T. amarior est ironia in vitiosos homines quam veritas.

1 *a* 'nescis qui vir siet' et (Ad. 723).

1092 1 NUMQUAM ETIAM FUI USQUAM 'numquam' et locum et tempus significat, 'usquam' locum magis; 3 et 'numquam usquam' *τῷ ἀρχαϊσμῷ* pro 'non usquam', id est nusquam. 4 QUIN ME OMNES AMARENT contrarium superiori; quid est enim quod bene non fecerit quisquam, si in illo est, ut ametur?

2 Numquam pro n o n.

1093 1 ATTICAM E. et hoc *εἰρωνικῶς*, ut illa quae supra (1090); 2 'Atticam' dicit v e r a m atque g e r m a n a m, quia et cultior eloquentia A t t i c a dicitur et summi oratores A t t i c i appellati sunt.

1094 1 PRAETER PROMISSUM et hoc ad utrumque anceps est intellectu gemino. 3 ITE HAC comessatum ad militem vel Thaidem. 4 Si cenae interfuit meretrix quomodo acta post sunt omnia, cum mentio noctis non facta sit? omnia post cenam gesta sunt et non completa per rixam cena superfuit plurimum temporis ad agendum.

2 ITE HAC quo vocat parasitus? ad meretricem an ad cenam militis, ut promisit 'hunc ego c. et d. censeo' (v. 1087)?

ADNOTATIONES

AD

SCHOLIA

ANDRIA

1 1 Prior scholii pars est ex illo genere rhetorico quod in praefatione p. IV a Donato alienum esse dixi, et sic etiam breve scholium 4. Altera pars conficta est ad exemplum scholii Don. 3.

Cum autem scholia rhetorica identidem excluserim, ab initio harum adnotationum succincte referam, quae de scholiorum rhetoricorum auctoritate in commento disputavi in Mnemosynes fasciculis, vol. 33 (a. 1905). (Vide ibi, praeter conclusionem in fine propositam p. 267 sq., ea quae exposui de universo genere rhetorico p. 125 sqq., de Eugraphio p. 129 sqq., de scholiis Donati vere rhetoricis p. 139 sqq., de scholiis Donati semirhetoricis p. 146 sqq., de scholiis rhetoricis interpolatis p. 229 sqq., de scholiis rhetoricis dubiis p. 255 sqq., de scholiis rhetoricis ad prologos p. 262 sqq.) Ex his praecipuas conclusiones hic repetam, addens simul scholia illic praetermissa.

Apparuit scholia vere rhetorica Donati rara esse. Inveniuntur ad scaenarum initia et passim in ipsis scaenis. Ad scaenarum initia: Andr. 26. 1, 236. 3, 375. 1, 820. 2, 872. 1. Ad. 254. 1, 288. 3. Hec. 198. 1. 3. Pho. 348. 1; in ipsis scaenis: Andr. 328. 4, 931. Ad. 929. Pho.' 1016. Scholia semirhetorica, quae interpretationi potius quam institutioni inserviunt, notavi ad Andriam 35. 1, 148. 3, 282. 2, 284. 2, 312. 5, 367. 1, 625. 1, 769. 2. 771. 2, 804. 4, 882. 1. 883. 913. 1. Eun. 88. 1, 98. 2, 144. 1, 160. 1; 666. 3, 691. 2, 864. 2, 1071. 1. Ad. 53. 1, 84. 4, 86. 2, 90. 3, 156. 2, 458. 2, 481. 2, 598, 806, 996. Hec. 141, 203, 237, 238. 1, 361. 3, 382. 1, 383. 6, 387. 1, 391, 405. 1, 480, 539. 2, 541. 2, 548 1, 554. 1, 560, 577. 1, 619. 1, 623. 3, 727. 1, 732. 760. 1. Pho. 272. 2, 275 1. 2. 3, 281, 293. 3, 352. 2, 357. 1, 359. 1, 453. 1.

Qui artis rhetoricae minus gnarus est, haec scholia saepenumero mere interpretativa esse crediderit.

Reliqua rhetorica, si dubia quaedam excipimus, numero fere cc a scholiastis prompta sunt e rhetorum libellis, in quibus fabularum

scaenae. quae huic disciplinae appositae erant [1]), rhetorice in usum tironum illustrabantur. Sunt haec modo brevia, duorum triumve verborum, modo longiora et doctiora; in quibusdam scaenis abundant, in multis prorsus desunt.

Separatim tractavi scholia rhetorica ad prologos, in quibus orator vulgo partes agit defensoris Terenti contra Luscium Lanuvinum. Hi prologi igitur aptissimi erant ad artis initia tironibus tradenda. Donatus tamen prologos rhetorice non tractavit, ut in singulis demonstravi. Ex Andriae ad prologum scholiis ei concedendum est tantum 1. 2; reliqua: **1.** 1. 4, **6.** 3, **7.** 4. 5, **8** 6, **9.** 1, **18.** 2, **22.** 6, **24.** 6, **25.** 1 aliis debentur.

1 7 Donatus lectionem variam indicare solet certa formula 'legitur et', et quid est 'secunda lectio'? Ipsa autem lectio 'apulit' nimis inepta est. ('Magis' usurpatum ut 474. 3: sed adverbium magis est. Cf. 742. 2, 753. 1, 868, al.) Scholium igitur satis suspectum.

2 *a* cum additamento 'non labore', compara similia mox 3 1 *a* et 3 *a*. Vide quae de additamentis disputavi in praefatione p. xx.

3 2 de syllempsi reliquisque tropis et figuris in commento citatis vide disputationem in fine huius editionis.

4 2 *a* emblema notavit Wessner [2]); est differentia falsa, cf. Mnem. 32. 214. Iunxi schol. Donatea 1 et 2.

6 2 *a* de scholiis Donati adnotationes augentibus per particulas ergo, nam, id est, aut, vel, sed, etc. vide Mn. 32. 287—322.

7 1 cf. Don. ad Eun. 688. 4. 2 scholium mirum; 'atque ideo' ineptum. Mn. 32. 219 sq. 3. 9 De formula 'non-sed,' alicui magistro carissima, vide Mn. 32. 242 sqq. Sumpta est sane a Donato, qui eam iuste adhibuit 60. 1, 135. 1, 145. 6, 439. 2, al. 4. 5. 7. 8 vide de scholiis rhet. ad v. 1.

8 3 notavit Wessner; corrigit scholiasta Donatum, qui in 2 vituperare et vitio dare non distinxit. Unus interpolator esse videtur, qui differentias et verborum definitiones ingessit, mancas, falsas, ineptas, ab ipso plerumque inventas, quas indicavi, quod ad Andriam pertinet, Mn. 32 p. 214—245. De hoc verbo Nonius p. 39. 14: 'Vituperare dictum est vitio dare, tamquam culpae vel displicentiae. Terentius (v. 8 et v. 15)'. Non minus audacter interpolator ipse finxisse videtur differentiam in praecedenti versu 7. 3, cum in Tusculanis nihil eiusmodi legatur; cf. 28. 4 *a* 7 *a* Mn. 32. 220. cf. Don. ad Eun. prol. 44.

10 2 Scholium insulsum. 4 De scholiis per deest vide Mn. 32. 300—307.

11 3 Vide Fairclough [3]) ad h. v. p. 72. 1 [4]) et 2 *a* pugnant cum Don. 3.

---

[1]) Praesertim Andriae et Hecyrae, quae schol. rhet. habent circiter 70 et 95, Eunuchus 21, Adelphi 20, Phormio 45. In Mnem. II. p. 229 sqq. singula scholia examinavi.

[2]) De emblematis et additamentis a Wessnero in editione inclinatis litteris expressis vide praefationem p. xx adn.

[3]) In ed. Andriae 1904, Boston et Chicago.

[4]) In textu p. 3 pro 1 SED TAMEN corrige 2 SED TAMEN.

11 3. 4 et **12** 1. Haec si Donatea sunt, in commento sic disposita fuisse suspicor: 'non ita diss. or.' ita pro valde: caute, ne Menandrum culpare videatur, hoc (i. e. 'ita') adiunxit, quod laudis est; potuit enim dici: quomodo ergo duae sunt?' Hoc est: nisi poeta addidisset 'ita', culpare videretur Menandrum, qui duas fabulas dedisset argumento non dissimili.

De **12** 2. 3. 4. 5 disputavi Mn. 32. 214 sq. Tres magistri aemulati sunt Donatum in definiendis his vocibus. De additamento per ergo in 5 cf. Mn. 32. 288, ubi hoc praetervidi.

13 3 Ita Ruhnkenius: 'quae commoda, quae apta fuerunt', comparans v. 696: conveniunt mores. 1 Perplexa oratio hoc significare videtur: quae conveniunt debentur casui, nam T. ex Perinthia transtulit, quae iam sensu et verbis aderant in Andria! Hinc magistri conclusiuncula in 2.

14 Formulam 'sic solvitur' adhibuit Don. etiam 274. 400. Hec. 634.

15 2 Semper Donatus verba et nomina interpretatur per duo vel tria synonyma; cf. 33. 2, 40. 6, 56. 1, 65. 2, 82 bis, etc. 3 Vide supra ad 8. 3.

16 1 et 2 iuxta Don. 3. De his scholiis minus recte statui in Mn. 32. 220. 2 et 3 notavit Wessn.

17 1 'Quidam — quidam' vide quae disputavi de Donati fontibus in libro meo[1]) p. 165 sqq., ubi p. 167 h. l. tractatur. — Ceterum attende Donatum in interpretatione aliisve rebus dubiis, quaestionem ambiguam proponere sed raro dirimere aut suam opinionem enixe tueri, cf. 55. 2, 56. 2, 57, 81. 3, 102. 2, etc. Fortius tamen invadit nonnumquam in adversarios, veluti 36. 4. Vide infra ad v. 102.

2. 3 inepta; cf. 939. 1.

18 1 *a* additamentum per 'sed' corrigit Donati observationem.

22 3 *a* haustum ex Don. 4.

24 2 prorsus falsum et ineptum. Formula 'quasi dicat' sim. frequens est in scholiis spuriis, cf. 25. 3, 74. 2, 86, 249 etc.. Postremam partem 'vos ergo f. f.' alius est magistri, quem notavit iam Wessn. Mn. 32. 288. 2 *a* rhet.

23 falsum. Spengelius recte: 'noscant zu hören bekommen'.

24 7 scholium mutilum. Wessn. pro 'per' dedit 'pro'.

25 2 'Sunt qui' vide libr. meum p. 168.

3 falsum. Vide supra ad 24. 2. Wessn. notavit emblema 'est ergo q. a.'

26 1 fortasse a magistro confectum e Don. 9. 2.

27 3 cf. Wessn. in Appendice. Scholium Donato dare veritus sum. Citatur versus a Nonio 290. 31 et a Servio ad Aen. 2. 357, qui interpretantur: excludere. Porphyrio ad Hor. C. 4. 15. 17: exiget nunc excludet significat, quasi ἔξω aget. Eugraphius ed. Wessn. p. 6: foras mittendae.

28 De scholiis ad hunc v. disputavi in praefatione p. VII.

6 De personis protaticis vide Euanthium III 2 et schol. ad Hec. 58, Pho. 25.

---

[1]) De commenti Donatiani ad Ter. fab. origine et compositione. Lugd. Bat. 1907.

4 *a* notavit Wessn. Differentia est h. l parum opportuna, cum ea, quae coqui auferri iubentur a domino, non sint 'quae cum fastidio cernimus', scilicet obsonium a foro reportatum, nec per se vera; cf. Livius 5. 39. 11 'sacra publica a caede . . . auferre', aliaque similia. Non invenitur apud Grammaticos vel in Glossariis, debetur igitur interpolatoris ingenio; cf. supra ad 8. 3. 6 *a* notavit Wessn. Mn. 32. 392.

29 3 De figura παρέλκον vide ad 3. 2.

1 Notavit Wessn. 4 'Ut' vel 'quemadmodum diximus, notavimus' sim. praesto sunt tantum in scholiis imitatoris. Cf. liber meus p. 158 sqq. (= Mn. 35 p. 158), ubi tamen hunc locum praetermisi. De 'dictum puta' vide interpretes Speng. et Faircl.

30 5 Mn. 32. 215. Etymi auctor Probus esse videtur, Gr. L. IV 47. 405. 1 *a* et 5 *a* notavit Wessn. 3 et 4 *a*: de additamentis per 'deest' vide praefat. p. xx et Mn. 32. 300 sq.; ad Eun. 209.

31 Aliter Don. ad. Hec. 123. 3; abstinet ille fere a differentiis si non utraque vox in textu est. De differentiis Andriae suspectis cf. Mn. 32. 214 sqq.

33 1 Nihil tale hic ostenditur. Cf. 30. 5 *a*.

34 1 et 2 Utrum ex his Donato cedendum sit, est quod dubites. Equidem censui 1 loquaci interpolatori dandum esse; Mn. 32. 215. Cf. Don. ad Eun. 476 de taciturnitate.

Brevem sed acutam Donati adnotationem 2 Eugraphius p. 8 sic reddidit: 'nam fides est ut compleat quae mandat, taciturnitas autem necessaria videtur, ut ea celet'. Interpolatoris scholium ignoravit. 4 Mn. 32. 301.

35 4 Eugr. p. 8: . . . dedit ei continuationem praestandi. 2 et 3 *a* pugnant cum Don. 3 et Eugr. ibid.

36 5 'Mire' est laudatio satis modesta, qua sescenties utitur Donatus. 1 Defenditur opinio, quam Donatus impugnavit in 3. 2 bona differentia, sed haud scio an Donato iuxta 3 concedi non possit. 4 falsum; multum abest ut Sosiae hoc imputetur.

37 1 et 2 unum scholium efficiunt inane et garrulum; Mn. 32. 226. 4 'quia libertus ad aliquid dicitur', vide Probi I. A. IV p. 119, Don. ibid. 374. 430. Prisc I 6. II 218. Ceterum 4 impugnat, 5 probat Don. 3.

38 3 Cf. Eugr. p. 8 sq. ad v. 35, 37, 38 [1]). 1 *a* et praesertim 2 *a* falsa et inepta esse reputanti facile apparebit. 3 *a* stulta imperfecti interpretatio, nihil eiusmodi ostenditur. 3 *b* eiusdem scholiastae adnotatio non minus falsa ad exemplum Vergili a Donato citatum. De hoc scholiorum genere, quae non ad Terentium sed ad Donati adnotationes pertinent, vide praef. xxi ibique Sabbadini. Similia leguntur 271. 1*a*, 469. 3*a*, 622. 1 *a*. 939. Eun. 210. 2. Ceterum amant affirmare scholiastae aliquid 'ostendi' a poeta quod nequaquam ostenditur.

39 1 Eugr. p. 9: ipsum 'pretium' dixit libertatem.

40 Perplexa scholiorum collectio de duabus sententiis 'in memoria

---

[1]) In fine scholii 3 p. 8 pro 'Vergilium' lege 'Vergilianum'.

habeo' et 'haud muto factum'. De prima sententia schol. 1 Donato dedi, a quo discrepat 5, continens hanc miram differentiam: nos oblivisci posse quae scimus, numquam quae memoriae mandamus! (cf. supra ad v. 8). De altera sententia, praeter lectionem variam in 6, quinque scholia leguntur. Donato adsignavi 2 collato ad Hec. 730. 4; eius verba confirmavit magister per ergo in 8; cf. Mn. 32. 288. Praeterea genuinum esse puto 4, ubi alteram interpretationem exhibet, at simul reicit; haec invenitur etiam apud Eugraphium p. 9 (cf. Becker Marquardt II 1. 84). Schol. 3 notavit Wessner. In schol. 6 *a* de lectionis 'multo' significatione, inepta est sententia 'nemo enim' sqq. Denique 7 pugnat cum 2, et praeterea Donatum formulas 'nollem factum' et 'nollem huc exitum' adverbialiter adhibitas existimasse, non indicant scholia citata ad Adelphos, nec per se credibile est. Adverbialia apud eum alia sunt, velut 340 'nescio quid', Pho. 95 'huc viciniae'.

41 2 Scholium concisa brevitate hoc dicit: Gaudium i. e. felicitatem nobis parit, si aliis etiam grata sunt, quae nos ex officio facere debemus. 1 De verbo 'ostendit' vide ad 38. Verba 'quamvis manu emissus est' falsa continent.

42 1 cf. 265. 3. Gr. Lat. IV 561, cum h. l. Ter., Eugr. p. 9 sq. 2 otiosum nimis; quis alterum addubitet, aut alterum nesciat? 3 conclusio per ergo confirmans Donati schol. 1; cf. de talibus scholiis ad Andriam Mn. 32. 287 sqq. et praef. XII adn. Frequens est etiam huius particulae usus et abusus in scholiis Serv. et Daniel. ad Vergilium, de quibus vide nunc Barwick in Phil. 70 (1911) p. 107 sqq., ubi p. 112 sq. de scholio: ad Aen. 8. 138 i. f. 'non ergo' vom Ueberarbeiter eingefügt', et de aliis coniunctionibus inepte adhibitis p. 128 sq.

44 1 Eugr. p. 10. 3 'sunt qui', vide libr. l. p. 169. 3 *a* 'Quod si est', sic supra in 40 *b*. 2 otiosum.

45 1 cf. Don. ad Eun. 175. 2. Ad. 952. 1. And. 340. Gellius XVI. 8. Hoc scholium cum altera parte tertii in Donati commento iunctum fuit; supplementum 1 *a* refert definitionem angustiorem Prisciani II 211. 2 prorsus falsum, nec minus conclusio per 'ergo', addenda exemplis Mn. 32. 288 citatis. 3 *a* ex Don. 1. 3 *b* repellitur scholiasta 2 a Donati defensore, de quo vide Mn. 32. 287 sqq.

48 Exemplum Vergili ineptum; multa hoc genus inveniuntur in scholiis insiticiis, velut 519. 2, 533. 3, 539. 3, 663. 4, 667. 2, 732: 4 etc. nec non Ciceronis, Plauti, Sallusti, uti 136, 331. 3, 334. al.

49 1 *a* Formula 'ab eo quod sequitur, id quod praecedit' a magistro saepe usurpata est: 502. 1. Eun. 762. 780. 973. Ad. 823. Pho. prol. 20. Cf. Mn. 32. 221. 2 De divisione multo melius Eugr. p. 10. Donatus eam indicavit 157. 1, 168. 2. 4 *a* Simo nihil 'ostendit' de dolore aut spe.

51 1 *a* falsum. 3 *a* pugnat cum D. 3.

52 1 *a* notavit Wessn. De scholiis per deest vide ad v. 30.

53 Differentia non minus suspecta quam 40. 5; 'desideramus' cf. in eiusdem magistri differentia ad v. 31 'desiderat'. Mn. 32. 214 sqq.[1])

54 1 Corruptelam in 'is quoque' nemodum sanavit.

1 *a* vide supra ad 46 *a*. 3 *a* additamentum languidum.

55 Vide de his scholiis Mn. 32. 288 et praesertim lib. meum p. 30 sq. Figura adiectio (παρέλκον) tractatur in 1. 3. 4, locutio 'quod faciunt' in 2. 5. In commento Donati procul dubio sese exceperunt 1 et 3 (omissis emblematis, quae iam notavit Wessn.) et sequebatur 2, schollium unum et integrum, in quo Donatus tres explicationes proponit, leviter commendans tertiam ('aut certe'). 1 *a* digressio est magistri ad Don. verba 'in primo posita loco'; in additamento 'hic ergo sqq.' denuo eum audimus, qui Donati verba confirmare aut tueri solet (Mn. 32. 287 sq.). In 3 *a* repellitur Don. 1. Schol. 4 succincte complectitur Don. 1. 2. 3. In 5 quaedam repetuntur e Don. 2.

Secundum Eugr. p. 11 non est adiectio in primo, ut docet Don. 1, sed in ultimo loco 'ut omnes supervacuum fieret'. Servius ad Aen. 1. 181 mirum in modum formulam sic explicavit: omnes enim generale est plerique speciale; ordo ergo est, quod omnes f. a., ut animum ad aliquod studium adiungant plerique equos alere plerique canes'.

56 2 *a* exemplum ineptum seclusit Wessn.

57 1 ellipsis 'familiaris Terentio' cf. 285. 1; commemoratur in commento fere quinquagies. Cf. infra de figuris.

3 Sic Spengel et Fairclough.

1 *a* supplementa de subaudiendis vocabulis a Donato plerumque aliena sunt et falsa aut supervacanea. 2 Mn. 32. 228.

58 1 cf. 72. 1. Iunxi 1 et 2.

2 *a* conclusio magistri (Mn. 32. 289) prorsus otiosa.

60 1 Perperam Donato eripui in Mn. 32. 215. Cf. supra ad 7. 3. De verbo gaudere 939. 2, 946. 3.

2 Aliter Don. 61. 2. Mn. 32. 228.

61 1 Skutsch A. f. l. l. 12 p. 214: In adprime ist offenbar ebenfalls ursprünglich die Bedeutung des ad nicht ein eigentlich verstärkende gewesen: 'dem prime nahe kommend', kann aber ach schon ein Lob sehr erheblich steigern'. Cf. 539. 2.

3 Iuxta D. 2. 4 falsum de proverbio. Mn. 32. 228 et 301.

62 2 Mn. 32. 215. Cf. 28. 4. Wessnerus notavit postremam differentiam. Terenti versum imitatus est Cicero de orat. 2. 77: facile omnes perpetior et perfero; praeter hunc Spengelius etiam citavit Caesarem b. g. 8. 30: omnia sibi patienda et perferenda, sunt igitur synonyma sine ulla differentia.

63 2 Cf. Don. 199. 3 897. 1.

4 scholium pertinet etiam ad vv. 64 et 65; iuxta hanc Donati observationem aliter magister 63. 2 *a*, 64. 1. 3, 65. 1.

65 2 de *ita ut* vide Speng. et Faircl.

---

[1]) In textu p. 10 pro 'nescimus' corrige 'noscimus'.

66 Servius ad l. l.: honesta figura si rem tertiae personae in secundam referas.

67 Donati verba: 'obsequium adsentator debet, amicus veritatem' in memoriam revocant Ciceronis verba in Laelio 89: 'assentatio' et quae sequuntur usque ad: 'ut ab amico verum audire nequeat'.

68 1 Remoto emblemate 1 *a* ('huius v. pars improbior' sqq. observatio puerilis nullius pretii), alteram partem: 'falsum est autem' sqq. in ipso commento coniunctam fuisse suspicor cum scholio, quod praecedit ad 67. Ceterum dubito an hoc minus iuste Tullio imputetur scribenti tantum: 'in obsequio autem, quoniam Terentiano verbo libenter utimur'. Ad Pho. 372. 2 legitur: 'Quaerit Probus quis ante Terentium dixerit'. Quintilianus sane 8. 3. 35 etiam putat a Terentio primum usurpatum esse obsequium. 2 conglutinatum e Don. 67; Cicero praeter verba a Donato citata nihil, cf. praef. p. x. 3 iuxta 67 Donato non magis concedi potest.

69 1 Scholium obscurum (an corruptum?) significare videtur: 'interea' nonnumquam (est cum) etiam adhiberi posse (habet instantiam?) de rebus multo ante factis. Cf. 363. 4: 'interea', longi temporis significatio, et scholium etiam minus apertum de voce 'interim' 108. 2. Hartmannus in libro de Terentio et Donato p. 128 sic scripsit: 'An haec est sententia: interea tum ponitur, cum nova re oblata, iile qui antea fuit rerum decursus subito sistitur moxque in contrarium vertitur?' Vix credo. 2 Vide schol. Don. ad Aen. l. l.

3 Eugr. p. 13. 4 *a* notavit Wessn. Cf. Mn. 32. 289.

71 'laude impertita' cf. Eun. 1048. 1.

72 1 cf. 58. 1 2 Eun. 473. 2. 3 cf. 118. 4. Eugr. p. 12.

73 1 *a* Observatio prorsus supervacanea; ex ipsis verbis Sosiae et Simonis inde a. v. 51, lectori satis nota sunt quae scholiasta adnotavit. Eugr. p. 13 melius: 'cautus servus, cum adulescentem dominum sciret' cett. 3 Menti huius scholiastae obversabatur, credo, aliqua significatio verbi 'apportare' quae est nuntiare cf. v. 858. Cf. praeterea Don. 338. 4.

74 3 cf. Ad 662 et 45. 3. 'sine sensu laboris' i. e. zonder de beteekenis van zwoegen. Differentia convenit cum exemplis e Senecae controv. 13. 3. 10 'quod pater illi tam dure responderit', et Sen. de provid. 4. 12 'si dure generosos spiritus deus temptat'. Gell. 20. 1. 17. 2 ineptum: de sola tantum Andria hucusque sermo fuit. 4 Mn. 32. 309.

75 3 *a* notavit Wessn. Mn. ibid.

76 Cf. 718. 1. Eun. 148.

77 1 Cf. Eugr. p. 13. 2 vide supra ad v. 42.

78 *a* Mn. 32. 309. Cf. Gloss. IV 83.

79 1 sumptum e Don. 79. 2.

77 3 exclamatio Donati, ut ad v. 92, 146, 239. 902. Eun. 585. 566 etc.

81 3 Editores: esset = ederet.

1 *a* notavit Wessn. Mn. 32. 309 sq. Hartman p. 129.

83 Donato dedi 2, quocirca 1 ei concedi non potest. Servius ad Aen. l. l.

12. 296 'hoc habet' i. e. letali percussus est vulnere. Sic Terentius'... Cf. O. Feyerabend de Servii doctr. rhet. et de Ter. com. Don. p. 8.

3 et 4 absurda esse nemo non sentit; Cf. Eun. 1026. 1. 6 Falsum Mn. 32. 301.

84 1 adnotationem puerilem Donato dare vix ausus sum.

85 2 Donato post 1 dari nequit. 4 *a* ex Don. 73. 2 Mn. 32. 229.

86 Vide supra ad 24. 2.

88 2 'primo sic' scil. v. 85.

89 1 Gloss. v. 535.

2 'diligentiae tempus' vide quae exposui Mn. 32. 223. Eugr. p. 14 melius similia.

90 1 *a* spurca a Donato aliena, non ab interpolatore, cf. ad An. 90. 152 324. Eun. 585. 1079. 3. 9. Mn. 32. 229. Contra D. ad Eun. 143. 2: mundat T. res huiusmodi. Hartman. p. 130.

91 2 additamentum e Don. 820. 4.

93 De verborum structura dissentiunt scholia 93. 1, 94. 1 et 2. Donato unice convenit 94. 2, ut sensit Spengelius ad h. l. et Fairclough, negantes etiam 'qui animus' iungenda esse, ut est in 93. 1. Porro 94. 1 repetit fere 93 1 et 2. Denique 93. 4 nihil ad rem, cum Terentius utatur verbo confligere cum, ut Pho. 505.

96 4 'de more' scilicet rhetorico. Serv. Aen. 1. 606 'secundum artem rhetoricam parentes quos ignorat laudat ex liberis' cett. Lemma fuit igitur 'laudare f.m.'

99 1 rhet., Mn. 33. 231. Eugr. p. 14. 4 re et forma absurdum.

100 2 'quid si?' formula rhetorum, cf. 101, 364, 369. 2, alia. Sen Contr. 1. 7. 12.

102 2 Serv. ad h. l.: 'dictus' dicatus. Semel moneo Donatum ut h. l. sic alibi saepe duas interpretationes proponere ex quibus eligas. Magistri aliquoties unam ex his amplectuntur et defendunt; cf. e. g. 94. 2, 233. etc. Eun. 232; cf. l. l. p. 40 in adnot. et supra ad v. 17.

4 Mn. 32. 320. 5 falsum. cf. Don. 3, Ad. 735. 2. Varro de l. l. 6. 71: qui spoponderat filium despondisse dicebant.

105 3 Steinmann de artis p. vet. parte περὶ ἠθῶν p. 76, de mortibus comicis; cf. mox 106. 2. Hec. 171. 2. Pho. 244. 1, 750. 2. 4 ineptum per 'quasi' ut 86.

106 3 suspectum; etiam Quintilianus habet metuere a.

107 2 re et forma satis insolens. Mn. 32. 221.

108 1 cf. ad 115. 127.

109 2 Eugr. p. 15... collacrimabat, id est cum aliorum lacrimis suas quoque miscebat.

111 3 corrigitur D. 2 idque falso. Mn. 23. 221.

113 3 Eugr. p. 15, ut Don.: tamen dolor <in futura> prorumpit.

115 1. 2. de his scholiis et de 108. 1, 127. 2. 3 vide quae disputavi in Mn. 32. 310, 221, 295, relatu nimis longa.

117 1 cf. Don. 2; locum Vergili ridicule adhibitum esse intelleget, qui meminerit poetam loqui de apibus morbo interemptis.

116 2 Eugr. p. 15: auditorem ... suspendit. 3 rhet. ut 121. 1, cf. Don. 2 et 99. 2.

118 4 suspectum propter Don. 119. 2; cf. Eugr. p. 15. 2 iuxta D. 1. Mn. 32. 289.

119 1 et **120** 1 cf. Eugr. p. 15. Iunxi 2 et 3. 4 cf. Don. 3.

120 1 *a* cf. Don. 119. 1. 2 *a* Mn. 32. 292. Hartman p. 131.

123 iuxta Don. 120. 1. **125** 1 falsum.

127 2. 3 Vide supra ad 115. 2 *a* Don. 108. 1.

128 1 Mn. 32. 222. 2. 3 iuxta 4 *a* contra D. 1 et 4.

131 1 vide infra ad 356.

132 1 sic Donatus, quominus iungas 'bene indicat'. 2 'An quasi': interrogatio magistri per a n, ut in 111. 3, 115. 4, 128. 2, aliaque compluria, de quibus vide Mn. 32, 244 sqq. 3 Cuncta inepta (cf. Mn. 32. 230) et splendidum exemplum scholiorum per 'n o n — 's e d' de quibus vide praefationem p. xxi locosque citatos e Mnem. mox 135. 1. 4 scholium mere rhetoricum artis locum tractat, quem plenius et accuratius illustravit Eugraphius p. 16 ad v. 102, 106; 107. Ceterum vide quae scripsi in adn. prima de huiusmodi scholiis. 5 scholium initio rhetoricum; conclusio per 'ergo' inepte additum.

133 Exemplum Vergili suspectum.

134 Amat hic scholiasta relationes inanes, longe quaesitas, falsas; vide infra ad 279. Cf. Don. ad Pho. 217. 2.

135 2 non nego etiam hoc Donato dari posse; tum autem consarcinanator commenti particulam *sed* inseruit; cf. 142. 3 et 185. 4.

136 Nihil Pamphilo obicitur, nec quicquam ad rem faciunt verba citata Ciceronis. Iustam loci interpretationem dedit Eugraphius p. 16, citans Ciceronem in sequentibus §§ eiusdem orationis.

137 2 Simonem in Pamphilo nullam 'culpam' invenire docet v. 138. 'Aegre ferens' in versu Terentiano obiectum non habet, ut recte vidit Spengelius collato Ad. 143. Nos: 'boos en teleurgesteld'.

138 2 *a* vide supra ad 30, et praef. p. xx.

139 3 Stupide impugnat auxesin ad maiora quam indicavit Donatus 2, perhibens 'feci' gravissimum esse, 'commerui' levius, 'peccavi' multo minus. Cf. Servius ad Aen. 4. 335 de hoc versu. Vide mox ad 236. 5.

143 1 Don. ad Eun. 143. 1

145 6 Eugr. p. 17 ad v. 146. 2 aliter Don. 3. 6 *a* rhetoricum Mn. 33. 322.

146 4 contra Don. 5 per 'an'.

147 2 rhetoricum. 4 e Don. 3; accedit additamentum per 'i d e s t'.

148 3 cf. 185. 1. 2 *a* rhetoricum. **149** 2 Donato non dedi propter 154.

152 1 *a* hoc minime inest in Pamphili verbis 152 sq.; vide ad v. 90.

155 1 iuxta D. 2, cf. ad 49.

156 5 Eun. 557. 3. 1 iuxta Don. 4. 2 iuxta Don. 5, cf. praef. p. x.

157 2 'I d p r o p t e r i d', vide de hac frequentissima interpretandi ratione plerumque vitiosa Mn. 32. 332 sq. cum adnot. et infra ad 340.

158 Ratio antitheseos redditur ineptissima. Donatus plerumque nominan-

dis tantum figuris et tropis defungitur, quod magistri supplere solent, sed ita ut facile deprehendantur, vide e. g. 171. 2, 212, 4, 242. 3, 285. 1 291. 7, cott. usque ad 798 et ultra. Nuda Donati figurae adnotatio: 180, 261, 280, 361, 365, 385, 396, etc.

161 1 *a* 2*a* additamenta eiusdem.

162 1 falsum, vide supra ad 157.

164 2 Eugr. p. 19. Cf. Don. 206. 2. 3 Non hoc dixit Simo in v. 162; praeterea causa invertitur, revera enim: quia mala mens malus animus est servi, ideo dixit quae leguntur in 162 sq.

167 3 *a* e Don. 2, vide praef. p. x.

168 2 cf. 155. 2. 1 = Don. 2 vide praef. p. x; Eugr. p. 19 similia. 3 Vide supra ad v. 45.

169 2 cf. 412. 5. Serv. ad Ge. 4. 212: observant venerantur; alias observare est callide advertere, (citatur h. l. Ter.).

173 2 Mn. 33. 234. Eugr. p. 19. Gerstenberg. p. 65. 3 Don. 1 vide praef. p. x. De scholio **172** vide Mn. 39 (1911) p. 171 sq.

176 6 Donatus tollit dubitationem quam edidit in 5. 2 [1]) iuxta Don. 3. 3 *a* notavit Wessn. 6 *a* et 7 luserunt magistri.

179 2 cf. 775. 1. 3 Sitne Donati dubito. 1 Contra Don. 2, qui recte explicavit: 'verbum faciet'.

180 1 cf. Spengel. 5 Contra D. 4 per 'vel'.

181 4 in commento legebatur, credo, hoc scholium ante 3: oscitatio sqq. 4 *a* de additamentis per 'id est' sim. Mn. 32. 294. 35. 406.

183 2 ad Eun. 645. Pho. 373. 2 *a* nimis ineptum.

184 1 de variis significationibus interiectionis hem cf. Donatum etiam ad 194, 435, 462, 682, 803, 846, 819. 5 *a* additamentum causale prorsus ineptum.

185 1 cf. 148. 3 4 de 'sed' vide supra ad 135.

2 pars prior fere = Don. 1, in altera parte rei ratio redditur absurda, cf. praef. p. VIII. 5 'semper' falsum, ut in 667. 2.

186 3 3 supra ad 30.

188 6 'sivi siit' Gr. L. Diom. I 374 qui citat l. l. Ad.

1 contra Don. 3 et falsum, cf. Speng. et Mn. 32. 302. 5 *a* 'cessavi' falsum.

190 2 Ad. 175. 4, 209. 1. Mn. 32. 222 sq. de 'iam' in commento.

191 cf. ad 261. 4.

192 1 de verbo 'aio' vide Don. ad 321, 353 et praesertim Eun. 139 Hec. 357. 3 iuxta 2. Mn. 32. 244. 4 soloecismus.

193 Vide Wessn. in Appendice.

194 2 contra D. 3, coniecturae satis falsae, vide Mn. 32. 231. 4 scholium obscurum et quo pertineat incertum. Wessn. traxit ad v. 192. Quod hic perhibetur de imitationibus, valet de centum aliis actionibus humanis.

---

[1]) In textu huius scholii post 'Graeci' insere οὕτω.

195 *a* iuxta D. et sumptum a D. 848. 2; cf. 229. 1.

196 3 notavit Wessn.

199 1 De pronominum vi cf. D. ad 271, 330, 386, 439, 504, etc. 3 iuxta D. 2, cf. eiusdem scholiastae additamentum 63. 2 *a*, et D. 897. 1.

200 1 iuxta Don. 2 satisque ineptum. De voce 'omen' Varro l. l. 7. 97, Festus 195. 3 *a* notavit Wessn.

202 1 Ad. 796. 2. 1 *a* Donato dare veritus sum.

204 2 iuxta Don. 1 sed diversum; 5 et 6 iuxta Don. 4. 3 Vide ad 42. 3. 7 cf. 202. 2.

205 Commentum servavit veram lectionem, cum codices habeant 'neque tu hoc'. 1 *a* falsum, cf. Spengel; in exemplo Sall. negationes ad diversa pertinent. Postrema vv. notavit Wessn.

206 1 schol. rhetoricum Donati, Mn. 33. 142. 2 Ad. 288. 3.

208 2 bona differentia Donati, ut paulo ante 206. 4 et mox 245. 4. 261. 4 al. Compara cum his differentias fictas quas collegi Mn. 32. 214 sqq. 4 cf. Plaut. Truc. 36: quando abiit rete pessum, et Rud. 395. 1 et 210. 1 rhetor., Mn. 33. 224.

211 2 interpretatio partim falsa ('gravida' etc.), partim repetitio verborum Ter. ('infensus'). 3 Ter. non dixit 'impossibile'! 'Ergo' sqq. obscura.

212 1 cf. 211. 2; vv. 'scil. de amore f.' et 'revera timendus est' additamenta inepta sunt.

214 cf. 190. 5. **216** cf. etiam 211. 5.

218 in fine, repetunt hoc magistri ad 242 et 776.

219 2 cf. Don. 238. 1.

220 1 pertinet ad sequentem versum, ubi similia eleganter Don. 1, cf. praef. p. x. 2 Donato dare veritus sum.

225 1 de 'atque' vide interpretes Sp. et Faircl. 2 interpretatio vix recta sententiae manifestae.

226 4 Mn. 39 (1911) p. 160.

228 4 'sunt qui', de fontibus Donati in libro meo s. l. p. 170.

229 4 Eugr. p. 22.

230 3 figura bis tantummodo citatur in commento, h. l. et ad v. 493.

231 1 respicere videtur v. 228, ubi tamen 'quamvis coacta' non legitur.

234 1 ad Hec. 364. 4 'quidam' in libro l. p. 170. 3 contra D. 2 per aut. 5 repetitur. 2, cf. Mn. 32. 303.

236 1 'et simul id agitur' cf. in 459. 1; 'ad resistendum p. n. i.' cf. 684. 3. 2 in. cf. 625. 2. 7 vide Wessn. in Append. 2 *a* additamentum mihi valde suspectum. 3 et 4 rhetorica, quorum illud in Mn. 33. 143 perperam Donato addixi. Eugr. p. 23 recte non statuit principium 'ab invectione', sed 'ab indignatione', ut fere Don. in 2. 5 Hoc quoque a Donato abiudicavi; quid sit dilatare orationem vide part. orat. § 23, et de orat. 2. 109. De auxesi ad minora supra ad 139.

238 1 reddidit scholiasta Don. 219. 2. 2 De scholiis rhetoricis in hac scaena, Mn. 33. 234 sq.

239 1 Vide supra ad 77. 3. 3 et 4 inania. 5 iuxta D. 2. 6 Eugr. p. 23.

241 1 Donato dedi non sine aliqua dubitatione.

240 cf. supra ad 45. 1, *a* notavit Wessn.

242 3 repetitum ex 218; notavit Wessn.

243 1 'cum conatu' cf. 161. 2. 2 'proprietate' vide Rabbow, de Don. com. p. 341, qui citavit Servium ad Aen. 1. 410 '. . . sciendum tamen est Terentium propter solam proprietatem omnibus comicis esse praepositum, quibus est quantum ad cetera spectat inferior'. Eun. 441. 1; frequens est formula 'propie Ter.' in commento. Cf. ad Eun. 134. 3 'tamquam Chremes' cett. interpretatio manca.

245 1 *a* ficta omnia 3 Donato dare veritus sum vocis definitionem ab illius iudicii et stili sobrietate adhorrentem; cf. praeterea Don. 4. 5 et observatio et exemplum invalida.

246 2 vide praef. p. IX.

248 2 hoc scholium posui ante primum, quo ordine legebantur sine dubio in commento. Cf. Speng. 3 Spengelius, citavit Cic. Cat. 3. 15. 4 distinctio falsa.

249 1 ineptum per 'quasi', vide ad v. 24.

250 1 Don. ad Eun. 833. 2 Hec. 643. 5. 5 Eugr. p. 24. 1 *a* mira distinctio; de contumelia cf. 194. 2; Mn. 32. 232.

252 1 iuxta Don. 2, de 'quasi' ad v. 24.

253 2 et 3 Eugr. p. 25: nunc per speciem proponit. In 3 species nominantur.

255 vide ad 279. 1.

257 2 differentia ficta et falsa. Vide supra ad 8. 3 Don., Eun. 104, l. s. l. p. 147 sq.

258 scholia levissima 1 et 2 semovi.

259 1 et 2 falsa; cf. Speng. 3 Eugr. p. 25.

261 1 schol. rhet. Donati. Mn. 234 sq. 2 et 3 rhet. ut 262. 2. 4.

264 'ad quam rem' interpretatio perversa, Gloss. semper 'in quam partem'.

265 3 cf. 42. 1.

268 2 in ipso commento lemma defuit nimirum ante hanc adnotationem, priori iungendam. Idem dicendum videtur de 269 1 et 3.

269 5 sic scholium constitui omissis lemmatis duobus et inserto 'sed'. Vide Wessn. p. 110.

270 2 'effectio' Cic Acad. I 6 et 24.
1 'deserere cogaris' vitiosum foret.

271 1 vide ad 199. 1 *a* scholium non pertinet ad Terentium, sed ad exemplum a Donato citatum, vide supra ad 38. 3 *b*, cf. 285. 1.

272 2 et 3 futtilia. 1 et 4 rhet., vide ad 238.

274 3 iuxta Don. 1; initium obscurum.

275 prorsus ineptum, de scholiis per 'non — sed' cf. ad v. 132.

277 1 futtile. 2 cf. Don. 3, et compara 349. 3, 409. 1, 705. 2.

278 4 satis inepta, et partim iuxta Don. 277. 5.

279 invertit quae Don. dixit in 2 addiditque exemplum Vergilianum:

'quid iuvenis magnum cui versat ossibus ignem durus amor', quod non probat amorem vehementiorem esse in homines quam in feras. Et Georgica alibi contrarium praedicant.

Amat scholiasta ille res et voces ad se invicem referre et antitheses quasdam sic statuere, vide supra 134, 255, porro 286. 3, 288. 1, 291. 2. 5. 6, 292. 2, 295. 4, 312. 4. al., ad Eun. 54 et praef. p. IX.

280 2 ineptum.

281 2 et 3 unum interpolatoris scholium verbosum effecisse videntur iuxta Don. 1: in Mysidis verbis nulla est calliditas, sed candor et simplicitas bonae mulierculae; et quid significant in 3 verba 'merito eius' cett.? 6 Imperfecti ratio prorsus alia est, cf. Don. 5; exempla Vergil. nihil ad quaestionem de praeterito. Mn. 32. 232 sq.

282 1 immo utrumque exprobrantis est. Mn. 32. 233.

284 1 definitio inaudita; vide supra ad. v. 8. Varro l. l. 7. 92 'ferme a ferendo, quod id quod fertur est in motu et adventat'. 2 Satis ineptum, et exemplum Verg. ('dulcis moriens reminiscitur Argos') quid ad rem?

285 1 *a* vide ad v. 30, aptum pueris in scholis, ineptum et falsum eruditis lectoribus. 3 cf. Don. 4; utrumque rhetoricum. 5 *a* iuxta D. 5 et falsum. Mn. 32. 344.

286 2 iunctum fuisse videtur cum 1. 4 cf. 118. 4. 3 cf. Don. 5 et praef. p. XI. Vide ad 279 et Mn. 32. 233.

288 1 Vide ad 279.

289 1 cf. schol. 556. Schol. Dan. ad l. l. 'quod, propter quod'. 3 cf. Don. 297. 1, et schol. Veronense memorabile ad Aen. 7. 266 in append. Serviana, Philo-Hagen p. 435.

291 1 cf. Don. 543. 2 et praef. p. XII. 2 Mn. 32. 233; scholia 2. 4. 5. 6 exempto emblemate 'segreges' sqq. unum scholium efficiunt e genere notato ad 279.

292 1 Don. ad Hec. 387. 2, ubi citatur Aen. 10. 45 sq., ad quem locum compara Servium, nec non ad 10. 524. 2 'non-sed' ad v. 132.

295 4. 6 vide ad 279. Mn. 32. 233. 5 rhet. et 298. 2.

299 1 cf. 473. 5. 2 excerptum e Don. 3, praef. p. XII.

300 3 vide libr. s. l. p. 170. 4 verba 'deest enim accedat' suspecta sunt.

301 4 *a* notavit Wessn.

302 2 et 5 de schol. rhetoricis in actu secundo Mn. 33. 235—237.

303 4 vide quae exposui de huius rei doctrina apud scholiastas et grammaticos in Mn. 32. 312 sq. Donati doctrina, Gr. l. IV 419, refertur in schol. 4, adversariorum in 2, ubi scholiasta infeliciter conciliare conatur contraria.

304 1 iuxta D. 2. **305** 2 rhet. Mn. 33. 236.

306 2 Inde ab 'et quasi' omnia dedi interpolatori philosophanti. Wessnerus iam notaverat ineptum exemplum ex Adelphis Mn. 32. 313.

310 2 Serv. ad Aen. 10. 411: 'sed' modo inceptiva particula est, ut in Sallustio saepius. 1 *a* et 2 *a* emblemata, illud per 'ergo' (ad v. 42), hoc falsum. 2 *b* additamentum pueris aptum (ad 285). 3 *a* rhet.

312 5 cf. 319. 1. 3 differentia nec per se vera nec quadrans in hunc locum, 4 'nec—sed' ad v. 132.

313 1 Wessner in l. de Aemilio Aspro p. 38 sq. suspicatur locum de 'saltem' ad Donatum per Probrum—Asprum pervenisse e Nigidio, qui tamen secundum Gellium 12. 14. 3 scripsit 'saltem' esse = 'si aliter' (scil. potest). Differt denuo Donati etymon ad 494 et Ad. 249. 3, quod proxime convenit cum glossa cod. Bern. Anecd. Helv. p. 263 adn. (ut docuit Wessn.): 'saltem .... a captivis, qui abducti hosti dicunt: omnia nostra accipe et saltem nobis vitam concede, et inde remansit saltem per sincopam i, per abscisionem u litterae' (ergo salvitem?). Consimilia Serv. ad Aen. 4. 327.

314 2 vitiosum.

315 3 cf. ad 285 1 *a*. 4 cf. Don. 2. Mn. 32. 233.

318 2 Mn. 32 234. Ecce scholium Donateo 1 praeter exemplum Verg. re simile, forma prorsus diversum.

319 2 rhet. Mn. 33. 236. Eugr. p. 31.

320 1 distinctio a loco aliena, si confers v. 319. 3 ad v. 279.

321 3 'Aiunt' supra ad 192, 1; Hec. 357, 2.

322 2 cf. Don. 1 Mn. 32. 234. Donatus in 1 nimis concise denuo hoc voluit exprimere: Charinum moriturum se dixit prius, i. e. potius, quam pudenda fateretur, scil. se amare amici sponsam, quod tum aperitur a Byrria.

324 Donato dedi 2 et 6, quae in commento unum scholium effecisse videntur, omissa repetitione 'ne valde'. Ceterum de 'valde' cf. 772. 939 et ad prol. 17, vide ad Eun. 285.

3 cf. Don. 4 et praef. p. x. 5 Nihil tale inest in verbis Byrriae. Mn. 32. 234.

327 2 cf. Don. 5 et praef. p. x. 3 Immo = si id non pote est; cf. Speng.

328 1 *a* additamentum causale prorsus falsum. 4 Serv. ad Aen. 1. 70: sciendum est sane hanc artem esse petitionis, ut minora impetrare cupientes maiora poscamus. Eugr. p. 33.

330 1 supra ad. 271.

331 2 cf. Eugr. p. 33, qui citat Aen. 4. 434, et Serv. ad Aen. 1. 74, 4. 335, ubi citatur An. 139. Ad. 681. 1 *a* notavit Wessn. 3 vide praef. p. xi 6 Mn. 32. 297.

333 3 Mn. 32. 290 scholia per 'ergo'.

334 1. 2 differentia et conclusio re et forma satis mira sunt; exemplum parum commodum. Cf. Eun. 1035.

335 2 ineptum, Mn. 32. 242.

337 3 et hoc et 338. 3 mihi suspectum.

338 1 cf. 301. 1 Mn. 39 (a. 1911) p. 172 adn. 2: 'fortuna mixta r. d.' = se immiscens rebus a fabulae personis scite, ut putabant, ordinatis. Hartman p. 138 perperam coniecit 'rebus desperatis'.

339 Sic fere Eugr. p. 34. Serv. ad Aen. 1. 720, qui citat h. l. Ter.: ordo naturalis, prius enim est avellere inhaerentia et post nova inferre.

340 1 contra Don. 2; formula 'id = ob id, propter id' sim. magistris cara: 170, 349, 376, 499, 841, Eun. 323, 829.

344 1 iuxta D. 2; de 'quasi' ad. v. 24. **346** 2 Ad. 247. 2.

347 2 fere ex D. 1, praef. p. xi, cf. 599. 3; et vide Speng. ad h. l.

348 4 Ad. 130. **349** 3 cf. 277. 2. **350** 2 Pho. 711. 3.

351 1. 2 Vide quae de his similibusque scholiis exposui Mn. 32. 222 sq.

352 1 Eugr. p. 35. 2 scholium nimis sane speciosum, fortasse tamen Donato dari debuit; Fairclough vertit: *no longer means to give.*

353 3 cf. supra ad 192.

354 5 cf. 372. 3. 1 iuxta Don. 5; doli longissime absunt a timido Charino eiusque mancipio; quid facere hac in re possit legitur v. 373. 2 initium rhetoricum, ad reliqua cf. Don. 5.

356 2 'a summo ad imum divisiones' cf. 131, 448, 512. Ad. 117. Hec. 241, 677. Mn. 33. 232 sq. de hac figura in commento, apud Eugraphium et apud grammaticos.

357 1. 2 'deest' ad v. 30.

360 2 schol. rhetor. inepte affixum ad Don. 2. Eugr. p. 36, v. 363.

361 2 *a* immo supplendum 'dabo'; cf. Speng. ad 226.

362 2 pertinet, ni fallor, ad 363 'perge'. Wessn. traxit ad 'cum illo advenio'.

364 3 supra ad 62. 3 J. W. Beck coniecit 'intemporius' i. e. intempestive.

365 Eun. 237. 4. Hec. 356. 1 Pho. 154. 3.

364 Supra ad 100.

366 1 Eugr. p. 36 v. 365. **367** 1 Mn. 33. 146 sq. 2 *a* additamentum nimis otiosum.

369 3 cf. 253. 2. 2 rhet. **368** 1 cf. 361. 4.

371 2 notavit Wessn. Mn. 32. 235. **372** 2 cf. Don. 3.

373 2 Nonius 242. 10: 'ambire' ambitionibus appetere, Verg. 7. 333. Ter. An. 373.

374 rhet. Mn. 33. 237. **375** Eugr. p. 37 sq.

380 6 vide libr. s. l. p. 171. 2 additamentum otiosum per 'hoc est' vide ad v. 181. 5 'velut dormitantem' etc., nimis absurdum; verba 'difficilest' 'sola est mulier' ad excitandum dormitantem et p. p. oblitum nihil faciunt.

381 3 per 'autem' Don. hoc scholium superiori adiunxerat. 7 et 8 cf. Speng. 1 'contradicere' falsum. 4 et 5 iuxta Don. 3.

382 4 Mn. 32. 223. **384** 1 Hec. 465. 2. Pho 121. 3.

385 rhet. cf. Eugr. p. 39. **386** 2 cf. 399. 2. 1 cf. supra ad 199. 1.

387 Undecim sunt scholia mere rhetorica ad hanc scaenam (Mn. 33. 337): 380. 7, 387. 1. 2. 3, 389. 4, (perperam Donato reliqui), 393. 2 395. 2. 6, 396. 2, 398. 2.

389 1 ex Don. 383. 1. 3 *a* 'restitues' falsum cf. Don. 3.

393 1 Don. 391. 2.

395 3 nititur falsa loci interpretatione; obiectum verbi 'propulsabo' est 'uxorem'. 5 falsum; iunge: 'propulsabo his moribus'.

396 3 lib. s. l. p. 171. 2 rhetor ut 398, 2.

398 1 *a* falsum, secundum D. significat 'ex otio' quod differt; sumptum fortasse ex 842. 3. 3 iuxta Don. 5, nec verum.

399 4 de verbo 'tacere' Eun. 376. 1, 820. 2. 1 cf. 327. 2. 5 cf. Don. 4; 'correptio' cf. 329. 3.

400 3 *a* notavit Wessn.

401 1 Melius Serv. ad Aen. 237: pollicemur sponte, rogati promittimus. Don ad Eun. 308. 1.

404 2 e genere quod indicavi ad v. 279; inepte philosophatur: ad revisendum quid agant et quid c. captent opus est apertis oculis et auribus: prudentiam et sagacitate tum demum, cum contra machinari incipias. 3 *a* eiusdem notae et actionis divisio e schola sumpta h. l. a re prorsus aliena est. 5 falsum.

405 cf. ad 132. **406** 2 ineptum; cf. Don. 408. 3.

407 2 et **408** 2 de turbato scholiorum ordine Sabbadini Stud. Ital. IV p. 14, qui merito utrumque damnavit.

408 4 cf. 937. 2 2 *a* exemplum non idoneum. **409** 1 cf. 277. 2.

410 2 Eun. 390. 1. 3 et 5 contra Don. 4. Mn. 32. 223.

412 2 scholium suspectum Donato tamen dedi, quia magistri ab oeconomia indicanda vulgo abhorrent. Videtur nimis breviter denuo hoc indicasse; Byrria huic colloquio interest, ut inde efficiat Pamphilum uxorem ducturum esse utque hunc suum errorem Charino inculcet.

3 cf. Euanthius III 8. 4 Ambages nullius pretii. In exemplo Verg. regina non manum sed e x t r e m a m manum imponit, quod aliquanto differt; exemplum Georg. ridiculum, quasi 'aratra imperfecta reliquantur'. Cf. Eun. 166. 5 Don. 169. 2. cf. praef. p. XII.

414 Vide interpretes. **417** iuxta Don. 3. **420** 2 supra ad 184.

422 2 Serv. ad Aen. 9. 192: 'poscere' et 'petere' secundum Varronem. 1 *a* igitur 'extorqueo cum gratia'!

423 3 Eugr. p. 42. 1 Nihil a rem. **425** Serv. ad Aen. 4. 373.

426 1 Eun. 732. 1. 2 supra ad 45.

429 3 Serv. ad Ge. 4. 128: 'memini vidisse' dicimus aut et 'memini videre'. Vide libr. s. 1 p. 162.

4 *a* cf. Serv. Aen. II 12.

430 2 *a* notavit Wessn.

432 Eug. p. 43: h. scaena dolos habet utriusque personae. Mn. 39 (a. 1911) p. 174.

433 cf. ad 587. **434** 2 *a* notavit Wessn.

435 1 supra ad 184. 5 Ad. 109. 2. 2 *a* Don. 434. 3.

436 2 Eun. 307. 4. Ad. 564. 3. 2 *a* priora notavit Wessn., reliqua hausta credo ex Eun. 337 et 660. 1.

437 Serv. ad Aen. 3. 671. **439** 1 cf. ad 199. 1 *a* Donato dare nolui.

441 1 ineptum. **442** 1 Eun. 632. 1. Ad. 796. 2.

443 2. 4 utrumque non verum.

446 2 conflatum e schol. ad prol. 1. 6, cum additamento inepto.

447 1 *a* notavit Wessn.

448 1 cf. ad 356. 2 iuxta D. 3.

449 1 de scholio prorsus falso vide quae disputavi nuper Mn. 39 (a 1911) p. 174 sqq.

453 *a* promptum ex 437. **455** 3 iuxta Don. 2 et 4.

456 2 futtilia. **457** 2 cf. Speng. 1 vide praef. p. XIV sq.

458 2 cf. Speng. ad h. l. **459** 1 Mn. 39 (a. 1911) p. 157.

460 3 iuxta Don. 2. 4 *a* notavit Wessn. cf. 179. 2. 775. 1.

461 3 iuxta D. 1. Mn. 32. 245.

462 3 cf. ad 184. 1 vix verum.

465 1. 2 cf. Ad 324. 4, Eun. 54, Pho. 208. 4, 419. 1.

2 Mn. 32. 224. 3 *a* ad 271; denuo scholium ad exemplum a Donato prolatum. Notavit Wessn. 4 iuxta Don. 1.

470 2 et 5 iuxta Don. 3 et 4, cum exemplo Ciceronis quod nihil ad rem facit et omittitur in 2 id, quo maxime bestiis praestamus, ratiocinatio, cf. 4. Ratio particulae, 'unde', ut alibi τοῦ 'quia' 'nam' sim. in hoc scholiasta saepe nulla est. Cum hoc scholio compara simile eiusdem de quatuor virtutibus 30. 5. Conclusio de sene in 5 satis absurda. Mn. 32 237. Ceterum vide praef. p. XII adn. et XIII.

473 4 Ad. 487.

2 *a* emblema notavit Wessn. De n i x i s d i i s cf. von Basiner, M. Rh. 1905 p. 615 sqq. contra Wissowa R. R. p. 200 adn. 3. 5 cf. 299. 1, praef. p. XII. Eugr. p. 45. Gerstenberg p. 39.

474 2 rhet.

476 1 Davus nesciebat partum proxime instare. 2 non intellego; de 'quasi' ad v. 24. 3 *a* Simo hoc non ostendit. 4 contra Don. 3, cuius verbis partim utitur. Vide libr. s. l. p. 173, et praef. p. XIII.

479 1 cf. 669, 2. Ad. 404. 2. Mn. 32. 224. **480** cf. ad 446. 924.

481 1 cf. 228. 1. 3 cf. 484. 1. 1 *a* Si quis hoc Donato dare velit non valde renitor. 3 *a* conclusio nimis supervacanea.

483 *a* sententia corrupta et obscura emblema esse videtur.

484 4 lib. s. l. p. 173. **484** 1 Gr. Lat. IV 502.

486 1 Donato dari nequit iuxta 4 et 5. 5 *a* notavit Wessn.

487 1 similia Serv. ad Aen. 7. 187. Nonius 393. 20: 'superstites dicuntur, qui supersint mortuis; superstites veteres ponebant incolumes'. (cum h. l. T.). 2 iuxta D. 3.

489 3 nimis otiosum iuxta D. 2; 'subaudias' cf. ad. v. 57.

490 1 Ad. 608. 4. 5 Eugr. p. 47. Prisc. II 230 sq. 6 *a* iuxta D. 5.

491 1 rhet. ut 492. 3. **492** 2 *a* notavit Wessn.

494 1 *a* supra ad 313. 4 obscurum.

496 2 discrimen non cadit in hunc locum, ubi ipse servus rogatur 'num veritu's?' Mn. 32. 217. 3 emblema (in scholio spurio, ut 521, 697) notavit Wessn. 5 satis mirum.

499 3 cf. 508. 2. **502** *a* supra ad 49. 2 falsum. **504** 1 vide ad 199.

505 3 postrema verba: 'quam (i. e. 'potius quam' cf. 35. 484. 439) false' cett. fortasse a Donato abroganda sunt, quippe valde otiosa. 3 *a* notavit Wessn.

507 1 cf. 508. 2.

508 2 cf. 499.3. 3. Ad. 121. 3 notavit Wessn. 4 vix genuinum.

510 1 [1]) Eun. 306. 4. Ad. 71. 3. 2 Liber s. l. p. 173. 4 *a* exempla Vergiliana merito notavit Wessner. Donati exempla numquam non idonea; interpolatorum, nisi falsa tamen eiusmodi ut sine conexu cum re demonstranda temere e scholastica disciplina prompta videantur; sic h. l. exempla de pronom. possessivis valent de locis Vergilianis non de Terentiano. Cf. ad v. 48 et exx. Ciceronis 136. 470. Plaut. 331. Sall. 334. al.

511 1. 3 Eugr. p. 48. **512** 2 Vide ad 356 **514** Ad. 156, 4.

516 2 contra D. 1. **519** 2 vide ad 243. 2 *a* ad 510. 4.

521 3 cf. 875. 4. De tandem et tamen mira tradunt grammatici; erant qui synonyma esse, alii qui, tandem ex supervacuo poni putarent. Festus 360. Serv. Aen. 1. 369. Non. 406. 1. Smith, Archaisms. i. t. com. Don. p. 30 de hoc scholio: the note is somewhat obscure. Intellegimus sane sed simul stupemus. 4 vide praef. p. XI. 5 emblema notavit Wessn., continet quod est in Don. 1.

527 cf. 612. **528** suspectum; vide adn. Speng.

533 2 cf. Eun. 790. 2. 3 dedi Donato, a Wessnero immerito seclusum; iunctum fuisse credo cum 2; sed exemplum Verg. ineptum (3 *a*) interpolatori tribuendum. Cf. Ad. 460.

4 scholiasta philosophatur ad Don. 2; de metalempsi vide Eun. 809.

534 2 de huiusmodi scholiis vide ad v. 600.

535 1 cf. adn. Speng. 2 falsum; cf 404 'reviso quid agat.'

539 2 vide supra ad 61, mox Donatus ad 694 et Hec. 268. Servius Aen. 6. 603: 'adsimilis' ad vacat et a maioribus ad ornatum adhibebatur, cett., 12. 816 cum ex. Hecyrae.

3 exemplum Verg. non idoneum.

540 Iunxi 1 et 2. cf. 291. 1. **545** 3 vix ad rem.

546 3. 4 *a* et 547. 1 futtilia

549 *a* de additamentis otiosis et saepe falsis per particulas causales sim. vide Mn. 32. 292. sq. quod ad Andriam, et Mn. 35, 405 (= l. s. l. p. 154) quod ad Eunuchum attinet.

550 1 fortasse genuinum. 2 idem ad Hec. l. l.

552 2 et 3 *a* notavit Wessn.

556 falsum; imitatur Don. 289 1, vide praef. p. XII.

565 et **568** Eugr. p. 50 sq.

572 1 verba 'tamquam—quid?' falso addita sunt, cf. ad. Eun. 171. 388. Ad. 133. 350. 4. cf. 459. 4. 3 'Vel potius' cett. repetit fere Don. 1 atque ex Adelphorum scholiis laudatis traxit verbum 'resistere'; 'perstare' non sic usurpatur sine praepositione 'in'. Mn. 32. 224.

576 1 rhet. 2 'ergo' ad v. 42. **580** 1 cf. 855. 2 cf. 174. 4.

582 2 Eun. 9. 5. **587** vide ad 433. **592** Eugr. p. 52 sq.

595 vide ad 31 et 334. 3.

---

[1]) Lemma est: PRORSUS A ME OPINIONEM; in textu postrema verba perperam litteris non maiusculis expressa sunt.

596 2 cf. interpretes ad h. l. 4 iuxta Don. 5, Serv. Aen. 5. 600, 9. 188
597 'productiones comici' 459. 3, 684. 3.
598 2 tametsi exemplum Hecyrae minus placet, tamen Donato dedi, collato Servio ad Aen. 2. 707. 5 cf. Don. 7 et 6, praef. p. xi.
599 3 argutiae, quibus scholiasta aemulatur Donati adnotationem ad 347. 1. cf. Speng.
600 3 'proficisci enim in rem aegram et difficilem dicimus' cf. 534 'adierunt . . . quia aditus arduus', 609: 'committimus enim, quae magno cum periculo volumus esse servata'. 611. 2 'cum vita hominis tam variis multisque periculis sit conferta'. 656. 2 'apparari . . . semper cladem et perniciem significat' (cf. 690. 2), aliaque huius generis, veluti 127. 3, 695. 3, 707. 4 etc., libenter addidit interpolator, ut scholiis suis tragico fere talium flosculorum colore aliquid ponderis adiceret, quod augetur etiam addito 'semper' ut 656 et 667. 2. Haec omnia autem falsa aut valde exaggerata esse nemo non sentit.
601 1 cf. Don. 602. 1.
602 2 ut **603** 1 'non—sed' vide ad v. 132 et Mn. 32. 223.
604 *a* nimis ineptum. **606** 1 cf. 642. 1. 2 Mn. 32. 291.
607 5 *a* emblema notavit Wessn. Ceterum etiam dubito de verbis quae sequuntur 'nam quia' etc., quae figurae explicationem continent supervacaneam qualemque Donatus semper sprevit.
608 1 cf. 30. 5.
609 2 Pho. 746. 2. Vide supra ad 600. 3; definitionem falsam esse ostendunt An. 230. 241. Heaut. 714. Hec. 212.
610 2 *a* notavit Wessner. Donatum argumenta Plautina huic ipsi adsignasse vix credo.
611 [1]) 2 supra ad 600. 3 Mn. 32. 328. 3 *a* notavit Wessn. cf. Don. 1.
612 1 absurde filius dixisset 'Simoni' pro 'patri'.
616 1 cf. 846. 2. **617** 4 Mn. 32. 223.
622 *a* denuo scholium de exemplo Donati; vide supra ad v. 38.
625 4 Eugr. p. 56.
627 3. 4 et 628 *a* falsa. Spengelius apte citat Heaut. 397.
629 2 Eugr. p. 57. Vide interpretationem recentiorem apud Speng. et Faircl. 1 Perplexe redduntur quae Don. aperte in 2.
630 1 de 'modo' cf. Eun. 309. 1074. Ad. 289. Hec. 458. Pho. 59. 2[2]) sic etiam Spengel.
633 2 Mn. 32. 217; de iisdem mox usurpatur 'pudet' v. 637. 3 'res malitia scilicet': immo 'die Sachlage', ut habet Speng.
636 2 iuxta 3 et 4 4 'et hoc est — maluit', notata a Wessnero, sed idoneum Donati exemplum continent et errore redactoris aut librarii migrasse videntur ex suo loco, quem fuisse puto ante scholium 3 vel post 4, cum lemmate 'Proximus sum egomet mihi'.

---

[1]) In textu scholii corrige 'periclitaturos'.
[2]) Scholium genuinum in textu prave expressum est litteris minoribus praemissaque littera *a*.

637 3 cf. 638. 3. 1 *a* notavit Wessn. 4 aliter Don. in 3.
639 5 Mn. 32. 217, ubi perperam hoc Donato eripui.
641 Vide quae disputavi de his scholiis Mn. 32. 243.
642 1 cf. 606. 1. 2 Eugr. p. 58. Cur scholium rhetoricum Donato concesserim vide Mn. 33. 255 sq. Ibidem p. 256 Donato dederam quoque schol. rhet. 643. 2, sed id nunc ab eo detraxi, non solum quia initium prorsus scholam sapit, sed quia in 643.1 de eadem re aliter scripsit. Rhetorica sunt praeterea in hac scaena 639. 1, 653. 1, 654, 658. 668. 1.
647 1 Speng. ad h. l. **651** 2 Eugr. p. 58 sq.
652 Scholium corruptum. S c h o p e n pro 'nosti' coniecit 'nescis', palaeographice parum verisimiliter, nec ratio tum perspicitur particulae 'sed'. Puto Donatum scripsisse 'nosse enim <te putas>, sed'. Charinum sic putare docet v. 653 'scio' cett., cuius errorem Pamphilus refutat 655 'immo etiam, quo minus tu scis'.
655 4 5 6 in commento iuncta fuisse videntur; profert Don. aliorum opinionem et suam. Vide adn. interpretum.
656 2 vide supra ad 600. Mn. 32. 225.
663 4 falso hic adhibetur doctrina quam recte exhibet Servius ad Verg. l. l., ubi laudatur Eun. 629.
667 1 'Eho' vide ad 184. 500. 748. 951. 2 'semper' non minus falsum quam in 185. 5.
669 2 cf. 479. 1. **679** 2 otiosum iuxta D. 1. 3 cf. Eun. 138. 2.
682 'Hem' vide supra ad 184. **683** 3 Eugr. p. 61.
684 1 *a* cf. Don. 2 initio. Aliter Eugr. p. 61. 4 Mn. 32. 223.
685 1 *a* notavit Wessn.
688 2 interpretatio suspecta et vix Donatea; vide Speng. adn.
690 1 vide supra ad 600. 2 repetitur 656. 2.
694 1 cf. 663. 3, et vide supra ad 539. 1 *a* notavit Wessn.
695 3 iuxta D. 1 et fere confictum e Don. ad Adelphos 790. 1 et 4; de hoc grandiloquo scholiorum genere vide ad v. 600.
696 4 dubito de auctoritate huius scholii, per se non mali, quia initium scholii 3: 'hoc est abeant, recedant', in commento iunctum fuisse puto cum 5: 'et attende' sqq.; haec ambo autem certam interpretationem exhibent, quae non amplius admittit dubitationem scholii 4.

3 *a* Mn. 32. 239; 'quia' causam allegat falsissimam. 6 iuxta Don. 3.
697 2 emblema, in scholio spurio, notavit Wessn. Vide ad 495.
699 1 Serv. ad Aen. 1. 646, 12. 408.
703 2 contra D. 1, et vide interpretationem Spengelii.

3 'subiecta' contrarium ostendunt.
704 1 paulisper reputantes videmus quam ineptum sit illud: 'deterret Charinum, ut ipse (Charinus) adiuvet Pamphilum'. Scholium male huc illatum est ex Don. adn. 372. 3.

3 Fluctus in simpulo contra Don. 2; omnia longe arcessita, et postrema ('vel quia') absurda. Mn. 32. 240.
705 2 vide supra ad 277. **706** 2 *a* notavit Wessn.

707 1 Servius ad Aen. 10. 477: 'viam molita' h. e. cum difficultate quaesivit.
2 otiosum, et requiritur numerus pluralis in adiectivis. 3 utriusque verbi definitio minus iusta, cf. Don. 1. 4 contra Don. 1, sed pro parte ex illo haustum. Mn. 32. 225.

713 'VIX' perperam maiusculis expressum non pertinet ad lemma.

716 7 cf. 744. 2 et scholia ad 959. 3 *a* notavit Wessn. 4 *a* philosophatur ad Don. 4.

718 2 iuxta Don. 1. cf. 295. 2.

720 4 Eugr. p. 65. 1 iuxta Don. 2. 5 vide praef. p. XI. 6 'ut diximus' praef. p. XXI. 7 alius magister iuxta 4. Fairclough hoc schol. temere, opinor, Donato dedit.

723 3 cf. Don. 2. 4 cf. Eun. 422. 2; exemplum minus idoneum, cf. Serv. ad h. l.

726 Servius ad Aen. 12. 120 in fine de lectione Menandri. 2 contra Don. 1. 4 cf. Don. 7. 6 est in ipso textu 'substerne' v. 727.

729 Eugr. p. 66. *a* Donato dare nolui.

730 4 cf. 763. 1. 2 Eugr. p. 66. **736** 1 *a* cf. 735 Don.

739 cf. Eun. 302. 4 et Wessn. in app.

744 2 cf. 716. 7. **748** vide supra ad 667. **751** 1 cf. ad. 781.

754 de his scholiis vide praef. p. XIII sq. 4 'pressius' ut 759. Eun. 711; 764 'lentius'.

755 1 Eun. 89. 2. 894. **758** 1 Pho. ad v. 915.

756 *a* sumptum e Don. **760** 1 et **766** 1; vide praef. p. IX.

763 cf. 730. 4. *a* notavit Wessn. **766** 2 falsum.

769 2 iuxta Don. 4 et satis obscurum.

771 1 scholium semirhetoricum Donati esse praetervidi in Mn. 33. 147.

773 2 iuxta D. 1, definitio valde suspecta, nec minus in schol. 1 additamentum 'transit enim' sqq. Sed de figuris postea videbimus. Cf. Rabbow p. 342.

772 cf. 324. 2. **773** 1 Eun. 244. 1. 2 definitio mira, cf. Don. 1.

776 2 *a* supra ad 218. 242. 4 *a* scholium abstrusum significare videtur: simul enim occasionem praebet Chremeti, ut sua sponte generum recuset, nec iniuriae causa id facere videatur. Sententia a re prorsus aliena. Hartman p. 150.

781 1 vide ad 219 et 750.

783 3 Mn. 32. 320. Gr. Lat. VII 504. 3: per tempus i. e. opportune, cum hoc loco Terenti.

784 2 nimis otiosum; cf. 785. 1. **786** 'nec-sed' ad v. 132.

797 2 interpretatio optimo homine Critone indigna; cf. Don. 798. 4.

798 1 non 'dolet', sed meretricem fuisse Chrysidem refert cum pudore, cf. Don. 2; de morte nihil queritur. 2 *a* cf. 879. 2. 5 cf. Don. 2 i. f.

800 Eun. 294. 3. *a* rhetor.

801 Nonius 557. 10 'consobrini' quasi consororini, ex duabus editi sororibus. Similia Isidorus Or. 9. 6. 14. Cf. praeterea Hec. 459. 2 et 3. Festus 297.

803 2 otiosum, vide ad v. 57. 1 *a*.
804 1 *a* explicatio otiosa per 'id est', vide ad v. 181.
806 2 rhet. ut 809. 2. 815. 1. Eugr. p. 71: recte et ordine conquisivit, cett.
808 'critici' vide libr. s. l. p. 174.
809 1 *a*, ut **810** 2 *a* et **814** 2 *a*, notavit Wessn.
811 verba 'et est comicum' additicia videntur.
815 1 interpretatio ab hoc loco aliena.
817 2 contra D. 1, Mn. 32. 320. cf. Speng. ad h. l.
818 1 partim e Don. 2, partim ineptum. Hartman p. 150.
819 Cur Davus a sene videri nunc nolit, silent interpretes, sed recte explicit Donatus: si adfuisset in sequenti scaena Simo procul dubio eius testimonium de iris inter Pamphilum et Glycerium (552. 575 sq.) invocasset adversus Chremetem.
820 2 Mn. 33. 143 hoc scholium rhetoricum Donato adsignare praetermisi. In hac scaena, ut in V 3, revera causa agitur oratorie inter senes, quod Donatus adnotare non supersedit (cf. 872. 1). Hinc etiam magistrorum scholia rhetorica satis multa: 820. 3, 828. 1, 834, 835. 1. 2. 3 supervacaneum post Don. 1 et 2.
828 1 Eugr. p. 73. **832** *a* notavit Wessn.
835 1. 2 Eugr. p. 74. **837** 1 Cf. Eun. 1001. 2. **841** **1** = 341. 1 et contra D., ibid. in 2.
842 3 cf. 398. 1. 3 *a* et 4 *a* Mn. 32. 225. 245, hoc contra D. 4, illud otiosum.
844 3 *a* et 5 *a* notavit Wessn.
845 1 cf. Speng. adn. **846** 2 cf. 616. 1. 1 satis ineptum.
848 2 vide ad 195 et adn. Speng. 1 *a* Mn. 32. 294 in adn.
849 5 Vide H. Steinmann, de art. poet. vet. parte περὶ ἠθῶν p. 59 adn. 3. 1 vide ad v. 30 et 285. 3 falsum.
851 2 cf. 849. 5. **853** 5 iuxta Don. 3.
854 2 lemma omissum: 'iam facinus faxo ex me audies'.
855 Vide libr. s. l. p. 159 sqq. de omnibus scholiis ad hunc versum. 2 cf. ad 580. Ad. 260. 4. 5. 1 *a* notavit Wessn. 3 *a* et 4 vide praef. p. xii. 5 cf. 876. 1. Serv. Aen. 1. 422.
856 3 vix verum, Mn. 32. 225.
864 Speng. citat Heaut. 730.
865 de his scholiis Mn. 32. 345 sq. Eugr. p. 76 sq.
868 fortasse intercidit ab initio: 'apud veteres'.
872 1 vide supra ad 820. 2. 2 et 5 iuxta D. 3.
875 4 cf. 521. 4. 2 additamentum vix verum. 3 cf. ad v. 42.
876 2 conclusio e Don. 1 minus vera; cf. Serv. ad Aen. 1. 132.
877 4 *a* notavit Wessn.
879 1 *a* notavit Wessn. 2 et 3 falsa; cf. Heaut. 371 et adn. Speng. 4 cf. 798. 2.
882 1 Mn. 33. 147.
886 3 ineptum; vide 'me' in praecedenti versu.; cf. Pho. 433.
896 5 iuxta D. 3 et satis mirum cf. Eun. 875. 2.

897 1 cf. 199. 3.
899 4 falsum: nomen ignoti Critonis Simo non percepisset.
900 et **903** falsa. **902** vide supra v. 77. 3.
906 1 et 2 (sine lemmate) coniuncta Donatus ediderat. Redactor inseruit 1 *a*, quae est imitatio Donati 2, cum additamento inepto: 'ut a. e. f. doceri possit'.
907 1 Eugr. p. 79. 2 semovi quippe a loco alienum.
912 2 cf. 648. 2. 1 haustum e D. 2 in f.
913 3 nugae petitae e D. 2 in. **914** 1 vide ad 277.
919 2 vide supra ad. 184. 2 *a* additamentum languidum semovi.
921 3 'et quaere' Wessn. Aem. Asp. p. 22. 2 *a* cf. 925. 1. Mn. 32. 246.
924 cf. ad 446. 480.
925 1 vide supra ad 921 2 *a* et Speng. ad h. l.
926 1 iuxta Don. 2, et 'evertit' falsum.
928 3 cf. lib. s. l. p. 174. 1 'non negantis est' prorsus ineptum.
929 1 *a* falsum. Mn. 32. 246.
930 1 adnotatio re et forma satis misera.
933 1 Eugr. p. 80: hoc est intende auditum; 951 1. 2: intentionis est.
934 Mn. 32. 291 adn. 2.
935 1 nimis otiosum.
937 1 cf. 408. 3. 2 *a* insipidum. Mn. 32. 241.
939 1 cf. 324. 2. 772. 3 cf. adn. Speng.
2 et 5 schol. perperam putat 'gaudere' h. l. significare 'gratulari', exemplum Sall. nihil probat, cf. Mn. 32. 218. 4 *a* iuxta 2 notavit Wessn. Scholium denuo non pertinet ad hunc Terenti locum, sed ad exemplum Donati, et vel de hoc non iustum est, vide supra ad 38. 3 *b*.
940 2 Ad. 329. 1. 3 *a* notavit Wessn.
941 2 *a* notavit Wessn., sed idem immerito etiam primam partem. Donatus scholia hoc ordine dedisse videtur: exemplum Lucilii, exemplum Plauti, dein 'est autem scirpus — species'.
946 3 scholium ex eo genere quod tractavi in libr. s. l. p. 158 sqq., ubi hoc tamen praetermisi.
947 cf. Speng. adn. **950** 1 Eugr. p. 82.
951 2 vide supra ad 667. **953** cf. Don. 922. Mn. 32. 223.
955 vide praef. p. XI.
957 1 cf. 301. 2; de 'compendio" cf. ad 228, 965, 975. Eun. 562. 1062. 4 cf. adn. Speng. 3 satis obscurum, videtur esse rhetoricum.
959 1 vide praef. p. XIV. 2 sic alius magister conclusit ex 1.
967 1 falsum, cf. adn. Speng. 3 explicatur Don. 2, reliqua prorsus supervacanea, et vide latinitatem! Cf. Eugr. p. 84.
970 1 per 'ut diximus' repetit Don. ad 969. praef. p. XII.
977 Euanth. III 9 et supra ad v. 301.
981 2 ineptum; cf. adn. Speng.

EUNUCHUS

Uti in prima adnotatione ad Andriae scholia, nunc quoque initium facio a scholiis rhetoricis ad Eunuchum. Post ea, quae ibi de toto genere rhetorico disputata sunt, iam haec dicenda tantummodo restant. Scholia rhetorica ad Eunuchum satis rara sunt, numeravi vix quinquaginta. Memorabilis est imprimis adnotatio Donati ad 144, 2, ubi commemorat auctores rhetoricos, qui 'hanc meretricis orationem instar controversiae rettulerunt', e quo loco, comparato cum adnotatione ad Phorm. 348, quid de Donati studiis fontibusque rhetoricis ad harum fabularum interpretationem adhibitis statuendum sit, expedivi in Mnemosyne (vide praef. IV). Scholia vere et mere rhetorica ipsius Donati ad hanc fabulam nulla sunt praeter prolog. 27. 2 et 40. 1. Semirhetorica id est interpretativa simul et rhetorica, repperi haec: 88. 1, 98. 2, 144. 1, 160. 1, 666. 3, 691. 2, 864. 2, 1071. 2, Scholia vere rhetorica (secundum ea, quae exposui in Mnem. l. l. p. 125 sqq. 139 sqq. et praesertim 229 sqq., (ubi tamen in paragrapho de Eunucho p. 239 sqq. plura omisi, quae nunc reprehendam,) omnia debentur aliis artis doctoribus, de quibus vide ibidem p. 229 sq. Sunt autem haec: prol. 27.5 et 40 1 *a*; porro 163. 1, 169. 1, 307. 3, 308. 2, 309. 2, 310. 1, 349 3 *a*, 355. 1, 359. 3. 4*a*, 387, 571, 590, 643. 5, 645. 1. 3, 659. 1, 666. 1, 700. 2, 713. 1, 714. 2, 722. 1, 766. 1, 778. 1, 805. 4, 960, 1012. 2. Igitur a scholiis rhetoricis indicandis dehinc abstinebo.

5 Bentleius correxit 'existimarit'.

6 2 tametsi erravit scholiasta, cum 'dictum' utroque loco pro participio habendum sit, tamen non est cur hoc scholium[1]) cum Remigio Sabba-

---

[1]) Scholia quae R. Sabbadini in 'Studiis italicis de philologia classica', 1895, vol. III 240—373, in Eun. act. I et II a Donato abiudicavit, designabo, ubi opus est, litteris: S. a.

dini a Donato abiudicemus. 3 contrarium docet eius, quod Don. affirmavit in 2 et in 4. 3, ubi 'inclementius' adverbium esse ait; scholium, ut Sabb. vidit, haustum ex Don. 27. 4 et 41.

7 1. 3 Fabia: 'Donat explique très mal bene par valde, et, après avoir donné une bonne explication de vertendo 'in linguam latinam transferendo', il en ajoute une mauvaise: aut vertendo corrumpendo'. Sic eidem interpreti de iisdem verbis imputantur scholia optima et pessima sibique adverso fronte pugnantia a viris doctis, qui genuina et spuria discernere supersedeant [1]). Simul habes, cur 1 et 3 expulerim.

9 Vide quae de his scholiis exposui in libro olim edito [2]) p. 26 sq. Scholium 4, nimis obscurum [3]) interpretationem continet scholiastae dissentientis a Donato in 1. 2. 6. Sabbadini igitur merito damnavit 4, sed inmerito 6 nec non totum scholium 5, in cuius parte priore Donatus regulam generalem dedit, ut ad Andr. 582. 2; altera pars additamentum exhibet importunum (cf. 2.) per 'nam', quale est in schol. ad v. 17 et multis aliis, quibuscum confer similia additamenta in Andriae scholiis Mn. 32 p. 292 sqq. Ceterum in commento 5 legebatur post 2 et 6 post 3, quibuscum fere coniuncta fuerunt.

11 1 et 115. 1. 2 vide praef. xvi.

12 1 vide praef. p. xviii. 3 *a* notavit Wessn. S. a.

14 2 cf. An. 637. 2.

15 2 contra Don. 1, cuius interpretatio fere redditur in medio scholio; eae quae praecedunt et sequuntur falsae sunt. De 'aut', 'aut—aut' in scholiis spuriis vide exempla in libro s. l. p. 140 (= Mn. 35 p. 312). S. a.

17 cf. Don. ad Pho. l. l. *a* falsum, cf. Gr. L. 7. 461; de 'nam' vide supra ad 9. 5. S. a.

19 scholium non pertinet ad lemma praescriptum, 'quid voluerit obscurum' ut ait Sabb. Stud. It. iii 347. S. a.

23 1 Sabbadini perperam hoc scholium a Donato abiudicavit.

24 1 iuxta D. 2 et ab eo diversum; de 'aut—aut' vide supra 15. 2, ad 'neminem fefellisse' cf. D. An. 211. 1, quod sequitur 'aut n. app. de suo' falsum. S. a.

23 2 contra Don. 1 et ineptum: non reprehenditur translatio, sed furtum.

24 2 cf. Don. ad 211. 1, Eun.. 727. 3. 3. repetitur 24. 1. S. a.

27 1 S. a. perperam. 1 *a* additamentum petitum ex 3.

26 'Et hoc mire' respicit Don. quae scripsit ad 20, 21, 23. 1.

27 4 cf. D. 6. 3, 41 et 936. 1. 2 = 5 rhet., vide adnot. primam. Eu-

---

[1]) Longe absum ut praestantissimum Eunuchi editorem valde vituperem; ille saltem Donati commentum aliquoties prudenter et utiliter adhibuit, quod vix facere ausi sunt reliqui fabularum editores, metu nimirum ne falsa pro veris venditarent.

[2]) 'De commenti Donatiani origine et compositione', Lugd. Bat. 1907, ubi praeter alia Eunuchi praesertim scholia persecutus sum.

[3]) Zeunius correxit: 'an hoc lautum dicat, non quo reprehendat', vix recte. Hartman p. 153 aliter.

37 4 S. a. perperam ob rationem externam parum validam, p. 342 sq.: 'interrompono gli *ut* degli altri scholii.' 3 exemplum prorsus ineptum. S. a.

40 1 *a* additamentum rhet. per 'enim'; cf. libr. s. l. p. 154.

41 vide ad 27. 4. **44** Don. ad An. 8. 7.

46 1 'exemplum proponitur'; vide quae disputavi in Mnem. 39 p. 149 (a. 1911), de scholiis ad scaenarum initia in Adelphis, ubi huiusmodi 'exempla' indicantur. 5 imitatur Don. 2, vide praef. p. xvi. 3 et 6 S. a. perperam; vide librum s. l. p. 28 (Mn. 35 p. 28.)

49 2 Sabb. a. perperam; vide ibid. Ad 3 cf. Adelph. 472. 1.

50 3 cf. Charisius 1. 210. 13.

54 1 Don. ad An. 465 1 et 2. Ad 324. 3. 4. Pho. 208. 4. 419. 2 falsae argutiae; amat interpolator quidam huiusmodi relationes notare ineptas aut falsas; Vide ad An. 279, infra 236. 242 sq. 302. 824. 926 sq, etc. S. a. 3 iuxta Don. 1, et cf. locos ibi cit. S. a.

55 3 iuxta Don. 2 S. a.

58 iuxta Don. 57; exemplum minus iustum. S. a.

61 2 Don. ad An. 422. 2.

64 Don. ad An. 55 2.

65 eiectis emblematis per 'nam' 1 *a* et 2 *a* oritur unum scholium continuum Donati 1 + 2 + 3. 1 *a* apparet ellipsin vel aposiopesin personae indignantis in scholis illustratum fuisse tribus exemplis: An. 271, Eun. 65, Verg. Aen. 1. 135, atque has ellipses illic variis modis expletas fuisse; sic in supplendo hoc Eunuchi loco Priscianus 3. 111 differt ab scholiasta, cum cuius supplemento 'non ulciscar' compara Dan. ad Aen. 1. 135: subauditur 'ulciscar'; aliter denuo nostrum locum explevit schol. ad An. 271, cuius verba merito seclusit Wessnerus.

2 *a* iuxta Don. 1 (cll. Don. ad An. 872. 2, Eun. 1050) Fabia Donato denuo dedit, quae sunt interpolatoris uti mox ad 73. Vide libr. s l. p. 29 (Mn. 35. 29).

67 2 *a* illustrat, quod Don. ad v. 68 dicit: 'totum sensum verbis significantibus protulit'; de formula 'non—sed' in scholiis spuriis sexcenties obvia vide ad Andr., v. 7 et 132. Donatum quoque eam ubi par erat adhibuisse vix est quod dicam.

72 S. a. Conclusiones otiosas et saepe ineptas permultas per ergo, igitur indicavi ad Andr. v. 42 et ad Eun. in libr. s. l. p. 153 sq. Mnem. 35. 404. Nonnullas iam notavit Wessn. Vide ad 147.

73 1 2 3 denuo iungenda expulsis emblematis. Serv. Ecl. 6. 21: videnti pro vigilanti. 1 *a* 2 *a* quam inepta et insulsa haec sint, ostendi in libr. s. l. p. 29 sq. 2 *a* compilatum partim e Don. 3. De sententia Fabia apte comparavit Cic. pro Sestio 59, pro Quintio 50 et Lucr. 2. 1044: vigilans stertis. 4 'ergo' vide ad 72. Sabb. perperam omnia damnavit praeter 2.

74 2 S. a. perperam.

76 *a* falsum; Fabia et Dziatzko recte trahunt ad superiora. S. totum damnavit immerito.

80 cf. Don. ad An. 663. 3.

82 Intercidisse adnotationem de tota scaena post Schopenium putant Sabb. Wessn. et nuper Struck in diss. de Ter. et Donato 1910 p. 64.
83 *a* adnotatiuncula marginalis nullius pretii, quam frustra corrigere studuerunt Sabb. et Wessn
84 2 supplementum Donati 1. S. a..
85 4 'quidam putant', vide quae exposui de fontibus Donati in libro s. l. p. 165 sqq. et 175. 3 cum Don. opinione de formula 'plus satis' pugnare demonstravi ibid. p. 30 sq. (Mn. 35. 30 sq.). S. perperam hoc retinuit et damnavit 2. 4.
88 1 semirhet. Donati; vide adn. primam.
89 2 additamentum petitum e Don. 984, de quo vide ibid. p. 32. S. a. (Mn. 35. 31).
90 3 + 4 unum sch. efficiunt; vide ibid p. 32. S. a. 4 perperam.
95 3 cf. 90. 4. 456. 2. 3 *a* addit. per 'nam', vide ad 9.
98 2 semirhet. Donati. 3 opponitur Donato 2, et forma inelegans ut in plerisque spuriis; cf. ibid. p. 32. S. a.
102 1 interpolator Donati schol. 103 1 partim corrigit, partim sequitur, verbis tamen 'ut magnum', 'ut falsum contemnit' rem exaggerat; cf. l. s. l. p. 32. S. a.
104 vide praef. p. xvi. Ex diversis eorundem verborum interpretationibus selegi 1, quae Donato dignissima videtur, reliqua cum Sabb. magistris seposui; cf. ibid. p. 147. 7 petitum e Don. 103. 3; ibid p. 12; cf. ad v. 195.
107 vide ad An. 469. **108** 2 iuxta D. 1. S. a. **115** 2 cf. 290. 5.
117 2 et 4 cum Sabbadinio semovi; secundum Donatum 1 et 3 mora μελλησμός, non adhibetur ex prolixitate muliebri, sed astuto consilio, rem melius docendi et insinuandi gratia.
119 1 cf. 131. 4, 138. 1. 1 *a* absurdum.
120 3 S. a. perperam (Stud. it. III p. 343).
123 3 et 4 iuxta et contra Don. 2; ad 4 cf. Don. 325. 3. S. a.
126 2 S. a. perperam, cf. 90. 4, 95. 3.
129 Donatus rectissime, ut Dziatzko et alii, prima verba: 'ne hoc quidem tacebit P.', Parmenoni dedisse videtur, sequentia 'Oh dubiumne id est' Thäidi; itaque 2 alius est auctoris.
130 1 + 2 dempto emblemate unum est Donati. 1 *a* additamentum per 'aut' (l. l. p. 143, Mn. 35. 315) fere = Don. 2, et non minus supervacaneum quam; 3; cf. Don ad An. 186, Pho. 350, et infra 348. 5, ubi hic locus citatur. S. a. 2 perperam, 3 recte.
131 4 cf. 119. 3
134 1 *a* additamentum per 'nam' vide ad v. 9; Don. proprietatem verborum saepe indicat (cf. ad An. 243) sed uno verbo 'proprie', nihil addens nisi prorsus necesse sit; cf. 127. 1, 131. 3. 287. Respexit Donatus 1 verba Heaut. 144 'omnes produxi ac vendidi' (cit. Fab.). Suet. Gr. 'cum familia venalis produceretur'. 3 cf. Pho. 841. 1.
136 1 + 2 unum Donati; ante 5 lemma repetendum est. Iuxta hanc explicationem verborum 'imprudens ignarusque' vix credo Donatum ad-

didisse schol. 3; vocabula 'natura' et 'naturalis' in his scholiis sapiunt interpolatorem philosophantem, veluti 84. 2, 147. 5. al. Sabb. Donato servavit, non vero 4; l. s. l. p. 148 (Mn. 35. 320).

137 2 *a* cf. 214. 2 'nam hoc significat', aliaque similia.

138 2 ad An. 679. 3.

139 1 de verbo 'aio' ad An. 192. 3 et 4 iuxta Don. 2; 'unde' aeque mire adhibitum est atque 'quia' aliaeque particulae causales in scholiis spuriis; 'fideiussor' nihil ad rem hoc loco. Sabb. proscripsit 2, retinuit 3. 4, vix recte; Donatus agnoscitur semper simplici sententiarum interpretatione; interpolator libenter aberrat ad dicta speciosa et etyma ad rem nihil pertinentia (l. s. l. p. 33 Mn. 35. 33). Scholium 6 pertinet ad totum hunc locum 139 sqq. et nimia fere brevitate, Donato non insolita, hoc dicit: Thaidi, ne Pamphilum laedat dura dictu locutura, necesse esse ut implicata utatur oratione; (de verbis 'implicatio' et 'dura dictu' vide An. 412. 3, Eun. 1072. 1.

143 1 interpolatoris interpretatio iuxta Don. 142 nec iusta, nam non id nunc agitur, ut Phaedria hoc patiatur. S. a.

144 1 *a* conclusio otiosa, quam iam damnavit Hartman p. 154; vide ad 72. S. a.

145 'non—sed' vide ad 67; petitum partim e Don. 172. 1; 'accipere' h. l. ineptum fuisset, et quid est 'experte'? S. a.

144 2 schol. semirhet. Donati; Eugr. p. 96 et 100.

147 2 *a* conclusio e Don. 1; vide de iisdem verbis conclusiones similes per 'ergo' 746. 2. 3 et Hec. 819. 4 ineptum. 5 iuxta D. 3, et vide ad 136.

148 1 An. 718. 2 additamentum per 'an quia' absurdum. S. a. 3 falsum, nomen Phaedriae iam occurrit v. 144; et quid est 'in necessariis'?

150 2 iuxta Don. 152. 2. **151** 1 *a* supra ad 67.

152 1 et 2 coniunxi. S. a. 2 perperam.

153 *a* additamentum absurdum.

154 2 additamentum otiosum ad Don. 1 per id est; l. s. l. p. 155 (Mn. 35, p. 406), de similibus in Andria Mn. 32 p. 294 sqq. 5 immo 'vir es' i. e. a nemine ludibrio haberi te pateris.

158 2 supervacaneum; est in textu 'ego excludor'.

160 1 semirhet. Donati.

163 2 schol. pertinet ad seq. versum et partim confictum est e Don. 6. 1 rhet. 5 per 'aut' (ad 130) iuxta Don. 4. S. a. praeter rhet. 1 et 3.

165—169 vide quae de omnibus his scholiis inter se cohaerentibus disputavi l. s. l. p. 34 sqq. (Mn. 35 p. 34 sqq.), e quibus pauca tantum referam.

165 2 Pamphilus sic velle non potest, quoniam donum Aethiopissae nequaquam parvi pretii, immo magni aestimandum esse persuasum habet. S. a.

167 2 'non—sed' quater repetitum vide ad 67; 'quid non exquisitum' laus longe nimia. S. a. 5 initium e Don. 1; 'non semel imputat duo

mancipia' videtur significare poetam non una eademque vice de utroque praedicare; hoc autem de diversis personis, Eunucho et ancilla ex Aethiopia, fieri omnino non potuit. 'Quia—quia': denuo rationes redduntur nullius pretii; vide ad 139, 148. 2; l. l. p. 140 (Mn. 35. 312).

168 1 iuxta D. 9. 4 Iterum laus nimia de Terenti stilo, ut 167. 2; ad reliqua cf. 167. 1 et 5. 5 'ergo' cf. Don. 167. 1 in f. 6 breviter = D. 168. 2, vide praef. p. XVI. 7 refutatio arguta sed falsa schol 2 et 6. 8 ineptum: quasi de ancillula etiam valere possit praedicatum 'utuntur his reginae'; 'quia nulla cett.' ratio nimis absurda, quasi illud de eunuchis ideo praedicaretur quia honesti (i. e. pulchri 474. 2) essent.

169 1 *a* rhet. S. a. 2 perperam.

170 'et hoc s. in beneficiis' cf. 169. 1.

171 1 + 3 unum Donati, expulso emblemate 2, quo interpolator corrigit Donatum. S. a. 4 *a* de additamentis per 'deest enim' vide l. s. l. p. 157 (Mn. 35, 408) et ad Andr. Mn. 32 p. 300 sqq. 'Quid istic' formula est quae respuit supplementum certum; cf. Fab. ad h. l.

172 1 cf. 145.

173 breviter refertur quod est in Donati scholio 174. 3, vide praef. p. XVIII. S. a. Ceterum lectionem codicum Beckius censuit servari posse, si sic interpretamur: 'sentit meretrix animi offensione aliqua negari 'scil. ab adulescente, quae rogavit.

174 2 Futtile. **175** 1 ex Andr. 45. 1.

177 2 conclusio per 'ergo' supervacanea post D. 1; vide ad 72. S. a.

178 1 interpolator suis verbis repetit Don. 175. 2 et Andr. 45. 1. De eius formula 'ut diximus' sim. vide praef. p. XXI. S. a.

179 2 S. a. perperam. De vi pronominum cf. ad. Andr. 199. 4 iungendum cum altera parte scholii 5; de 'non-sed' vide ad 67 et 167. Corrigit Don. 3, sed falso, etenim quae Phaedria dixit 165 sqq. multo fortiora sunt quam haec simplicia Thaidis verba; si textum comparas, videbis oppositiones per non sed meras esse nugas. Initium schol. 5 'mirandum — iubetur', emblema est (a Wessnero iam notatum) alius magistri, qui haec ludit ad vocem 'obsequium', interpolatori imprimis caram, cf. 186. 1, 190. 3, 193. 3. 250, 1. S. a. 4 et 5. Ceterum cf. l. l. p. 38 (Mn. 35 p. 38).

183 2 Quid haec sibi volunt? Causativum 'quia' denuo omni ratione caret; vide ad 139. S. a.

186 1 'Non quod oportet', hoc sane pravissimum fuisset; vide ad 67 et de 'obsequio' ad 179.

187 2 'nec-sed' ad 67.

189 3 puerilis observatio, nulla umquam fabula procedit, nisi in scaena fiant, quae illa postulat. Et quid est 'retentionem' et possuntne 'actus fabulae' procedere? 4 pertinere videtur ad 187, tum vero unde 'et simul quia'? S. a. 3 et 4. [1]).

---

[1]) In 189. 2 lege 'eos' pro 'eas'.

190 2 additamentum otiosum per 'et simul' (l. l. p. 141, Mn. 35 313). S. a. 3 partim argutiae, partim ('et vale') secundum Don. 1. S. a.
191 2 cf. 90. 4, 95. 3. S. a. perperam. 1 nihil subaudiendum. De hac formula vide Fab. ad h. l.
192 1 Don., quem imitatus est scholiasta ad 365, et cf. An. 755.
193 3 nimis lepidum! de 'obsequio' cf. 179. S. a.
195 Iunxi 1 cum 5, 7 cum 8 eiecto emblemate 7 *a*. 2. 3. 4 luserunt magistri (partim ex Ad. 321. 3), uti ad 104, 168, 236, 318, al. 7. additamentum per 'nam' ad Don. vv. toto animo'. 8 *a* compilatoris, opinor. Disputavi de his omnibus l. l. p. 39 sq. (Mn. 35. 39 sq.). S. similiter fere, nisi quod 1 et 8 Donato eripuit.
198 Cf. H. Steinmann, de art. poet. vet. parte περὶ ἠθῶν; Mn. 39 (1911) p. 156 sqq.
200 2 Incogitanter corrigit Don. 1 per 'aut quia'. S. a.
202 Unde haec hoc loco? cf. 192. 1. 3 Donati dubitationem in 1 solvit magister, ut saepe alibi; l. s. l. p. 40 adnot. Vide ad An. 102.
204 1 cf. 312. 2. Ad. 40. 2 cf. 258. 2, 312. 2.
209 1 de schol. spuriis per 'deest' cf. ibid. p. 157 (Mn. 35. 408) et ad Andr. 30; nihil deest, nec magis in 4 aliquid 'subauditur', cuius verbi frequens usus est in spuriis e. g. 628. 2, 666. 4, alibi; cf. adn. ad An. 57. 3 *a* cur genuinum esse dubitem, vide ibid. p. 41 (Mn. 35 41). S. a. omnia praeter 4, perperam.
210 2 schol. non pertinet ad fabulam, sed ad exemplum a Donato citatum; de quo genere dixi ad Andr. 271. Cf. Sabb. p. 344.
211 1 'deest' vide 209. 3 contra D. 2. S. a.: mira inventa, inquit.
214 2 cf. 192. 2 *a* notavit Wessn. **215** 2 S. a.
216 1 et 3 cf. Don. in 207. 3 *a* haec quoque mira inventio S. a.
217 3 'verba s. desperantis' prorsus falsum; de 'obfirmare' cf. Fabia; de 'non-sed' ad 67.
220 3 additamentum valde suspectum. Wessn. in app. lectorem relegat ad Gloss. VI 576 sq. unde tamen nihil lucis oritur. S. a.
223 1 *a* S. a. merito; satis ineptum.
224 1 *a* S. a. at immerito etiam scholii initium 'εἰρ. un'. 4 *a* contra D. 3. S. a. denuo totum schol. 4.
226 1 cf. prol. 3 et 168. 6.
227 2 cf. 414. 1, 1077. 2. 3 nimis futtile. **230** 4*a* exemplum ineptum.
231 2 et 4 *a* S. a. recte; l. s. l. p. 41. Cf. 347. 2.
232 1 De moribus cf. etiam 238. 2, 244. 2, 251. 2, 260 3. Verba 'constitit — coquitur' notaverunt S. et Wessn., sed valde probabile est Gnathonem in longo soliloquio paulisper constitisse. 3 S. a. perperam. 5 'alii' cf. l. l. p. 176 (Mn. 35. 427) de fontibus Donati.
233 cf. D. 232. 3.
235 3 S. a. recte, ut mihi videtur, iuxta 2.
236 1 de scholiis Don. cum exclamatione vide ad An. 77, et mox 240. 1, 394. 1. 5 + 6 iunxi. 6 S. a. perperam. 1 *a* addit. futtile. 3 cf. de hoc genere ad 54. S. a. 4 S. a. 7 iuxta D. 5. Cf. l. s. l. p. 42.

237 3 l. s. l. p. 43 S. a.
240 2 mira doctrina. S. a. cf. ibid. p, 43.
241 1 iunctum fuisse puto cum 240. 4, et statim sequebatur 2 Don. 2 addit. per 'ergo', cf. 72. S. a.
242 2 et 243. 1 et 3 vide ad 54 et 236. 3. S. a.
243 4 falsa cavillatio poetae, cf. ibid. p. 44. S. a.
244 1 An. 773. 2 postrema 'et non nolo sed n. p.' suspecta sunt uti etiam 248 'non dixit' sqq.
250 1 S. a. perperam. 1 *a* emblema notavit Wessn., cf. 179. 5. 2 schol. perplexum et verbosum id tantum docet, quod non nisi caeco luce clarius est, cf. iam Hartman p. 155. De interrogativa forma in Don. 5 cf. 195. 1, 259. 1, 292, 311. 1, 430, 4, 463. 1, 727. 4, 947, 976, 1094. 2· Cf. l. s. l. p. 44.
251 2 cf. 232. 2. **253** 2 S. a. perperam. **254** cf. 265, ad Andr. 28. 1.
255 cf. Helenius Acro apud Wessn. de Aem. Aspro p. 16.
256 3 *a* notavit Wessn. 4 iuxta D. 3. S. a.
257 2 notavit Wessn. post Sabb., uti 5.
258 2 S. a. immerito, cf. mag. 204. 2.
259 1. 2 *a*. 3 falsa, cf. ibid. p. 44.
260 1 et 2 S. a. merito cf. ibid. 5 S. a. perperam.
261 4 observatio et exemplum insipida; ibid. p. 45. S. a.
263 cf. Don. 264. 1, **264** 2 iuxta D. 3, vide praef. p. xvi.
266 1 *a* suspectum, cf. D. 377. 2.
268 1 S. a. cui assentior, ibid. p. 45.
269 1 cf. D. 785. 3. 2 J. W. Beck coniecit: 'hice non solebant'. 2 *a* notavit Wessn., 'his' apud Verg. dativus est.
271 3 flosculus magistri. 6 *a* ineptum, ibid. p. 45. S. a.
273 3 falsum.
274 iunxi 3 et 5. 4 S. a. interpositum scholiis 3 et 5, uti 260. 5 inter 260. 4 et 261. 1.
277 1 cur damnaverim vide ibid. p. 45 sq.; melius Eugr. p. 107. 2 *a* falsum.
278 scholia suspecta.
280 1 cf. 331. 3, Hec. 771. 2, Ad. 713. 1.
285 3 de ineptis his laudibus vide ad 167 et 168.
288 3 contra Don. 2 in.
290 2 Andr. 750. 2 5 cf. 115. 2. S. a. perperam.
292 1 de virtute poetae cf. 301. 5, 454. 1. Andr. 28. 1. 3 S. a. comparans Probi app. 4. 203 33, et a Donato scholastica huismodi aliena iudicans.
299 Sic haec scholia distribuenda videntur; cf. Fabia.
301 S. a. 1 (praeter initium) 2. 3, perperam. Ad 3 cf. 899. 2, Ad. 450. 2. 4 breviter quae Don. copiose in 5. S. a. L. s. l. p. 46 sq.
300 iunxi 2 et 3 dempto emblemate 3 *a*, de quo vide ad 54. S. a 1 cf. An. 713. 2. 4 cf. An. 739.
303 3 falsum.

304 2 *a* S. a. et Wessn. 4 definitio longe arcessita et vix vera iuxta D. 2., cf. l. s. l. p. 47.

305 1 *a* S. a. et Wessn. cf. in 306. 3. 2 Quis hoc nescit, et cur adversativum 'sed'? 'Subiecta' autem nihil sunt nisi repetitio eiusdem rei in 4, de cuius formula 'ut diximus' vide ad 178. S. a.

306 2 conclusio inepta, cf. 72. S. a. 3 *a* notavit Wessn. 4 *a* 'nam' ineptum, et quid est 'ante versum'? Ceterum vide An. 510. Ad. 71 et Isidori or. 1. 37. 1, deque his omnibus l. s. l. p. 48.

307 1 'hem' ad Andr. 184. 2 non emphasi differunt, sed significatione, cf. 66 et Andr. 586. Hartman p. 158. 3 rhet. 4 insulsa adnotatio, quacum cf. Don. ad An. 436, Ad. 564. 5. S. a.

308 1 Andr. 401. 527. Hec. 402. Wessn. in App. 2 rhet. ut 307 3. 309. 2, 310. 1.

309 3 Donato dare veritus sum; illustrare videtur quod rhetor dixit in 2.

311 1 cf. Fabia; de forma interrogativa ad 250. 3 propriis verbis = 2 D; praef. p. XVI.

310 De omnibus hic scholiis eorumque distributione vide inquisitionem in l. s. l. p. 48 sqq. (Mn. 35. 48 sqq.); Sabb. in plerisque erravit. 5 de obscenis cf. ad Andr. 90.

313 1 aliis verbis = D. 2; praef. XVII, l. s. l. p. 16. S. a.

314 5 schol. in fine corruptum; Schöll plura interposuit (cf. Wessn. in v. l.), Sabb. pauca mutavit; prior interpretatio, quam scholiasta respicit, unice iusta est, quid in altera parte voluerit, prorsus obscurum. Beckius proposuit: 'ne diceret [aut] student ut illae d. h. et vinctae pectus et g. sient'.

315 2 *a* notavit Wessn. Iunxi 4 et 5.

317 2 et 3 S. a. merito; pugnant cum Don. 1, cf. Fabia. Aliter iudicabam de 3 in l. s. l. p. 50. 6 cf. ad 209.

318 1 *a* notavit Wessn. 4 et 6 S. a. merito, iuxta vel contra D. 3. 5 S. a. iuxta D. 2.

319 Iunxi 3 et 4. 1 fere = D. 3; praef. p. XVII, cf. D. 4. S. a.

323 1 id = propter id, similia magistri identidem, cf. ad An. 157. 3 'ergo' ineptum; cf. 515. 2. **324** falsum.

325 1. 3. 4 unum Donati, sine emblemate 4 *a*, quod notavit Wessn. 2 non malum sed contra D. 1 en 3.

328 *a* notavit Wessn. cum Sabb. Cf. 508. 1, 674. 2. Ad. 466. 2 573. 3. et compara quae exposui l. s. l. p. 16 sq. (Mn. 35. 16 sq.)

330 *a* notavit Wessn.

331 1 et 2 unum Don. sine emblemate 2 *a*, quod notavit cum Sabbadinio Wessn.; exemplum Sallustii e Don. 164. 3 de in compositis = valde cf. 280. 1 et Ad. 713. 1. 3 *a* mirum et pugnat cum Don. ad Hec. 771. 1: deierat deos iurat. Egi de his schol. l. s. l. p. 52 (Mn. 35. 200).

333 *a* insulsum.

335 2 iuxta Don. 1 per 'aut'; ibid. p. 143 et 157. Mn. 35. 315 et infra 408. 837, al.; de 'subauditur' ad Eun. 209. S. a.

336 S. a. 3 et 4 perperam. 2 *a* notavit Wessn. cum Sabb. 5 laudes ineptae, cf. ad 167. 168. al. S. a. cf. D. 2; l a b e o n e s vide Char. 1. 108. Vide quae de his omnibus exposui ibid. p. 52 sq. (Mn. 35. 200 sq.).

337 *a* S. a., satis otiosum. **339** *a* notavit Wessn. cum Sabb.

340 cf. ad. 236.

341 1 'dat tempus verbis'; senis sermonem horam durasse dicit. 2 cf. 363. Ad. 247. 1. Hec. 273. 3 'ergo' = D. 2. praef. p. XVII. S. a.

342 1 et 2 cf. Fab. ad v. 191.

343 1 cf. Don. ad Pho. 614. Iunxi et 1 et 3. 2 iuxta D. 1. cf. ibid. p. 54.

346 1 *a* notavit Wessn. cum Sabb.

348 2 explicatio specie docta, sed qua revera infelicior cogitari vix potest. 3 iuxta D. 1 per 'aut'; exemplum Lucani vix ad rem. Cf. de his schol. ibid. p. 54 sq.

347 2 falsum. Wessn. in lacuna supplevit 'formosa'.

348 Iunxi 4 et 5. 6 praef. p. XVII, formula 'quasi dicat' in spuriis frequens est, vide e. g. 772. 3. Sabb. sine causa proscripsit etiam 5.

350 S. a. 2 perperam. 1 *a* expressum ad exemplum Don. 352.

351 cf. 367. 2. **352** S. a. perperam.

355 1 *a* rhet., aliter Eugr. ad 354. 2 falsum, cf. Fabia. S. a.

357 2 cf. Don. 230. 2. S. a.

358 2 ad 67. Iunxi 3 et 4 dempto emblemate, contra D. 2, verboso et inani. S. a. 3 et 4 totum, perperam.

359 iunxi 1 et 2, 3 et 4. 3 *a* emblema rhetor. S. a. 3 et 4 totum, perperam. Vide de his sch. l. s. l. p. 56.

360 2 S. a. et sic ego ibid. p. 56; at nunc dubito; media pars est suspecta propter Don. 359. 1, reliqua non. **361** S. a. 1 perperam.

363 1 cf. 341. 2. 2 non quadrat cum D. 1. 3 'hinc nascitur' falsum. S. a.

365 utrumque suspectum: 1 propter Don. 192. 1, 2 quia utraque pars satis mira et quaesita continet [1]). S. a. 1. **370** 1 S. a. perperam.

367 1 S. a.; est sane suspectum iuxta 370. 2, 351. 1 et 352. 3 S. a. perperam. 1 ex Don. 3. Cf. l. s. l. p. 57, praef. p. XVII. S. a.

370 3 per 'ergo' amplificat Don. 2. S. a.

371 1 iuxta D. 2.

372 fere = 371. 2, praef. p. XVII. S. a. **373** 1 ridiculum. S. a.

374 2 fortius iuxta Don. 3. 3 *a* notavit Wessn. c. Sabb., cf. Ad. 643. 2.

375 1 e Don. 3. 2 et 6 discrepant a Donati interpretatione iusta (cf. Fabia) in 3, et redolent interpolatorem ('quia-quia' et inepta differentia inter 'eunuchum' et 'pro eunucho'). 5 ex Don. 3. S. dedit Donato tantum 1 et 2, falso me iudice.

377 2 cf. 266. 1. 3 cf. 836, 8. 44. Ad. 350. 4, 700.

379 S. a. 1 perperam. **380** 3 S. a. merito.

382 1 cf. Gloss. 5. 295. 23 et quae porro citavit Heraeus, A. f. l. l. 12.

---

[1]) Wessn. e coniectura dedit: 'cupit eligi pro eunucho, eunuchum p. b'.

263. Usener Rh. Mus. 56. 5 sqq.: flagitium urspr. öffentliche Ausscheltung. 2 Mira derivatio et mihi ut Sabbadinio suspecta, quacum cf. Gloss. 6. 2, 66: (l. s. l. p. 59). 3 et 4 rhet.

381 iunxi 1 et 2 expulso emblemate, quod fabulae instar videtur. S. a.

383 rhet. Don. *a* additamentum rhetoris. **387** 1 rhet.

388 3 iuxta D. 4. **391** 2 cf. 410 [1]).

393 cf. 167 et 168, hausta fortasse ex Eugraphio ad h. v. et cf. D. 394. 1.

393 2 cf. D. 510. 1. 1 contra D. 2, cf. ad 323. 2 *a* notavit Wessn.

394 1 ad 236, et mox 397. 2. **395** 1 cf. ad 455. 1 *a* notavit Wessn.

396 1 *a* insipidum. **397** 4 otiosum; vide ad 335.

399 Don. ad h. l. et Serv. ad 1. 121.

400 1 Wessn. in app. 2 *a* additamentum per 'vel-vel', l. s. l. p. 143 et Mn. 32 p. 307 sqq.

401 3 cf. Serv. ad Aen. 1. 676, 6. 66. 2 et 4 iuxta vel contra D.; in 2 comparatio claudicat; in 4 exemplum Sall. falsum, in quo 'habent' = habitant. Nonius quoque perperam 318. 11: 'h a b e r e dicere', cum h. l. Terenti. Plures magistri hic disserunt de eodem verbo ut 134, 195, al.

402 iungenda sunt scholia spuria 1 et 2 *a*, quod casu sese insinuavit in schol Don. 2.

404 iuxta Don. 403. 4.

403 5 flosculi interpolatoris; cf. D. 407. 4. O d i u m = taedium, cf. Fabia ad h. l. et infra 972. 2.

406 2 cf. 440. 1 et 600. 3 *a* notavit Wessn.

407 iunxi 2 et 3 expulso emblemate. **408** cf. 565.

409 3 contra D. 2; scripsitne scholiasta: 'intellegi a maxime stolido milite'? cf. 413. 2.

410 fortasse magistri imitatio e Don. 391. 2. **411** cf. 303.

412 1 Ad. 698. 4 contra D. 3; cf. l. s. l. p. 61. (Mn. 35. p. 208 sq.).

413 2 aliis verbis = D. 1. praef. p. XVII. **414** 1 cf. ad 227.

417 1 expuli emblema.

418 1 vide quam ineptum: ut posset, scil. m u t u s esse iugularas! aliter Eugr. p. 116. 3 vide ad 167, 168 etc.

422 1 similia ad Pho. 68. 2. 2 *a* suspectum, cf. ad Andr. 723, 4.

424 2 *a* vide ad 72. Cf. Wessn. app.

426 1 expuli 1 *a* quae mihi nugae videntur, ceterum in fine insanabiliter corruptae. Evolvens O t t o n i s librum de proverbiis vidi p. 120 sq. non sine gaudio, eum citare Donatum ita, ut omittat hoc totum.

1 *a* Donatus autem alia habet in 2 et exemplum Phormionis nil nisi hoc docet: canes venari lepores [2]).

427 2 Isid or. 10. 95: facetus ... a faciendo dictus.

---

[1]) Huc usque scholia separata edidit S a b b a d i n i.

[2]) B e c k i u s ad 1 *a* in fine lepide hoc coniecit: 'vel quod illum (sc. leporem) sic, si fugiat, omnes (sc. canes) constituant, (= male habeant), ut hunc libido effeminata'.

428 1 *a* notavit Wessn. Festus 12: adagia ad agendum apta.

430 2 *a* notavit Wessn. cf. ad prol. 7. 3 vix Donato dignum. 5 iuxta Don. 2 nihil novi continet. cf. l. s. l. p. 61.

432 de comicis cf. 379. 1, 446. 2; de imperitorum loquela 634. 3, 792. 2, 794. 2, 798. 3, 809. 1.

433 1 ineptum, quasi omnibus ea dici possent. **436** falsum.

439 1 cf. 238. **440** 2 cf. Mnem. 39 (1911) p. 39 sqq. **441** cf. ad 134.

448 Serv. ad Aen. 4. 1 c. h. l. Ter. **449** 1 vide ad 54. 2.

452 1 immo 'dictum' non 'hominem'; cf. Fabia et Ad. 676.

455 cf. 395. 1 et Ad. 210. 3, unde supplendum hic videtur ante 'quia': 'ingeniose Terentius'.

456 2 cf. 90. 4, 95. 3. 3 *a* nimis verum cf. 271. Plauti Pseud. 457.

457 2 acutius quam verius; neque amator est puellae in fabula, nec puella artis aemula Thaidis. Cf. ibid. p. 61 sq.

458 1 Eugr. p. 118. 2 'alii' ibid. p. 176 sqq. de fontibus Donati. Iunxi 1. 2. 3.

459 2 insipidum. 3 nemo sanus dubitare potest, quin 'alterum' respiciat Gnathonem, cf. D. 459. 4. Cf. ibid. p. 62.

460 1 *a* notavit Wessn. 2 ad 5. 2.

463 3 ad Andr. 199., et cf. 464. 3. 1 *a* contra D. 1, et sic interpretatur Dziatzko, sed perperam, cf. Fabia.

465 1 ad 54. 2 3 falsum; melius Eugraphius p. 118.

466 iunxi 1. 2. 4. 3 iuxta D. 1 et 467. 2. cf. Serv. ad Aen. 4. 56, 10. 31. l. s. l. p. 63 (Mn. 35. 211).

467 1 falsum, cf. D. 4. 3 ineptum; iuxta 1 et 4. **469** 1 *a* falsum.

470 1 ridiculum, nam quae est dignitas in incessu nigri mancipii ? et falsum, cum sequatur 'accede' (472) de Chaerea. 2 ex Donato 471, 6; ibid. p. 63 sq., praef. p. xvii.

471 1 ex Donato 5, praef. p. xvii. 4 *a* additamentum ineptum et falsum.

472 1 cf. Ad. 310. 1 et Andr. 183. Pho. 373; erravi de hoc scholio in l. s. l. p. 17.

473 2 cf. Andr. 72. 2. **474** cf. 230. 2, 357. 1.

475 1 cf. Andr. 344. 2 nimis verum.

476 1 cf. Andr. 476. 2 additamentum per 'et ideo' ut supra 571. 4 *a* retetit textum.

478 4 factum ad exemplum Donati 3; l. s. l. p. 17 sq.

479 3 *a* falsum; dicit haec sua libidine et stultitia coactus. Ceterum 1 et 2 unum schol. oeconomicum efficiunt.

480 1 *a* notavit Wessn.

482 2 *a* otiosum, vide sequentia in 2. **483** 2 *a* vix verum

484 1 et 2 cf. ad 54. 2 et supra 465. 2, al. 4 et 5 absurdum et futtile; l. s. l. p. 64.

485 De iisdem verbis aliter atque Don. 484. 3, et nihil illorum verum est.

486 1 et 2 Thraso nihil dicit de servo, sed de domini eius paupertate loquitur; cf. Fabia.

487 1 *a* 'hercle' pertinet ad 'nemo posset', et cf. D. 488.

490 *a* hoc minime valet de Gnathone. De additamentis per nam egi supra ad v. 9.

491 iunxi 1. 2 et 3 partim, expulso emblemate 2 *a* et 3 *a*. Marx ad Luc., 657 docuit proverbium verisimiliter hoc fuisse: 'Petere aurum e flamma e coeno cibum mordicus'. Ceterum de scholiorum divisione vide l. s. l. p. 65 (Mn. 35 p. 213). **492** cf. 1021. 1.

493 *a* valde suspectum. **495** 2 ex Don. 5 praef. p. XVIII.

496 1 iuxta D. 2. **499** Iunge 1 et 2.

501 *a* ineptum; secundum D. miles non audit, ut servetur fabulae oeconomia et praeparetur exitus.

507 1 cf. 328; 'consequens' ut 566. 1.

513 3 iuxta Don. 2, per 'an' ut 158 et alibi centies; Mn. 32. p. 244 sqq. cf. Eugr. p. 122.

515 2 cf. 323. 2.

519 *a* de formula 'hoc est' sim. l. s. l. p. 155 (Mn. 35 p. 406), Mn. 32 p. 307 sqq. Et cf. 290. 5.

525 Gloss. Plac. 5. 27, 78. Prisc. 2. 101. 11. Ceterum cf. Fabia.

529 Non est quod saepius notem additamenta per 'nam' h. l. et 523, 531, 536, etc.

537 2 cf. 763. 2. **539** 1 semirhet. Donati. 3 cf. Fab. introd. p. 49.

542 1. 2. cf. 543, 546. 3. 4, 547, 722, 926, adnotatiunculae eiusdem magistri per 'quod', 'quia'; redde eidem 544.

546 1 schol. valde suspectum, et quid sibi velit non perspicio. Antipho narrantem amicam placidissime audiet per totam scaenam. Pertinetne ad 'praeteriit tempus' in 542? l. s. l. p. 66 (Mn. 35 p. 214).

549 cf. Andr. 506. 2, Ad. 259. 3. **550** 1 iuxta 2 D.

551 2 cf. 522. Serv. ad Aen. 1. 967, ubi quod legitur: 'aut ut cum sit adverbium temporis', idem est quod h. l. uno verbo 'separatim' exprimitur. 3 dirimit quaestionem a Donato positam in 2; quid autem sit h. l. 'figurate' non intellego, vide e. g. D. 558. 2.

554 2 Ad. 113. 3 iuxta D. 2.

555 1 ineptum, praecedit 'rogitando'. 2 aemulatur D. 3, praef. p. XVII.

557 iunxi 1 et 4. 2 iuxta D. 4. 3 coniunctum fuisse videtur cum 2, differt autem huius auctor a Donati interpretatione ad Andr. 156. 5. L. s. l. p. 67.

558 iunxi 1 et 2; in 2 omittendum est 'facete'; ad prol. 45 figura appellatur atticismus.

559 1 cf. 555. 3. 2 vide ad 54.

560 2 cf. Fabia. 3 Wessn. immerito notavit 'sic dicitur etiam scelus hominis' (ita correxi). 3 *a* proscripsi, ineptum est et cf. D. 1048. 3. Bentleius reprehensa Donati interpretatione correxit. 'O festus dies o meus amicus, salve!'

562 1 de compendio cf. Andr. 257. 2, 965. 2. 2 iuxta D. 1.

563 1 *a* additamentum per 'hoc est' cf. 154. 2 et l. s. l. p. 155 (Mn. 35 409). 2 contra D. 1.

564 2 contra D. 1 per 'vel', cf. 130, 400, al. **565** cf. 401.

566 1 cf. 508. 1. 2 ad Andr. 77 et supra 236.
567 iunxi 1 et 2; 'aggressus' cf. 584. 1.
568 iunxi 1 et 2, expulso emblemate, hausto fere ex 2 in f.
569 iunxi 1 et 2. 3 additamentum ineptum. Charinus corripit Antiphonem interpellantem inutili rogatione 'quid id est?' 'Percontantes' est obiectum. L. s. l. p. 69.
571 rhet. **576** Scholium mihi non leviter suspectum. **577** 3 cf. Fabia.
578 1 Lectio incerta. **581** 2 cf. 593. 2. **581** cf. Eugr.
583 3 *a* additamentum per 'vel', cf. 564. 2 et mira definitio vocis.
584 2 *a* notavit Wessn.
585 1 inde a 'tum quod' suspectum ob spurcitiam, cf. ad An. 90, infra 1079.
587 1 ineptum cf. D. 585. 2.
588 2 contra D. 3. 1 vide Steinmann l. l. περὶ ἠθῶν p. 83 sqq.
589 2 ad 563. **590** 3 iuxta D. 2. **592** 1 cf. 581. 2.
594 3 Serv. ad h. l.: intermisit noctis descriptionem.
595 3 reddit aliis verbis D. 1. Fabia 1 et 3 eidem Donato dedit per molestam dittologiam; cf. supra ad 7.
596 4 *a* falsum, et cf. ad 562.
598 2 de additamentis per 'ergo' vide ad 73 et supra passim.
600 cf. 440. 1.
601 iunxi 2 et 3. 4 prorsus supervacaneum iuxta 3. Cf. Eugr. p. 126.
604 4 'non—sed' vide ad 67 et supra passim; 'appetitum' prorsus falsum fuisset, nec minus 'repentinam'.
608 2 iuxta D. 1 per 'ergo' cf. ad 598; cf. 816. 2
610 2 cf. D. 4 'veluti'. **613** cf. 528. 1.
618 cf. 455, 627. 3.
622 2 *a* notavit Wessn. 3 falsissima. **623** iunxi 2 et 3, ad 2 cf. 737.
624 2 cf. v. 440 sqq. 3 ineptum; cf. ad 604, et schol. 441.
625 2 contra Don. 1, et falsum: Pamphila prorsus alia de causa arcessitur, cf. l. s. l. p. 71 (Mn. 35. 219). 4 ad 604.
627 2 contra D. 1 per 'vel' (ad 583) nec verum, cf. 627 'dat mihi ut auferam'; cf. Fabia.
628 2 praef. p. xviii et vide adn. ad 309. **631** falsum; cf. 335. 2.
632 1 Andr. 442, Ad. 796, 2. 2 falsa differentia, iuxta D. 1 per 'an'. De differentiis spuriis vide Mn. 32. p. 124 sqq., l. s. l. p. 142.
635 2 iuxta Don. 1 et per se satis mirum; magis mirum etiam 3, et cf. Don. 641. 2.
637 1 et 2 iuxta D. 4, cf. D. 536 in f.
640 2 Eugr. p. 127 sq. 3 iuxta D. 2 per 'an'; de quae particula vide l. s. l. p. 140.
642 2 ad Hec. 321. 3 contra D. 2, haustum ex Phorm. 205. Ad Vergili exemplum cf. Servius et Isidorus diff. verb. 554, in l. s. l. p. 18. O. Feierabend ex scholio spurio efficere voluit commentum Donati nonnisi mutilum et dilaceratum ad nos pervenisse, quem redargui in Mnem. 39 (1911) p. 182.
643 4 iuxta D. 3. 5 rhet. 6 falsum. Cf. ad 104.

645 1 et 3 rhet. 2 *a* inepte relatum ex Andr. 183. Eun. 472. Pho. 373. 1 et 6 suspecta iuxta 5.
646 1 falsum. **648** 2 [1]) cf. 859. Serv. ad Aen. 1. 688.
649 2 mirum inventum, Smith Archaisms cf. Ter. p. 14: perhaps the view of Donatus himself! L. s. l. p. 72 (Mn. 35 p. 220).
653 1 cf. Ad. 807. Pho. 946. 1 *a* et 3 cf. Don. 2. L. s. l. p. 72. et p. 177 de fontibus.
655 3 ineptum et Fabiae male probatum; ibid. p. 73.
656 cf. Wessn. in app. **659** 1 rhet.
661 2 sic omnes locutiones mirae appellari possunt. **663** 1 Eugr. p. 129.
666 3 semirhetor. Don. cf. Mn. 33 p. 256 sq. 1 rhet. 4 excerptum fere ex D. 3. 5 nimis ineptum. 6 falsum, iuxta D. per 'an'. 7 cf. D. 3.
667 2 cf. ad Andr. 386. 1 Mnem. 32. p. 235.
669 4 et 5 iuxta D. per 'ergo', cf. ad 72; l. s. l. p. 74.
673 1 Eugr. p. 130.
674 1 *a* videtur significare: iocosum erit spectatori, Pythiam quaerere quem ante se videat. Quae est ratio τοῦ 'enim'? nihil pertinet ad Don. 1.
678 cf. 374. 3. Hec. 216. 240. **680** 2 = 899. 3; praef. p. XVIII.
681 1 *a* satis ineptum.
682 utrum horum Donato dandum sit, est quod dubites, nisi quod 1 orationis tumore laborat in re simplici.
687 vide quae de his scholiis exposui l. s. l. p. 74 sq. (Mn. 35 p. 223) In 3 et 6 denuo additamenta per 'an'; cf. ad 640.
688 3 *a* notavit Wessn. ut etiam 6 *a*. 7 'utrum—an' contra D. 6; de de hac formula l. s. l. p. 143 et Mn. 32. 244 sqq.
689 cf. Wessn. Aem. Asp. p. 27 sqq. Initium scholii 2 insanabiliter corruptum est.
691 3 [1]) = D. 2 in f., praef. p. XVIII.
694 1 Wessn. haec rettulit ad Men. Plaut 4. 2. 50 sq. **696** cf. 656. 2.
697 cf. Wessn. app., Serv. ad Aen. 5. 493, Dan. 11. 141; Prisc. 3. 80 30.
698 Wessn. in app.
700 2. 4, et 705 1. 2 rhetor. cf. Mn. 33. 240. 700 2 et 4 illustrant rhetorice Don. 3; cf. Fabia, qui 2. 3 Donato dedit. Cf. Eugr. ad 704.
703 cf. 818. 2. **706** *a* notavit Wessn.
709 2 vide l. s. l. de font. p. 177 (Mn. 35. 428). **711** 1 nugae cf. 717.
712 2 iuxta D. 1, ceterum uterque erravit; l. s. l. p. 75 sq., cf. Serv. ad Aen. 4. 534, Dan. ad Ge. 3. 138.
713 1 schol. rhet. cur magistro dederim vide Mn. 33. 257 sq.
714 2 rhet. ibid p. 240. **716** 1 *a* notavit Wessn.
718 nititur falsa lectione 'istam' pro 'tam'. **722** 1 rhet.
721 722 in commento Donati 721. 3 et 722. 3 ita iuncta fuisse videntur, ut praecederet hoc sequeretur illud; cf. de his et de spuriis 2. 4. 5 l. s. l. p. 76 (Mn. 35. 224).

---

[1]) In textu ante UNGUIBUS corrige 2 pro 3.
[2]) Omisi in textu scholii spurii numerum 3.

723 1 cf. 721. 4 in f. 2 recte sic D. cf. Fabia.
724 Gr. L. IV 379. 29: sunt praepositiva ut quis hic, subiunctiva ut is idem. Diom. 1. 370. 35.
727 iunxi 3 et 4. cf. ad 24 et And. 211. Serv ad Ge. 2. 94.
728 1 cf. Don. 4 med. 729 1 vide ad 54. 2 cf. 728. 2
731 2 falsum; l. s. l. p. 75.
733 2 *a*, 3 *a* additamenta per 'nam' (vide supre ad 9), quorum hoc notavit Wessn.
734 iunxi 1 et 2 dempto emblemate inani 1 *a* et repetitione 2 *a* (cf. 1 D.). 3 cf. 2 *a* et 1 D. 3 *a* additamentum per 'nam' notavit Wessn.;
735 2 cf. 273. 3. 737 cf. ad 623. 738 cf. Eug. p. 132.
740 cf. 648, 859. 2. 2 *a* falsum, ut 436.
741 1 'non—sed', vide supra ad 67, 604, etc.
742 3 iuxta D. 2, cf. Fabia cuius interpretatio iusta est: 'si des menaces il vient de passer aux actes'. Secundum 3 locutio usurpari poterat de quovis, qui a loquendo ad agendum transeat, quod falsum.
746 2 cf· 147. 1. 748 cf. D. 2. 749 1 vix intellego.
750 *a* notavit. Wessn. 751 vide 640, etc. 754 3 cf. Fabia.
755 1 *a* conta D. 1 et falsum: non 'rudi et rustico' sed 'timido' hoc convenit.
758 3 falsum, cf. Fabia. 759 2 ineptum.
761 3 additamenta nullius pretii, quorum hoc notavit Wessn.
762 1 *a* de magistri formula 'ab eo q. praec. id q. seq.' vide ad An. 49 et in praefatione p. XXI; in Eunucho legitur 780. 4, 973. 5 2 rhet.
763 2 cf. 537. 2.
766 1 rhet. nullius utilitatis ad interpretationem.
769 4 contra D. 3 per 'vel' cf. 583, et falsum, cf. Fabia.
771 4 cf. vss. 812 sqq. et 774. 2, 816. 1. 2 otiosum iuxta D. 1 et 4. 5 ineptum.
772 2 mira variatio Donati(?) in 1; praef. p. XVII. 3 etiam mirabilius. 8 *a* additamentum per 'ergo', cf. ad 598.
774 1 eiusdem atque 771. 2. 5 contra D. 4 per 'an'.
776 1 vix verum: 'reliqui' et 'alii' apud comicos vix differunt, cf. Fabia. 3 *a* 'manipuli furum': iusta interpretatio est D. 4, quae praecedit absurda, cf. l. s. l. p. 80 (Mn. 35 p. 228) et Fabia.
778 1 rhet. 779 4 languidum. 780 4 ad 762.
781 2 Eugr. p. 134.
782 2 iuxta D. 1 per 'an', magis docte quam apposite, cf. Fabia.
783 iunxi 1 et 2. 1 *a* exemplum Sallust. importunum. 2 *a* reprehensio lepidi ioci minus apposita.
785 1 contra D. 4 immerito. 2 iuxta 1, pariter falsum. 3 *a* et *b* emblemata minus vera. Cf. l. s. l. p. 81.
786 4 contra D. 3, satis obscurum et praeter textum. 5 et 6 cum illo iuncta fuisse puto; de 5 cf. ad 604. 4 et ad 67. L. s. l. p. 81.
787 2 et 5 contra D. 4 per 'deest', cf. ad 209. 1. 3 aliud per 'vel'.
788 1 *a* additamentum suspectum per 'quasi'; ad An. 24.
789 3 contra D. 2 per 'aut' cf. supra ad 130.

790 1 ad 604. 4 nimis speciosa, et vide supra ad 54.
792 2 cf. 432, 522, 791. 2; atqui verba 'sed miles loquitur' post 'ut veteres' vix Donato dari possunt.
794 3 contra D. 2, cf. Ad. 269. 2 D. et 3 interpol. L. s. l. p. 83.
795 1 l. s. l. p. 178 de font. 3 cf. 912. 1.
796 2 Hec. 502. 3. 3 'deest' vide supra ad 209.
799 3 cf. Ad. 511. 3. Andr. 85. 1, 685. 2.
801 2 suspectum.
803 1 cf. 759. 2 et alia eiusdem acuminis.
805 4 rhet. cf. D. 6 et 806. 1. Eugr p. 135. 5 ex 4; cf. 952. 2 *a* aliaque similia.
809 iunxi 2. 3. 4 demptis emblematis brevissimis. 5 iuxta D. 3, l. s. l. p. 83 sq. (Mn. 35 p. 231).
810 3 iuxta D. 4 ibid. p. 84.
811 1 *a* 2. 5 omnia nimis speciosa ideoque falsa antitheta.
812 2 veriverbium otiosum.
813 2 'ergo' ad 598. 5 'vel' ad 583. **814** 1 Serv. ad Aen. 12. 844.
816 iunxi 2 et 3 exempto emblemate. Cf. 608. 2. Ad. 959. 1.
818 2 cf. 703. **820** 2 Wessn. in app. **821** 1 vide supra ad 67, 604, al.
823 2 contra D. 1; de 'ego' cf. Mn. 32. 223.
824 1 obscurum; l. s. l. p. 85. **829** 1 *a* supra ad 323.
830 iunxi 1. 2. 3.
832 2 *a* cf. 1 in.; de 'et est' 'hoc est' sim. l. s. l. p. 155, Mn. 35. 406.
833 2 cf. 237. 1. Hec. 643. 5. Andr. 250.
836 2 = 377. 3, cf. 844. **837** 1 Supra ad 335.
838 Don. erravit; de vera interpretatione vide Fabia.
840 1 Beckius suspicatur corrigi posse: 'oportuit autem etiam Chaerea (cf. An. 481 et Löfstedt, Peregr. p. 46) et argumenti fuit non mutasse'. Sed oportet cum subiecto personali Donato imputare nolim. Tunc praestaret: 'op. a. e. et arg. f. Chaeream non m.' Sed vel hoc vix placet. 3 *a* insipidum.
841 2 quid hoc est? cf. l. s. l. p. 86. **849** 2 iuxta D. 1.
850 1 contra D. 3, qui meretricem non figurate aut subtiliter loqui dicit, sed obiurganter.
851 2 non verum; quid sit figurate vide D. 805. **853** 2 ad 604.
859 2 cf. ad 648. 3 contra D. et exemplum falsum.
861 1 cf. 725, 950. Fabia ad 366.
864 3 non verum, nihil deest; cf. Pho. 430. **867** 3 cf. ad 878.
875 2 falsum, intellegitur aliquod numen; cf. eiusdem schol. ad Andr. 896: quia amor deus est.
877 2 iuxta 1 per 'an'.
878 Wessn. Aen. Asp. per 22. **879** cf. 875 2.
881 alterutrum spurium, semovi 1. **884** 4 contra D. 3 per 'aut.'
889 1. 2 iungenda videntur; aliter Eugr., cf. Fabia.
894 1 cf. 89, 930. Andr. 755. **897** 1 ad Andr. 199.
899 1 aliter Fabia. Iunxi 1 et 2 expulso emblemate 2 *a*, quod notavit

Wessn., sumptum ex Ad. 843. 2 (cf. Aem. Asp. p. 34 adn. 2). 3 cf. 680. 2. Stephanus pro 'autay' dedit ἰού. Beckius lepide coniecit 'ᾶ vel αἶ.'

900 2 suspectum cf. ad 604.

907 1 cf. ad Andr. 521. 2 aliis verbis = D. 3, quod cur Donato dederim vide l. s. l. p. 19, praef. p. XVII.

908 3 additamentum per 'nam', exemplum haustum ex D. 894, praef. p. XVII. 5 *a* notavit Wessn.; l. s. l. p. 87. (Mn. 35. 235).

912 1 cf. 795. 3. 2 cf. 894. **916** minime verum, l. s. l. p. 88.

919 1 *a* 'enim' particulae causalis nulla est ratio, ut saepe in spuriis.

920 3 falsum, l. s. l. p. 88.

926 3, 927. 2 vide supra ad 542 et 722. **930** 1 aliter Don. 894.

933 2 vix genuinum, praecedit enim 'noscere' v. 10 eadem significatione.

934 3 *a* otiosum, cf. 935 et supra 227. 2.

935 cf. 227, 414, 1077. **936** 1 cf. 27. 41. 2 cf. 235. 4.

939 3 explicatio non mala sed diversa a D. 2; l. s. l. p. 89.

941 *a* notavit Wessn. **946** 1 cf. 1022. 1. Eugr. p. 140.

950 2 cf. ad 861. **952** 2 *a* cf. ad 805.

953 3 vix iustum; scholium pertinere videtur ad verba 'eam istic vitiavit miser'.

954 mirum; in textu est 'adprime nobilem'; 'adeo n.' legitur 204.

955 1 *a* ex 957. 1, h. l. ineptum.

956 cf. 963. 2. **957** 3 fere = D. 2, praef. p. XVII.

960 rhetor. **961** de scholii interpretatione cf. Hartmann p. 73.

962 2 contra D. 1. 3 'ergo' ad 598 etc.

965 de oeconomia, cf. 941, 967. 2, 997, 1002. 1, 1025. 3, 1034. Steinmann l. l. p. 40 sqq.

967 1 cf. 1025. 5. Ad. 237. 2. Pho. 225. 1. Pro 'negotia' corrigendumne 'negotiosa'?

968 *a* immo dubitabat Parmeno propter suum praecipue periculum; l. s. l. p. 89. et cf. 962. 1.

973 5 ad 762. **976** cf. Fabia. **978** 3 *a* notavit Wessn.

979 specimen scholii semirhetorici Donati ipsius; cf. 98, 160. 1, 539. 1, 1071. 2 et quae scripsi in adnot. prima.

985 2 rhet. **987** 1 iuxta D. 2.

992 vide quae de his scholiis disputavi l. s. l. p. 90 sq. (Mn. 35 p. 238 sq.).

993 2 scholium obscurum et mihi leviter suspectum, cf. 994. 4 i. f.

994 4 cf. Andr. 143 et Fabia.

997 cf. ad 965. **998** 1 *a* notavit Wessn. 2 falsum.

1001 2 ad Andr. 837. **1004** ad Andr. 608. 3 Wessn. in app.

1012 2 rhet., al. Eugr.

1014 iunxi 1 et 2; ad 2 Wessn. in app. citavit Ps. Ascon. in divin. 34, ubi post alia: index est autem, qui facinoris, cuius ipse est socius, latebras indicat impunitate proposita.

1020 *a* notavit Wessn.

1021 1 cf. 492. 2 et Mnem. 32. 223. 2 aliis verbis reddit 1014. 1.

1022 1 cf. 946. 3 additamentum vix verum.

1024 2 ex Don. 1, praef. p. XVIII. 3 *a* otiosum iuxta 1 et 2 D.

1025 2 cf. 1061. 1. 5 cf. 967, 1035. 1, significatio h. l. non apposita.

1026 1 cf. ad Andr. 83. 3. **1027** 3 cf. ad 335, h. l. nimis otiosum.

1028 2 et 3 inficeta. **1030** nimis otiosum. **1035** 1 ad Andr. 31.

1036 2 emblema notavit Wessn. Iunxi 1 et 2. 5 *a* abundat iuxta 5.

1039 1 non 'profuit' sed 'proderit'.

1044 1 falsum; quid sit 'perpetuo perire' docent Ad. 283. Plaut. Pers. 280, Most. 539, ('in perpetuum modum'), quos locos citavit Fabia; cf. Don. 1013. 1. Gnatho hoc dicit: sine dubio perpetuo peristi. cf. l. s. l. p. 92 sq. (Mn. 35. p. 240).

1045 2 cum hac divisione philosopha cf. An. 30. 5 *a*.

1048 2 additamentum ad D. 1 et 2. **1050** 1 cf. 63. 2. **1051** cf. Andr. 939.

1053 3 philosophia a re aliena et per se satis mira; opponuntur spes et forma!

1054 1 *a* notavit Wessn.

1055 3 quid ad rem? 'precario' h. l. ineptum esset; cf. D. ad 312. 5 satis futtile.

1056 3 contra D. 1.

1057 iunxi 1. 5. 6. De vocibus 'donum' et 'munus' vide Don. ad Aen. 2. 269, Isid. orig. 6. 19. 26, Gr. L. 7. 524, schol. Lucani 5 p. 111, quos descripsi l. s. l. p. 93 sqq., ubi exposui, cur schol. 2. 3. 4. 7. 8 a Donato abiudicanda sint, hausta et inepte conglutinata ex illis locis et e schol. Don. 1 et 5.

1058 *a* notavit Wessn.

1059 1 *a* additamentum ex 336. 3 (l. s. l. p. 53)· 2 imitatio Donati libera et suspectae latinitatis.

1060 *a* Pho. 318. 3. **1061** 1 cf. 1025. 2. **1062** 1 cf. Andr. 957. 2. Eun. 562.

1063 3 *a* cf. 578. 1, 806. 3.

1064 expunxi emblemata 2 *a* et *b* iam satis superque a me notata.

1065 expunxi emblemata falsa 1 *a* et *b*, et additamentum per 'ergo', cf. ad 72.

1066 4 cf. An. 817. 2 cf. 1071; nulla autem hic est laudatio, potius contrarium, cf. Fabia.

1067 3 contraxit 1 et 2.

1068 1 hoc loco non aptum, ubi Gnatho: 'prius audite' ac dein: 'si placuerit facitote'.

1070 1 nimis supervacaneum; structura in medio est posita.

1071 2 semirhet. Donati.

1072 iunxi 3 et 4 expuncto longissimo emblemate 4 *a*, de quo vide quae disputavi l. s. l. p. 96 sq. Suspectum est non tantum propter 'non-sed' toties repetitum (cf. supra ad 604), sed etiam quia fluctus fiunt in simpulo: sententia simplicissima tot verba non requirit; denique similia quaedam leguntur iis quae dixit Don. in 1 et 3 de 'milite' et 'rivali', de 'censeo', de consiliario (D. consulat). 2 locus Homeri, ut clar. van Leeuwen me monuit, legitur in Iliadis 16. 824 sq.

1076 vix verum; exemplum Verg. sumptum ex 1060. 2; cf. Fabia.
1079 iunxi 7 et 8, quae cum 2, 6, 11 et 13 unum corpusculum efficiunt scholiorum Donati. In reliquis varie luserunt de vocibus 'fatuus' et 'tardus' plures magistri. Donati aemulum illum praecipuum habemus in 9 contra 6 et 7 D., in 12 contra 11 et in 10 per 'nam'. Cum spurcitie in 9 cf. 2 et quae adnotavi ad v. 585 et Andr. 90. Ceterum vide quae disputavi l. s. l. p. 97—100 (Mn. 35. 245 sqq.).
1081 4 iuxta D. 3.
1083 iunxi 1 et 3, expulso 2 quod falsa continet, nam Phaedria nec deliberationem nec concessionem negavit, cum nihil dixerit nisi 'hem recipiendum' v. 1073; l. s. l. p. 100 sq.
1085 iunxi 2 et 4 dempta interpolatione manifesta in 3.
1088 3 otiosum post 2 et cf. 406, 440, 600. **1090** 1 *a* notavit Wessn.
1092 iunxi 1 et 3 exempta interpolatione in 2; cf. 390.
1093 2 cf. Eugr. **1094** 2 iuxta D.; cf. Fabia.

Praeter leviora menda corrigantur haec:

Praef.	IX v.	11	eandem	*pro*	endem.
Pag.	15.	85	*deleatur* (?)		
„	97.	828	abs te	„	ab te.
„	126.	139	quae dura	„	que dura.
„	166.	463	abfuturum	„	abfuturam.
„	187.	648	2 UNGUIBUS	„	pro 3 UNG.
„	206.	797	libenter	„	libentur.

COMMENTI DONATIANI

SCHOLIA GENUINA ET SPURIA

SEPARATA

COMMENTI DONATIANI

AD TERENTI FABULAS

SCHOLIA GENUINA ET SPURIA

PROBABILITER SEPARARE CONATUS EST

H. T. KARSTEN

VOLUMEN II

ACCEDUNT INDICES

LUGDUNI BATAVORUM
A. W. SIJTHOFF
MCMXIII

CONSPECTUS

huius voluminis

PRAEFATIO

Per totum commentum scholia prorsus sunt similia quod attinet ad genera quae tractantur (praef. I p. III) et ad stilum atque orationem sive genuinorum sive spuriorum; sed scholia ad Adelphos Hecyram Phormionem, quae hoc volumine continentur, differunt a scholiis ad Andriam atque Eunuchum primum in eo, quod ad tres illas fabulas minus ampla sunt et minus frequentia, tum vero quod ibi multo rariora sunt ea quae νοθεία indicia prae se ferunt [1]. Cohaeret cum ea scholiorum diversitate quod in hac commenti parte vix umquam invenitur perturbata multorum scholiorum copia ad eosdem versus, qualis in priore saepe magnas nobis molestias facessivit in separandis genuinis et spuriis. Etiam scholia similia aut fere similia ad has fabulas non quidem desunt, sed et numero pauciora sunt et referunt non quinque genera, ut illic (praef. I p. VII sq.) sed speciem unam eandemque. His de causis accidit, ut in restituenda, quantum licuit pristina commenti condicione, multo simplicior quam in altera parte opera mihi exsisteret, cum deteriora scholia facile agnoscerentur ipsumque commentum graviora vulnera vix accepisset.

[1]) Ad Andriam	in scholiis circiter	MMCC	spuria notavi	DCCLXX.
„ Eunuchum	„ „ „	MMC	„ „	DCXXVI.
„ Adelphos	„ „ „	MCM	„ „	CCCXV.
„ Hecyram	„ „ „	MDCCCLXXX	„ „	CCCXXVIII.
„ Phormionem	„ „ „	MCCCCXX	„ „	CCXX.

De νοθεία; indiciis dixi in Praef. I p. IV sqq.

Non exigua sane textus mutatio nata est ex frequenti scholiorum genuinorum coniunctione, quae forma et argumento arte cohaerentia hucusque tamen disiuncta edebantur. Haec igitur per interpunctionem leviorem, aut restituta copula e t, — quoties Wessnerus eam quasi redactori debitam inclinatis litteris exprimendam curaverat, — nonnumquam etiam expulsa interpolatione in unum concinnavi. Hac ratione coaluerunt ad Andriam scholia fere o c t o g i n t a, ad Eunuchum c e n t u m v i g i n t i q u i n q u e, ad Adelphos o c t o g i n t a, ad Hecyram c e n t u m, ad Phormionem q u i n q u a g i n t a q u a t t u o r. Scholia ampliora ex hac coniunctione exorta si adduntur longis et integris [1]), quae iam adsunt in commento, conficitur numerus permagnus ad singulas fabulas, de quibus valent, quae scripsi in praefatione I p. V sq., ea id quod locus identidem postulet enuntiare concise quidem [2]), sed sermone puro et non raro eleganti nihilque in eis inesse cur credamus, aliter umquam atque nunc se habent ea fuisse constituta. Quisquis animo integro neque ulla adhuc praesumpta opinione de commenti origine imbutus ea examinaverit, vix oculis credet, cum legerit ex nonnullorum sententia sincera Donati scholia ipsa fere interiisse eaque aetatem tantummodo tulisse per duorum hominum excerpta, a quibus 'plus minusve transformata et saepenumero mutata' sint [3]). Examinator ille sincerus, quem volo, non modo in longioribus illis scholiis nulla eiusmodi mutilationis indicia inesse concedet, sed etiam breviora si inspexerit, nihil esse fatebitur, cur non sic a Donato exarata sint [4]). Unum sane concedendum est, fieri

[1]) Cito longissima tantum: A d e l p h. 26. 151. 210. 61. 88. 95. 302. 4. 30. 79. 423. 32. 58. 62. 76. 81. 94. 537. 41. 54. 85. 87. 643. 45. 48. 77. 81. 85. 92. 705. 28. 52. 89. 90. 96. 803. 35. 39. 42. 904. 29. 94. Ad Hecyram et Phormionem longissima (praeter Hec. 9) non inveniuntur; satis longa sunt haec: H e c. 6. 8. 11. 15. 57 sq. 66. 97. 114. 18. 23. 35. 38. 71. 73. 205. 34. 63. 74. 86. 307. 18. 61. 64. 80. 93. 415. 40. 47. 58 sq. 516. 43. 63. 70 90. 600. 17. 19. 47. 98. 711. 27. 56. 72. 74. 97. P h o r m. 35. 43. 49. 57. 79. 95. 107, 12. 20 sq. 31. 60. 86. 208. 67. 79. 311. 15. 17. 19. 34. 38 sq. 52 B. 58 B. 61 B. 68 B 71 B. 78 A. 90 A. 426 B. 746. 50. 946.

[2]) Cf. K a u e r, in ed. Adelph. a. 1903 praef. p. 15 adn. 1, de Donati scholio ad v. 90: 'Wobei mit der Donat eigenen Feinheit und Kürze das wesentliche Unterscheidungsmerkmal hervorgehoben wird'. Idem primus fere in Germania Donati scholia ad locorum interpretationem singulis paginis semel iterumque in auxilium vocavit, in quo egregio acumine spuria paene semper silentio transiit.

[3]) Wessn. in praef. p. XLVI sq.

[4]) Supersunt sane hic illic scholia leviora, de quorum auctoritate me dubitare professus sum, atque indaganti plura istiusmodi sese offerent.

potuisse ut aliqua scholia vel scholiorum partes perierint, sed nemo hac de re aliquid certi statuere poterit.

At vero Wessnerus quique eius sectam sequuntur [1]) sententiam illam nihilominus vindicandam esse censent duabus de causis. Primum enim nos revocant ad 'numerosissimas illas repetitiones', dein ad 'miram commenti formam' ad Phorm. II 3 et rarescentia scholia ad Phorm. III—V (praef. p. XLVI).

Quod attinet ad repetitiones, manifestum est hic in censum venire ea tantummodo scholia, quae leguntur ad eosdem versus, quae a duobus excerptoribus ex uno Donateo varie essent relata. Dein repetitiones, quae dicuntur, intelligenda sunt scholia fere similia, quandoquidem prorsus simila rarissima sunt, veluti ad Ad. 328, 937, Hec. 181, 193, 310 (bis); et vix huc trahi possunt An. 173 1 et 3, 457 1 et 5, 2 et 4. Eun. 478 3 et 4, ubi discrimina non omnino desunt. Iam vero primum concedi non potest, scholia fere similia ad eosdem versus, ratione habita omnium scholiorum, quae supersunt, esse 'numerosissima' [2]), cum in novies mille scholiis numerum CXXX vix excedant [3]). Deinde horum fere similium comparatio docuit (praefatio I p. VII—XIX) et mox denuo docebit, ex huiusmodi scholiis comparibus alterum longe plerumque incorruptum esse, alterum re et forma ita vitiosum, ut interpolatorem aperte coarguat. De hac autem quaestione libenter legi, quae nuperrime Wessnerus declaravit in recensione voluminis primi [4]): 'woraus sich erklärt, dass ganz gleiche Scholien verhältnissmässig selten sind

[1]) In Mnem. a. 1911 p. 169 adn. 2 et p. 180 citavi iudicia a Struckio et Feyerabendo prolata; nuperrime autem Frid. Lammert in libro 'de Hieronymo Donati discipulo' (comm. Phil. Ienens. 1912) sic scipsit p. 20: 'cuius (sententiae Wessneri), ab omnibus (?) fere nunc probatae, partem quam brevissimam repetimus, quantum facit ad nostrum propositum. Duo exstabant commentarii in Terenti codicum marginibus notati, alter Donati paene incorruptus, alter ipse quoque Donati sed mutilatus atque additamentis obrutus; qui ita coniungebantur, ut fieret scholiorum, quae nunc tenemus, archetypus'. Differt tamen haec definitio ab iis, quae scripsit Wessnerus in praefatione p. XLVI, in eo quod alter excerptor commentum Donati 'paene incorruptum' reddidisse perhibetur, quo igitur concedi videtur, in nostro commento latere ipsa Donatea non mutilata, quae alia esse vix possunt quam scholia illa plena et sincera supra a me indicata.

[2]) 'Eine Unmenge' ut scripsit Wessn. in libro de Aspro p. 30.

[3]) In praef. I p. VII sqq. ad Andriam et Eunuchum numeravi 31 et 33; mox referentur ad Adelphos 21, ad Hecyram 23, ad Phormionen 22.

[4]) Wochensch. f. kl. Phil. 1912 p. 1232 sqq.

und auf Versehen und Unachtsamkeit der Kompilators beruhen, dass sich dagegen häufiger solche Scholien finden, von denen eins die Originalform gewahrt hat [1]), dass andere die Spuren der Retractatio aufweist, die freilich manchmal so gering oder so schwer zu erkennen sind, dass die Entscheidung nicht leicht ist [2]). Dies ist auch das Ergebniss der Untersuchung, die K. S. VII—XIX anstellt, und somit befinden wir uns da in erfreulicher Uebereinstimmung'.

Certissimum vero duorum excerptorum indicium viri docti inde a Sabbadinio extare putant in mira commenti forma ad Phorm. II 3, ubi ad eandem scaenam non unus sed duo scholiorum diversorum ordines in codicibus melioris notae servati sunt, quorum alter alterum excipit. Itaque Wessnerus, in praefatione p. XLVI, coniecturam sic fere diserte elaboravit: incidit genuinum Donati commentum in duorum excerptorum manus, qui servato auctoris nomine scholia maximam partem plus minusve transformata in Terentianorum codicum margines transtulerunt; sexto saeculo compilator aliquis ea aliis adnotationibus temporis lapsu admodum aucta in unum cogere studuit, hunc in modum ut primum singulos scholiorum ordines binis columnis iuxta positis ex codicibus transscriberet. deinde Terentianorum versuum ordinem secutus confunderet; id quod ei non semper contigit ... Cum vero per quattuor vel quinque fabulas id egisset sedulo, ut duos commentarios in unum concinnaret et contaminaret, in Phormionis II 3 abiecta subito industria integros posuit, primum alterum a v. 7 ad v. 93, deinde alterum a v. 5 ad v. 93. Post hanc autem scaenam unum tantum ordinem adhibuit, unde rarescentia scholia ad III—V.

Coniectura ingeniosissima et primo aspectu blanda, sed in qua multa sunt quae acrius intuenti scrupulum moveant [3]).

Primum miramur cur compilator scholia utriusque codicis non statim ad quemcunque versum transcripserit, negligens certum eorum ordinem, qui vel nunc per totum commentum in scholiis multiplicibus fere deest, sed operam laboriosam et supervacaneam susceperit,

---

[1]) Litteras ego distinxi.

[2]) Respicit nimirum scholia ad Andriam, quae tractavi I p. IX sub littera *d* et ad Eunuchum 103 et 264, p. XVI sq. Eiusdem indolis sunt ad Ad. 36, 507, ad Hec. 354, 431, 492, 647, ad Pho. 359 A et B, de quibus vide infra.

[3]) Vide quae ad coniecturam refutandam olim scripsi in Mnem. 1904 p. 212 et 246 sq. et in libro de origine et compos. comm. a. 1907 p. 7 et 144 sq.

ut tot scholiorum milia prius in duas columnas iuxta positas transferret et dein eadem milia transcribendo denuo confunderet.

Deinde, cum ordines A et B referant excerpta ex uno eodemque commento genuino oriunda, exspectamus fore ut aliqua saltem communis originis vestigia supersint, hoc est scholia fere similia, qualia ad omnes fabulas passim reperiuntur. Atqui contrarium obtinet: scholia fere similia in ordinibus prorsus desunt[1]), immo, quod magis etiam miramur, scholia utriusque ordinis plerumque ita diversa sunt, ut alterius confector de industria omisisse videatur, quae alter iam rettulerat. Praeterea alter ordo A solus bis scholia exhibet fere similia[2]), quod, si coniecturam sequeris, hoc significat, auctorem ordinis A bis praebere duo eiusdem scholii excerpta, alterum suum, alterum ... cuiusnam excerptoris? non ordinis B, qui his locis alia exhibet. De his autem ordinibus insuper haec etiam notatu digna sunt.

Uterque ordo per se iisdem interpolationibus ceterisque vitiis laborat, quae totum commentum inficiunt, cuius igitur indolem uterque fideliter repraesentat. Scholia porro tractant semper res diversas exceptis tredecim, in quibus eaedem res explicantur sed varie et sic quidem ut altera denuo explicatio genuina altera spuria habenda sit, in quo B, ubi bis spuria inveni, multum praestat ordini A, in quo undecim scholia Donateis iuxta posita ant opposita semovi[3]). Ordo A etiam inferior est scholiorum numero et amplitudine: habet scholia septuaginta quinque, quae in edit. Wesn. versiculos explent CCXCIII, B octoginta et unum in versiculis CCCXCVI; in his scholiis A spuria tradidit XXIV, B XVII. Ad locum difficillimum in v. 368 A tacet, B opiniones quattuor interpretum rettulit. Denique uterque ordo scholiis saepe vacat, sed raro ad versus eosdem. Haec omnia reputantibus manifestum erit ordines derivatos esse e fontibus multum diversis, quorum alter alterum bonitate antecellebat.

---

[1]) Scholia prorsus fere similia adsunt tria brevissima: 363 A 'opera septimus casus est'. 372 A 'male loqui' pro maledicere. 373 exemplum Lucilianum. In 363 et 372 B plura habet, in 373 A.

[2]) 371 A 1 et 2, 420 A 1 et 2.

[3]) Vide ad vss. 358. 59. 60. 61. 63. bis. 65. 67. 72. 74. 75. 77. 426, ex quibus in B obelo notavi 360 et 375.

Transeo ad scholia fere similia, quae cur separatim examinanda sint, exposui in praef. I p. VI sq., nempe ut probarem ea non duorum excerptorum manus referre, sed tantum non omnia ita esse comparata, ut alterum pro genuino sit habendum, alterum interpolatoris manum ostendat. Cum singula in adnotationibus diserte tractaverim, lectorem illuc relego nunc ipsa scholia tantum referens [1]).

Scholia fere similia ad Adelphos.

36 2 vide quam teneri sit amoris hic timor, in iuvene praesertim. 3 nimium tenere amat, qui et haec in iuvene pertimescit, quae circa infantulos cavere solent. Illud Donato dedi, hoc propter formam et additamentum de infantulis magistro.

87 1 2 3 scholia longiora describere supersedeo. Vide adnotationem.

99 1 proprie 'putat', nam hoc verbum imperitorum est. 3 ἰδιωτολογία hoc enim proprium rusticorum atque imperitorum. Donato dedi 3, qui etiam ad And. 113 verbum putare non imperitis sed simplicibus h. e. rusticis attribuit.

101 1 non peccatum negat esse, sed flagitium non esse contendit, et ideo subindignanter pronuntiandum est. 2 ... delictum est, sed non est flagitium ... Vide adn.

149 1 ... quod addidit 'meretricem', ostendatur <securitas> Micionis hoc solum adhuc scientis et nihil de vitiata virgine. 2 ... simul etiam vitiatae virginis adhuc ignarus ostenditur Micio. Reliqua multum diversa, vide adn.

156 1 vide quam posteriora vehementiora sunt ad incendendum populum: primo miserum, post innocentem, ad ultimum inopem posuit. 155 3 tria sunt; miser, innocens, inops. Hoc tractum ex illo.

253 2 'quid' propter quid, et 'nunc' τῷ ἰδιωτισμῷ additum de superfluo, cet. 4 *a* 'quid' autem propter quid. Vide adn.

269 2 'coram' ad ipsum pertinet qui laudat et ad eos qui audiunt, 'in os' ad ipsum qui laudatur. 3 nam 'coram' laudat, qui non tacet apud alios et hoc agit non per epistulam sed ipse praesens; 'in os', qui apud ipsum loquitur; quem collaudat. In 3 habemus miram periphrasin scholii Donatiani.

328 1 sic nuntiat ut ultima peiora sint ... 4 repetit eadem verba. Scholia prorsus similia compilatori deberi putat Wessnerus (vide supra p. III sq.).

454 3 'sic' δεικτικόν est. 4 ... et est 'sic' δεικτικόν, gestum continens levissimae (corrige -mum) et parvae significationis. Alterum ex altero.

507 5 'defunctum' finitum, id est: ut non peiora committat. 6 'defunctum' finitum, hoc est: ne ulterius peccet Aeschinus. Vide adn.

---

[1]) Hoc non praesto, nullum huius generis scholium me fugisse.

550 1 neutrum verbum quasi activum 'se irruat'. 3 cum neutrum sit 'irruat', nove intulit se, ctt. Alterum ex altero; cf. 319. 1.

821 obscurissimus sensus et re et verbis. **823** 1 obsure locutus est cum sit hic sensus, ctt. Vide adn.

839 2 cum hoc scholio longiore Donati compara **840** 2: mire tamquam necessitate cogitur ad gaudendum agrestis senex et μισοκαλήμερος, ubi vox Graeca sine dubio sumpta est ex illo.

864 1 mira varietas et in locis et in partibus orationis. 5 vide quam grate a nominibus <ad> verba transeat. Vide adn.

4 id est: nullum praesentem laedere. 9 ut nullum secum tristem faciat. Vide adn. 2 p. 102.

6 'clemens' est circa res recte agentes, 'placidus' vultu. Vide adn. In his scholiis non habemus excerptores sed plures magistros aemulos Donati.

882 3 satis moraliter 'frater' dixit, nec addidit 'tuus'. 4 moraliter, nam deest 'tuus'. Alterum ex altero.

891 2 cum extrema parte scholii longioris compara **894** 2: maximum delinimentum infert eum nomine vocans, quemadmodum <in> superioribus; et vide Don. in 894 3. Ex duobus Donateis conflatum videtur 894 2 [1]).

914 3 insultantis est verbum 'iube' ctt. 5 quasi hoc dicere insultantes solemus ... Reliqua differunt. Vide adn.

931 2 recte, ne contra filios pater suadere videatur. 4 ne contra filios pater suadere videatur nuptias, si illis coheredes procreandos esse suadeat. Vide adn.

937 2 'aufer' vel te vel manum, nam ... 3 'aufer' aut te aut manum.

983 1 ne quid negatum in fine fabulae videatur ... Compara Donatum in 3.

Accedunt similia ad locos longius remotos:

28 3 *a* significat enim scilicet 'uspiam' et in loco et ad locum. 37 1 'uspiam' et in loco et ad locum significat. Vide adn. ad v. 28.

30 8 omne quod sentimus, aut cogitamus aut dicimus. Repetivit haec verba cum exemplo Vergiliano ipse Donatus ad Phorm. 12 1.

42 2 ... clemens autem est qui colit mentem. 864 2 clemens est, qui colit mentem, ne eam urgeat irascendo. Vide adn. ad postremum locum.

116 1 scholii initium repetivit fere ipse Donatus ad Hec. 94 3 et Pho. 91 2.

171 1 2 pugnus a pugna dicitur; an ab illo pugna? Haec sumpta videntur e Donato ad Hec. 33 4.

608 4 ... coram ad certas personas refertur, palam generaliter dicitur. Compara Donatum ad Andr. 490 1: coram ad certas personas refertur, palam ad omnes.

---

[1]) Ad Donati verba 891 2: 'moris est autem inferiores proprio nomine vocare si blandiri velis', confer Serv. ad Aen. 1. 38: 'honorantur enim minores a maioribus si suo nomine fuerint nominati', ut (Aen. 1. 65) 'Aeole, namque tibi' etc; et cf. Serv. ad Aen. 1. 76.

Scholia fere similia ad Hecyram.

48 3 *a* repetit partim scholium longius Don. 3.

97 2 bene addidit 'negoti', ut augeret invidiam facti, nam potuit dicere 'quid hoc est'. Sic Don.; mire additur 2 *a*: sed ut diximus (scil. in 2) ad invidiam et magnitudinem rei (quid hoc?) 'negoti' dixit. De formula 'ut diximus, qua interpolator repetere solet id quod Don. paulo ante declaravit, vide ad Andr. 29 4. Legitur etiam ad Hec. 242 cl. Don. 201, ad 297 cl. Don. 288, ad 634 cl. Don. ibid.
3 'quae' qualia scilicet et quanta. 4 'quae' legendum est ut sit qualia et quanta. Alterum ex altero.

136 1 pronuntia 'illa' quasi dicat: plena desiderii, plena cupiditatis, ut mirum sit quod inferetur non contactam virginem ... 2 pronuntiandum 'illa prima' id est plena desiderii, plena dulcedinis; similiter addidit 'virginem', et expresse 'non attigit'. Vide adn.

181 1 et 2 scholia prorsus similia; vide supra ad Ad. 328.

193 1 et 2 denuo prorsus similia, ut postea 310 3 et 5.

233 3 id est: nihil detrimenti fit, si tu pecces. 4 id est: numquam, inquit, peccando peior fieri potes, sed es eadem quae semper. 5 sensus est: iam talis es, ut peior fieri non possis, sic Cicero, ctt. Tres magistri compilarunt longum scholium Donati ad 234 2. Vide adn.

251 4 ...an itidem incertum me amisisti, ut ad te incertus veni? 5 incertus, inquit, veni, incertus a te recessi. Vide adn.

267 1 ... saepe enim de maritis puellae parentibus queri solent eiusmodi aliquid, quod solis ipsis committendum est. Ex lepido scholio tractum est 2 ... nam illa quaerit, quae solent de maritis puellae matribus queri. Vide adn.

310 2 = 4, 3 = 5, vide supra ad 181 et 193.

358 1 en 2 forma diversa, re simillima, nisi quod in 2 omittitur iusta salutationis mentio et praesertim amoris in nurum; nam hoc est quod agitur, cum morbus alicuius curae esse possit etiam non amanti.

354 1 verum est, quantum ad morbum pertinet. 2 hoc et ad morbum et ad eventum partitudinis verum est ... Vide adn.

357 2 bene aliis adscripsit, si falsum sit, ut ipsis adscribatur mendacium. 4 religiose mendacium ad rumorem rettulit; cett. Vide adn.

431 1 ostendit quam longe sit, cum 'in arcem' dicat. 6 pronuntia, ut ostendat quam longe sit in arcem transcurrere.
4 haec verba cum sua pronuntiatione vim recusationis in se continent. 5 cum recusatione pronuntiandum ... Bis alterum ex altero. Vide adn.

438 1 et 2 eiusdem notae. Perperam utrumque Donato reliqui; vide adn.

447 compara Donatea 3 et 6 cum 9 *a*, et 8 cum 10. Vide adn.

448 1 ... quia dixerat 'quod potero'. 2 et hoc est quod dixerat 'quod potero faciam'. Repetitio satis mira.

463 2 nullum in hoc sene fuit doloris officium, antequam sciret, aliquid relictum. Immerito hoc scholium etiam Donato addixi, qui eadem fere

verius et elegantius dixit in scholio 4: morem eorum expressit, quibus relinquitur: qui cum audierint sibi esse aliquid relictum, tunc tristes se fingunt adeo.

492 de scholiis 1 et 2 vide adn.

503 2 *a* dictum est autem ideo, quod proterat alium, qui protervus est. Compara 3 unde illud conflatum est.

517 de scholiis 1 et 2 cum exemplo Vergiliano vide adn.

528 3 exemplum Sallustii petitum e Don. 429. 3. Vide adn.

586 1 'certo' dixit, ne sit dissuadendi locus. 2 ad hoc addit 'certo decrevi', ut non audeat dissuadere filius. Donato dedi scholium 1 breve et concisum.

647 cum altera parte scholii longioris Donatei 1 compara 2, et vide adn.

666 1 ordo: uxor mea quid faciat, in manu non est; 2 deest 'eius', ut sit: in manu eius non est, sed in mea potestate est positum. 3 'in manu non est' uxoris scilicet, et est ordo: uxor mea q. f., in m. eius non est.

In 3 partim aliis verbis repetuntur quae sunt in Don. 1 + 2.

717 1 utrum rogemus an etc... ut Vergilius 'talibus orabat Iuno'. 2... ut Vergilius 't. o. I.', potest intellegi et rogemus... Cetera differunt. Vide adn.

728 1 ordo et sensus hic est: nec pol me multum fallit, quin quod velit, hoc sit quod suspicor. 2 vel: non me multum fallit, quod velit, quin hoc sit quod suspicor. 3 ordo: quin, quod velit, sit quod suspicor.

Scholia 2 et 3 repetunt Donati ordinem, in quo mirum est 'vel' in 2.

766 e Donati scholio 2 repetitur exemplum in 4.

878 in 3 *a* obscure aliis verbis dicuntur, quae Don. aperte dixit in fine scholii 3.

Ad versus inter se remotos:

123 6 'odio' hoc est instantia; unde magister 134. 2 'cum odio' cum instantia et molestia.

126 3 aut repetere debemus sic: in ipsis, inquam, nuptiis. 128 2 ... et sic est, quasi dixisset, in ipsis inquam, nuptiis.

Scholia fere similia ad Phormionem.

23 2 prius ego, inquit, de illo finem faciam quam ipse de me. 3 et prius ego dicendi faciam quam ille peccandi. Ecce scholia fere similia, ambo a Donato abiudicanda. Vide adn.

46 4 ad paupertatem rettulit 'ferietur' nam et damnum plaga et res sanguis dicitur. **47** 2 ex consuetudine 'ferietur', nam et plagam damnum et sumptum sanguinem nostrum dicimus. Imitatio inepta est in priore; vide adn.

49 2 iam Wessn. excerptum esse vidit e longiore Donati 3.

63 1 interpolator verbose diluit breve scholium Donati 2. Vide adn.

74 1 ... videtur ad hoc addidisse 'meo' ne esset ἀμφίβολον ... 3 bene 'meo', ne esset ἀμφίβολον. Alterum ex altero multo longiore.

104 1 bene non dixit ..., sed ἀπὸ τῆς καταπλήξεως 'virgo pulchra!' 3 'virgo pulchra' ἀπὸ τῆς καταπλήξεως.

108 3 4 iam Wessn. observavit haec excerpta esse e Donati scholio 107 3.

121 Donati adnotationem in 1: bono affectu dixit 'daret illi' etc. magister sic contraxit in 4: mire 'daret', ut ostenderet nihil esse potestatis in filio. Vide adn.

131 Simili modo magister in 2 breviter reddidit quae Donatus diserte exposuit in 3.

135 4 ἀσύνδετον ut supra 'imus, venimus, videmus', tractum e longiore Donati 5. Vide adn.

160 2 'audio' per εἰρωνείαν dicitur modo a contemnente dictum Antiphonis.
Hoc partim rettulit magister in 3 ... est ergo 'audio' εἰρωνεία pro non audio, hoc est: nihil dicis. Vide adn.

163 1 hoc sic pronuntiandum ctt. 3 hoc cum pronuntiatione infert. Alterum tractum e priore.

234 1 convenit hoc dictum ei, qui iam pridem se male audire putat, et ideo sero videtur ad hunc senex pervenisse, cum ille metuens se primum ad accusationem crederet. Similia alius scholiasta in 4: an quia tarde ad servum pervenit senex, quem ille ob conscientiam a se coepturum esse credebat? Vide adn.

315 3 haec labra lingens ut ebrius et ructans ut potus et satur pronuntiavit actor bonus. Compara hoc cum longiore Donati 2 et videbis non esse parallela, ut Wessn. scripsit in App., sed alterum potius ex altero conflatum esse.

350 2 proprie: adesse enim causae proprie dicuntur patroni et amici. A 6 'adeste quaeso' proprie advocatis dixit. 4 annuit ut taceat. 5 significat silentium.
Scholia iuxta posita, nisi hausta sint 6 et 5 ex Don. 2 et 4.

359 A 1 insimulare est crimen ingerere, sic Cicero ctt. B 1 insimulatio est et falsi et veri criminis incusatio, sic Cicero ctt. Hoc iustius; vide adn.

361 A 2 vide ut veteratorie ostendat contradixisse adulescentem. Brevissime sic contrahitur expositio Donati in B 1.

363 A 2 'opera' hic septimus casus est. = B 2 qui tamen addidit: et 'vita' nominativus.

372 A 2 'male loqui' pro maledicere. = B 2, ubi Don. tamen addidit: et quaerit Probus, quis ante Terentium dixerit.

373 A non carcereum sed carcerem asperius appellavit, sic Lucilius. carcer vix carcere dignus. Hoc loco igitur A genuinum scholium servavit, cum B 3 exemplum Lucilii tantummodo rettulerit.

420 A 1 haec minantis sunt verba. A 2 et bene imitatus est modum comminantis. Servavit ordo A simplicem Donati adnotationem in 1 et aliunde subiunxit alius paraphrasin; compara 371 A 1 et 2, ubi A dedit cum Donati tum alius scholium de eodem verbo.

431 1 *a* ostendit quam longe sit, cum in arcem transeat. 6 pronuntia,

ut ostendat quam longe sit, cum 'in arcem' dicat. Imitatio debilis. Confer etiam 4 cum 5.

668 1 ... nam Apollodorus μυρίας dixit pro multis. 2 *a* et ut apud Graecos μύρια, ita apud nos sexcenta dicere pro multis usitatum est. Vide adn.

922 1 'rescribi' reddi, scilicet per mensae scripturam. 3 'rescribi' per scripturam, id est de mensae scriptura dari, unde hodie additur chirographis 'domo ex arca sine mensae scriptura'. Vide adn.

Ad versus distantes:

354 B 1 ambiguitas, quae tamen discernitur sensu. **366** B 1 ἀμφιβολία, sed quae sensu dissolvitur. Repetivit ipse Donatus.

Satis superque apparuit de his quoque scholiorum paribus valere conclusionem, quam in praefatione I p. XVIII sq. posui de scholiis similibus ad Andriam et Eunuchum.

Reliquas quoque scholiorum spuriorum species, quas descripsi ibidem p. XIX sqq., hic non deesse docent permulta exempla.

Scholia Donateis iuxta posita aut opposita numerosa sunt, quorum praecipua inveniuntur ad versus infra citatos [1].

Additamenta iam Wessnerus notaverat ad Ad. XIV, ad Hec. XXI, ad Phorm. XXIV. Ego plura seposui ratione reddita de singulis in Adnotationibus. Emblemata, quae non valde numerosa sunt, litterarum forma ille indicavit ad Ad. XIII, ad Hec. XVII, ad Phorm. X, quae tamen idcirco non omnia a Donato abiudicanda esse semel iterumque declaravit [2]. Et hoc sane verum est; quin ipse etiam quaedam ex his Donato reddenda esse censui, velut ad Hec. 43 et 441, ad Phorm. 26. 39. 295. al. Pleraque tamen interpolatori adsignavi, non propter positionem in mediis Donateis, quae *νοθείας* suspicionem tantummodo movet, sed quia animadversiones, conclu-

---

[1]) Ad. 4. 28. 33. 45 sq. 70. 77. 79. 87; **101**. 9. 37. 41. 43. 52. 63. 72. 77. 92; **212**. 14. 42. 52. 59 sqq. 61. 65. 77 sqq. 91. 99; **306** sq. 27. 82. 91. 94. 96 sq.; **433**. 54. 68. 76. 80; **529**. 44 sq. 59. 89. **610**. 28. 34. 47. 52. 62. 70. 90 sq. 99; **703**. 22. 64; **821**. 23. 66; **934**. 61. 75. 83. 90.

Hec. 10. 17. 43. 58. 66. 71. 78; **110** sq. 32. 37. 52. 58. 66. 70. 80. 83; **210**. 13. 94; **388**; **440**. 47. 51. 65 sq. 76. 85; **502**. 18. 35. 50. 52. 64. 81. 98; **609** sq. 12. 23. 26 sq. 34; **717**. 28. 31. 35. 37. 43 sqq. 48. 72. 79. 94. 97. 99; **826**. 38.

Phorm. 22 sq. 34 sqq. 45. 53. 57. 70. 74. 91. 98; **112**. 19. 34. 58. 64. 70; **201**. 8. 34. 51. 87; **315**. 22. 24. 26. 32. 55. 58. 60. 61 sq. 63. 65. 67 sq. 71. 75. 77; **420**. 77; **635**; **975**; **1048**.

[2]) Nuperrime in W. f. kl. Ph. 1912 p. 1232.

siunculas, exempla denique continent importuna, futilia, Donateis scholiis opposita, falsa [1]).

Exempla perperam adhibita (vide praef. I p. XXI) leguntur ad Ad. 2. 27. 256. 263. 458. 570. Hec. 759. 779. Phorm. 250. 292. 358 A. 635 (?). 923.

Scholia per formulas *non-sed* et *rettulit ad* sim., quae eidem magistro, cuius scholia asterisco indicavi, debita videntur (vide ibid.) hic quoque non desunt [2]). Scholia per formulam *ab eo quod praecedit id quod sequitur*, aut *ab eo quod sequitur id quod praecedit* [3]) (Ad. 460. 823. Phorm. 20), ut in commento ad Andriam (49. 502) et Eunuchum (762. 780. 973), non seclusi propter ipsam formulam, sed quia ceteroquin vitiosa erant; dubitavi olim de scholio ad Ad. 823, ubi a Donato insertam esse credebam, sed si comparas scholium ineptum 460 *a*, etiam illic formulam interpolatam esse non dubites. Reliqua omnia, ubi formula adhibetur, aut Donateis opposita sunt, aut per se falsa et inepta, ut in adnotationibus docui.

Cum in Praefatione prima p. VII omni disputatione de commenti origine et compositione in hoc libro abstinere decrevissem, mentem mutavi, ne opiniones mihi imputentur, quas numquam quantum scio professus sum [4]). Itaque quid de quaestione obscura

---

[1]) Vide e. g. ad Ad. 163. 259 (sed ego). 295. 618. 692. 880; ad Hec. 57. 159 (exemplum falsum). 263. 355. 459. 477; ad Phorm. 28. 130. 172.

[2]) *Non-sed* Ad. 74. 239. 261. 328. 367. 369. 418. 620. 693. 843. 934. Hec. 136. 377. 485. Phorm. 47. 211. 228. 341. 343. 433 A. *Rettulit ad* sim. Ad. 45. 61. 118. 306. 391. 568. 927. Hec. 43. Phorm. 45.

[3]) Graece: ἀπὸ τοῦ προηγουμένου τὸ ἀκόλουθον et ἀπὸ τοῦ ἀκολούθου τὸ προηγούμενον; vide Rhet. Gr. de tropis, Speng. III p. 310 et 196. Quintilianus 8. 6. 19: *e praecedentibus sequentia*. Scholia Danielina ad Aen. 2. 253: 'ex consequentibus priora', et sic fere 4. 44, 9. 489. Servius formulam commenti plerumque usurpavit. Locum Quintiliani debeo Wessnero, qui l. l. p. 1235 humanissime, ut solet: 'K. scheint nicht zu wissen dass schon Quintilian' etc.

[4]) Wessner l. l. p. 1231 haec scripsit: Die Tatsache dass nicht wenige Scholien ein falsches lemma haben... beweist doch, dass sie nicht als geschlossener Kommentar übernommen, sondern von den Rändern einer Terenzhandschrift zusammengetragen sind... Dein p. 1232: Als zweite Quelle für den Kompilator scheint K. einen Auszug aus Donat anzusehen, der die Scholien in stark gekürzter und sonst entstellter Form enthielt, (dass auch diese Scholien aus einer Terenzhandschrift stammen, ergibt sich aus dem oben über die Lemmata usw. Bemerkten); anders lässt sich das häufige 'ad exemplum Donati', 'haustum ex Donato', ,sumptum e. D.', 're simile forma diversum', u. dgl. im Anhang wohl kaum auffassen.

Ad ea quae spatiose exprimenda curavi haec observo; Lemmata falsa in tot millibus rara sunt et saepe eiusmodi ut pro lemmate ipso verba proxima,

et difficili nunc mihi verisimiliter statui posse videatur, paucis exponam.

Secundum scholiorum separationem quam proposui, interpolationum numerus pedetemptim per commentum magnopere decrescit, etenim ad Andriam scholia spuria (DCCLXX) tertiam commenti partem occupant, ad Eunuchum (DXXVI) quartam, ad Adelphos (CCCXV) sextam, ad Hecyram (CCCXXX) quintam, ad Phormionem (CCXX) fere septimam. His igitur exemptis restant ad Andriam scholia fere MCCCXXX, ad Eunuchum MDLXXV, ad Adelphos MDXLV, ad Hecyram MCCCCL, ad Phormionem MCC, quae praeter scholia quaedam fortasse perdita (vide p. II sq.) constituunt corpus, quod Donatus saeculo quarto in lucem emisit. Commentarios non adiunxit textui Terentiano, sed commentum dedit continuum [1]), munitum lemmatis vulgo satis longis, quae etiam hodie fere omnia supersunt licet saepe brevius reddita.

Commentum celebre fuisse non mirum est, cum concisis adnotationibus omnia complecteretur, quibus magistri in scholis ad fabularum textum interpretandum et illustrandum indigerent. In marginibus commenti adnotabant illi quicquid utile fore videbatur suum in usum aut ad discipulorum institutionem, additamenta varii generis, scholia rhetorica, alia, ieiuna plerumque et brevia. Ubi autem in verborum et sententiarum interpretatione a Donato dissentiebant, suam substituebant, unde orta sunt scholia haud pauca Donateis iuxta posita et opposita, variis coniunctionibus illis saepe adnexa

---

nonnumquam eiusdem versiculi, citentur; inveniuntur An. 194. 702. 754. 844. 970 Eun. 19. 163. 336. 407. 511. 823 1078. Ad. 223. 342. 521. 530. 692. Hec. 111. 287. 309. 400. 744. Pho. 18. 116. 132. 136. 273. 354 B. 362 B. 411 B Ex erroribus tam paucis et levibus omnis conclusio infirma est. Prorsus eadem valent de citationibus meis frequentibus in adnotationibus (häufige ... im Anhang) 'ad exemplum Donati' sim., quae inveniuntur undecies ad Andriam (vss. 22. *26. 55. 68. 79. 318. *453. *599. *756. 817. 912) itemque ad Eunuchum (27. 104. *178. *350. 478. 666. 734. *1021. 1057. 1059. 1067.). Temerarium est ex paucis hic locis concludere, eos flagitare excerptum, quod omnia scholia (die Scholien) deformata et contracta continuerit. Accedit quod loci asterisco notati non indicant scholia ad vss. eosdem sed inter se remotos.

[1]) Hieronymus, Apol. adv. Ruf. 1 c. 16: 'Puto quod puer legeris Aspri in Vergilium et Sallustium commentarios, Volcatii in orationes Ciceronis, Victorini in dialogos eius et in Terentii comoedias praeceptoris mei Donati atque in Vergilium, et aliorum in alios'. Quae omnia commenta videntur fuisse continua. Idem, Comm. in Eccles. c. 1: 'Unde praeceptor meus Donatus cum istum versiculum exponeret (Eun. 41): Pereant, inquit, qui ante nos nostra dixerunt'. Cf. Fr. Lammerhirt de Hier. Donati discip., Comm. Ienens. 1912.

Peculiare genus constituunt magistrorum scholia quae fere similia[1]) appellavimus, quorum species distinguendae sunt tres.

a Repetitiones

Scholia, in quibus Donati verba partim[2]) repetuntur, leguntur ad Ad. 507, 550, 914, 931[3]); ad Hec. 97, 431, 448, 529, 586; ad Pho. 23, 46—47, 103, 160, 350.

b Scholia e longioribus Donati extracta

Ad. 101, 155—156, 454, 821—823, 882, 983. Hec. 97, 233, 234 (tres magistri), 267, 431, 503, 647. Pho. 49, 74, 107—108, 135, 163. 922.

c Scholia, in quibus pauca tantum Donati verba relata sunt, dum interpolator reliqua mutavit suaque cogitata substituit

Ad. 36, 87, 149, 864, 894 (891). Hec. 251, 269, 354, 438, 463, 517, 878; accedunt 353, 492 re similia sed sine verbis Donateis. Pho. 234, 668; accedunt 63. 1 ubi per ambages explicatur 'compendium' Donati 2, et 121, 131, 315, 362 A ubi contrahuntur scholia Donati ad eosdem versus.

Duodecim repetitiones sub littera *a* quomodo ortae et traditae sint nescio, sed suspicor auctores, aut fortasse auctorem unum eundemque eas de memoria negligentius rettulisse in margines editionis suae Terentianae. Scholia sub littera *b* pro compendiis longiorum Donati magistros sibi composuisse et iuxta commentum scripsisse non dubito. In tertio genere *c* ea quae leguntur Ad. 87. 2. Hec. 269. 3. 878. 3 *a*, Pho. 234. 4 in commenti margine stetisse ostendunt voces, quibus Donateis adnexa sunt: *puto ego, nam, an, an quia*, nec non reliqua pro correctionibus aut supplementis genuinorum ibidem notata fuisse credibile est. Itaque suspicor, illum, cui commenti archetypus debetur, adhibuisse codicem vel codices commenti instructos scholiis, quae iuxta posita opposita fere similia nominavimus, aliisque minutioribus quae cum his arte coniuncta sunt, ac praeterea editiones Terentianas adnotatiunculis etiam munitas.

Quibus autem de causis mira commenti condicio ad Phormionem II

[1]) Vide supra p. VI sqq. ubi haec omnia scholia exscripta sunt.

[2]) De repetitionibus prorsus similibus vide supra p. III et Wessneri locum p. III sq.

[3]) Alia res est, si scholia Donati ex alia fabula vel locis longe dissitis citantur, cf. Ad. 42 et 864, 608 et Andr. 490. Item ad *b* Ad. 171 et Hec. 33.

3 et rarescentia scholia ad II—V [1]) tribuenda sint, augurari vix audeo. Si ea quae modo ariolatus sum — nam certi quid statuere de difficillima quaestione non mihi sumam, nisi instituta prius inquisitione de variis scholiorum proprietatibus et de perturbato saepius ordine — non absona sunt, necessario paene sequitur, commenti codicem vel codices integros, quibus compilator usus est, defecisse inde a Phorm. versu 5 vel 7 in II 3 eumque ad hanc scaenam adhibuisse duo commenti excerpta, interpolationibus etiam munita quorumque alterum alteri praestabat [2]), et ad reliquam commenti partem constituendam excerptum unum etiam tenuius. Si quis autem has coniecturas probabili ratione refutaverit, acquiescam auremque praebebo meliora et certiora docenti.

Fragmenta Graeca a me instanter rogatus examinavit clariss. van Leeuwen, rem arduam indulgentius quam libentius, ut opinor, aggressus. Eius coniecturae, quas ipse ariolationes vocabat, quod ad Apollodori fabulas attinet, in hoc volumine ad ipsos locos leguntur. De Menandreis restituendis illum quoque desperasse non miramur. Ad Andriam 204 poetam hoc habuisse putat:

νῦν δ' οὐ λέληθας μ' οὐδὲ ἕν.

ad 483. 1 odoravit lacunam ita fere explendam: 'cum lavisse se aut non lavisse <etiam ii dicant, qui manus vel pedes purgaverant>, a parte totum significantes'.

ad 611 post Casaubonum aliosque, qui Graeca cum Latinis conciliare conarentur, libere haec divinavit:

ἂν <τήμερον> θεὸς θέλῃ <σῶσαι μ' ἔτι>.
οὐκ ἂν ἀπολοίμην ο<ὐδεπώποτ οἶδ' ὅτι>.

ad 726. 7 contulit Circumtonsae vs. 348 sq. (Körte 421 sq.): *στέφανον ἀπὸ βωμοῦ <ποθεν> | ἀφέλων ἐπιθέσθαι βούλομαι.* Ipsi autem vix placebat, quod in mentem venerat:

ἐκ δεξιᾶς σὺ μυρρίνας
λαβοῦσ' ὑπότεινε.

ad 919. 3 *οὕτως αὐτὸς ἐστιν* verum esse negat, cum *αὐτός* ab hoc loco alienum sit; Buttmann autem minus Graece: *οὕτως οὗτός ἐστιν.* Exspectat *τοιοῦτός ἐστιν,* cf. Arist. Vesp. 285. Xen. Hell. V. 4. 4;

---

[1]) Wessner l. l. p. 1231: 'man darf gespannt sein, wie K. das Spärlicherwerden der Scholien zum Phormio erklärt'.

[2]) Vide supra p. V.

placeret οὗτος τοιοῦτός ἐστιν, magis etiam οὗτος <φύσει>τοιοῦτός ἐστιν, aut simpliciter <φύσει> τοιοῦτός ἐστιν.

Ad Eun. 9. 1 rogat quid sit τὸ αὐτόν? Requirit vocabulum indicans pronuntiationem despectus plenam. Ceterum dubitat dederitne Terentius in prologo fortasse hoc:

Idem Menandri Φάσμα nuper <per>didit.

607. 3 traditur παροιμιώδησ ἀμὰ περὶ τοῦ κωριδίο, unde editores effecerunt: ἀλλὰ περὶ τοῦ χοιριδίου; sed rogat van Leeuwen quid hoc sibi velit, locum enim ipsum vix suppeditare proverbium, quale est Francogallicum: ‘mais revenons a nos moutons’; exspectari potius putat quod significet: ‘sed de cena nostra quid fiet?’: ἀλλὰ περὶ τοῦ ἐράνου vel τοῦ δείπνου vel τῶν ξυμβολῶν, qualia tamen παροιμιῶδες habent nihil.

ad 689. 1 non credit Menandrum dixisse: οὗτός (vel αὐτός) ἐστιν γαλεώτης γέρων, sed aliud quid veluti: γαλεώτης ἐστίν, οὐ γέρων. Adiective γαλεώτης vix usurpatum est.

1072. 2 ‘et Homerus’ . . . Respicitur Iliadis XVI v. 825 πίδακος ἀμφ᾽ ὀλιγῆς

Certissimam emendationem debeo collegae Groningano I. van Wageningen, qui in recensione voluminis primi [1]) ostendit, ad Andriam 7 3, ubi editores frustra quaesiverunt ubinam in Tusculanis locus ille Ciceronis legeretur, corrigendum esse ‘Cicero in Caeliana’, ubi § 6 discrimen inter maledictum et accusationem vel crimen diserte declaratur.

Amstelodami. H. T. K.

---

¹) In Museo Neerlandico a. 1913 p. 125 sqq.

CORRIGENDA

In numeris, lemmatis, sim.

Andria

v. 11 in genuinis pro 1 corrige 2.

16 2 *a*: deleatur *a*.

24 scholia 3 et 2 locum mutent.

32 deleatur 5.

39 numeri 3 et 2 locum mutent.

70 1 corrige: HUC VICINIAE.

86 '2 DIC SODES — rogo' pertinet hoc spurium ad v. 85; sequens scholium unicum est ad v. 86.

93 '3 NAM QUI CUM INGENIIS — posuit' genuinum est.

129 addatur spurium: '1 *a* non enim quae'.

131 1 'Ibi — Pamphilus' lemma est.

146 4 corrige: 'an sedulo † sosie'. Vulgo edd: 'ut Sosiae'; coniecturae, quas recepit Wessn.: ὡσεὶ <ἁπλῶς>, otiosae sunt in stulta adnotatione scholiastae, qui simplicissimam locutionem s e d u l o   n e g a r e reprehendit aut miratur. Corrigendum videtur: 'sine dolo', ut repetat quod Don. identidem in commento docuit: An. 138. 679, Ad. 53 etc.

147 addatur spurium: '5 DENIQUE QUID quid denique? ad summam properat et finem dictorum'.

158 *a* QUIA corrige 'quia'.

200 post 'ferebantur' insere: , 3.

267 pro priore 4 corrige 3.

273 post (v. 58) addatur: 'id est nimis'.

324 pro 5 in genuinis corrige 4.

395 in 4 corrige: 'pro eo quod est repellam'.

396 in 2 addatur lemma: INVENIET INOPEM.

448 in 1 addatur lemma: SED EST QUOD SUCCENSEAT TIBI.

499 in 1 post lemma addatur: 'propter quid aut'.

506 pro 2 in spurio corrige 3.

510 1 'a me opinionem' pertinet ad lemma.

555 post scholium 1 addatur: '2 *παροιμία*, est autem sine auctore sententia'.

607 addatur spurium: '2 UBI ILLIC EST SCELUS accusatio'.

630 2 'QUIS PUDOR P. A. — ut et praestent' scholium totum genuinum; deleatur *a*.

679 inter hunc versum et sequentem 681 addantur haec; 680 ME MISSUM FACE id est: noli uti opera mea. 679 4 PARUM SUCCEDIT QUOD AGO utilis sententia pro sapiente contra fortunam.

v. 708 in 2 post 'ostendat' addatur: 'agere se enim tardi et tristes dicuntur'.
709 scholium spurium '1 NARRATIONIS — narraturi est' totum genuinum est, igitur substituatur pro 1 in genuinis.
713 pro VIX corrige 'vix'.
842 pro altero 3 corrige 4 et in spuriis 3*a*.
907 pro 2 in genuinis corrige 3.
913 pro 2 in spuriis corrige 3.
938 pro 1 *a* corrige 2 *a*.

Eunuchus

v. 9 addatur spuriis: '3 *a* unde fabulae Phasma nomen est'.
40 post (*a*) inseratur 2.
73 in spuriis pro 2 corrige 2 *a*.
85 addatur spurium: '1 *a* et avara est'.
104 pro 6 corrige 5.
119 pro altero 3 corrige 4.
129 ante spurium addatur 2.
139 in spuriis pro 2 corrige 3.
295 deleatur 4.
331 pro altero 2 corrige 3.
337 spurio *a* anteponatur 2.
361 pro altero 2 corrige 3.
387 ante spurium omissus est versus numerus 387.
412 in spurio *a* corrige: 'vel quod inv.'
456 et 464 pro altero 2 corrige 3.
475 ante spurium addatur 2.
491 ante 'mordicus utrumque' addatur 3.
549 pro *a* corrige 3 *a*.
567 „ 3 „ 2.
583 „ 2 „ 3.
625 in spuriis pro 1 corrige 2
642 „ „ „ 1 „ 3.
643 „ „ „ 3 „ 4.
645 ante 5 inseratur (*a*).
648 in genuinis pro 3 corrige 2.
685 ante genuinum addatur 2.
691 „ spurium „ 3.
758 pro 1 *a* corrige 2 *a*.
774 in spuriis pro 4 corrige 5.
778 ante genuinum addatur 2.
814 pro 5 corrige 3.
864 ante spurium addatur 3.
926 et 1021 pro 3 corrige 2.
1026 pro 5 corrige 1.
1036 ante (*a*) ponatur 2 et pro 1 *a* corrige 2 *a*.
1072 in spuriis pro 4 corrige 4 *a*.

Adelphi

v. 47 ante 3 omissum: 2 INDE EGO HUNC 'inde' pro ex quibus, et 'mihi' abundat.
89 pro 2 corrige 3.
564 „ 6 „ 5.
577 „ 3 „ 2.
702 „ 2 *a* „ 3 *a*.

Hecyra

v. 77 scholio 1 postponatur (*a*).

130 adn.[1]) corrige: Lemma est v. 110.

143 spurio anteponatur 2.

287 scholio postponatur [1]).

339 ante: 'et memoriter' insere 5.

459 „ 'et hac propinquitate' insere 2 (*a*).

464 „ 'sine detrimento' insere 3.

477 in spurio corrige 3 *a*.

730 scholium 5 spurium est (vide adn.).

Alia.

Andria

v. 5 adn. 2 corrige '*οὐσία*'.

15 2 „ 'vitium'.

33 1 „ 'virtutes'.

37 5 „ Mını.

44 2 „ 'exprobratio'.

45 1 „ 'enuntiatio'.

53 „ 'noscimus' pro 'nescimus'.

79 „ 'accessit' „ 'excessit'.

117 1 „ 'carentum'.

119 1 „ 'immobilis est et'.

128 2 „ 'quod ibi sine p. s.'

175 2 „ 'Graeci *οὕτω* dicunt'.

281 1 „ 'quod dicit'.

730 2 „ 'in servo'.

Eunuchus

v. 139 6 „ 'in his quae'.

166 „ numerum scholii.

230 „ „ „

358 2 „ 'Tum deinde'.

411 *a* „ 'vel quod i n v i d e r e n t'.

463 2 „ 'abfuturum'.

681 1 *a* „ 'de mortuo'.

788 1 *a* praestat lectionem 'eccam' sic corrigere: 'en causam', ortum ex ē c̄am.

796 1 corrige 'libenter'.

Adelphi

v. 199 adn. 2 corrige <*τινα*>.

297 4 „ ANIMO.

391 1 „ ERAEQUE.

Phormio

v. 63 1 „ 'dominum'.

153 2 „ comparativa.

265 3 „ ab uno.

356 1. 2 ubique scribendum videtur S t i l p h o, cf. 390.

In adnotationibus vol. II

p. 299 v. 32 primo versu pone duo puncta post 'inepta est'.

p. 336 v. 385 corrige: A 2 . . . pertinet ad.

In indicibus

p. 340 insere: *διανοητικῶς*. Ad. 427.

p. 344 corrige: de propter E. 457.

ADELPHOE

PROLOGUS

1 1 POSTQUAM POETA S. S. S. 'postquam' pro quoniam, cuius reciprocum quoniam pro postquam, Plautus in Aulularia (prol. 9) 'is quoniam moritur — ita avido ingenio fuit'. 2 POSTQUAM SENSIT pro postquam sensisset. 3 SCRIPTURAM SUAM indifferenter omnis qui aliquid scriberet scriptor a veteribus dicebatur.

2 1 AB INIQUIS inimicis, ut (Verg. Aen. 8. 292) 'fatis Iunonis iniquae'. 2 OBSERVARI observatio et ad honorem refertur, ut (Verg. Geo. 4. 210) 'praeterea regem non sic Aegyptus et i. L. n. p. P. a. M. H. o.' sed nunc 'observari' captari significat. 4 OBSERVARI ET <AD.> RAPERE IN PEIOREM PARTEM varietas per genera verborum est: utrique sententiae apte iungimus 'scripturam suam'.

3 OBSERVARI et honorari et captari et audiri significat, ut Plautus (Amph. 507) 'observatote ut blande palpetur mulieri'.

3 RAPERE IN PEIOREM PARTEM vitio dare, vituperare

4 1 INDICIO DE SE mire expressit simplicitatem vera dicturi, cum indicaturum de se dixit, non narraturum. 3 INDICIO DE SE IPSE indicat is, qui de se volens et de aliis aliquid prodit, confitetur, qui de se tantum et qui invitus. 4 VOS ERITIS IUDICES bene, quia apud iudices indicium profitentur, qui accusatorem adiuvant.

2 *Et* INDICIO DE SE IPSE ERIT pro index erit.

5 LAUDIN AN VITIO medium non fecit, ut appareat, si crimen non sit, laudem esse debere.

6 SYNAPOTHNESCONTES DIPHILI COMOEDIA EST nec numeri nec genera respicienda sunt contra sententiam remque ipsam.

7 EAM COMMORIENTES PLAUTUS FECIT FABULAM ut apud Graecos δρᾶμα, sic apud Latinos generaliter fabula dicitur, cuius species sunt tragoedia, comoedia, togata, tabernaria, praetexta, crepidata, Atellana, μῖμος, Rinthonica.

8 1 IN GRAECA Diphili scilicet.

2 ADVLESCENS EST ut si diceret: est quidam adulescens qui lenoni eripit.

9 IN PRIMA FABULA pro in prima parte, ut dicimus 'primis digitis'; (*a*)

a non enim et secunda aut tertia fabula.

10 1 RELIQUIT INTEGRUM cum alia transferret. 2 SUMPSIT SIBI libere tulit (*a*), ut (Verg. Aen. 5. 533) 'sume, pater'.

1 *a* hoc est non furatus est.

11 1 IN ADELPHOS Latine declinavit. 2 VERBUM DE VERBO EXPRESSUM EXTULIT hic approbatur vere de Graeco esse sublatum, non de Plauto ut dicit adversarius.

3 EXTULIT mire non dixit 'transtulit' sed 'extulit', ut ornasse Graeca videatur Latino stilo.

12 1 EAM NOS ACTURI Adelphos scilicet. 2 NOVAM veterem Graecam intellegimus.

13 1 FURTUMNE FACTUM hoc est 'vitio duci'. 2 AN LOCUM REPREHENSUM hoc est 'laudi duci'.

14 1 NEGLEGENTIA EST Plauti scilicet, cuius 'aemulari exoptat neglegentiam' (Andr. prol. 20). 2 REPREHENSUM retentum, resumptum.

15 1 NAM QUOD ISTI DICUNT 'nam' incipiendi vim habet modo, ut (Plaut. Mil. glor. 5) 'nam ego hanc machaeram me cons u.' 2 HOMINES NOBILES Scipionem Africanum significat et Laelium Sapientem et Furium Philum.

16 1 EUM ADIUTARE (*a*) Pacuvius in Chryse (Ribb trag. p. 101) 'adiutamini'.

1 *a* legitur et adiuvare. 2 ASSIDUEQUE UNA SCRIBERE non sic dicit adversarius, verum hic oratorie crimen non tangit.

19 QUI VOBIS UNIVERSIS ET POPULO universos qui in cavea sunt dicit, populum qui etiam praeter theatrum, id est universam urbem.

20 IN BELLO Scipionis, IN OTIO Furii Phili, IN NEGOTIO Laelii Sapientis.

24 1 IN AGENDO PARTEM OSTENDENT σχῆμα ὑπεξαίρεσις: hic enim iam non senes accipiendi, sed et ceterae personae; 2 aut ipsi senes

in statario charactere partem aperient, in motorio partem ostendent. (*a*)

2 *a* nam duo agendi sunt principales modi, motorius et statarius, ex quibus ille tertius nascitur, qui dicitur mixtus. 3 AEQUANIMITAS favor et propitius animus. 3 *a* et deest 'vestra'.

I

1.

26 1 STORAX nomina personarum, in comoediis dumtaxat, habere debent rationem et etymologiam. etenim absurdum est comicum, <cum> apte argumenta confingat, vel nomen personae incongruum dare vel officium, quod sit a nomine diversum; hinc servus fidelis Parmeno, infidelis Syrus vel Geta, miles Thraso vel Polemon, iuvenis Pamphilus, matrona Myrrina et puer vel ab odore Storax vel a ludo et gesticulatione Scirtus et item similia, in quibus summum poetae vitium est, siquid e contrario repugnans [contrarium] [1]) diversumque protulerit, nisi per ἀντίφρασιν iocculariter nomen imponit, ut Misargyrides in Plauto (Most. 574) dicitur trapezita; et fere apud alios hoc modo poetas nomina componuntur per ἀντίφρασιν describentia quod designant. 2 (STORAX) Primae partes, sicut in prologo (v. 23) ipse promisit, a senibus aguntur, quorum contentione ad argumentum relata vita aspera cum leni et pater comis cum severissimo comparatur. 3 STORAX Storacem vocavit, non Aeschinum: cur igitur tacente hoc puero [2]) absentem Aeschinum credit? quia servuli adulescentibus praestolantur, ut in Andria (v. 83) 'observabam mane illorum venientis aut abeuntis'; sed quia fieri poterat, ut domino absente adesset Storax, commodissime adiecit 'neque servulorum quisquam qui adversum ierant'. 4 STORAX NON REDIIT HAC NOCTE A CENA AESCHINUS hoc alii interrogative, alii pronuntiative proferunt; sed magis pronuntiative dicendum.

---

[1]) Seclusit Ritschelius; Teuber coniecit 'a charactere repugnans', vix latine.
[2]) Wessn.: 'puero hoc', cf. var. lect; 'hoc' accus. sing.

27 1 NEQUE SERVULORUM praeter Storacem, quem abesse non respondendo intelleximus. 2 QUI ADVERSUM proprie locutus est, nam adversitores dicuntur. 3 IERANT 'ierant' producta <I> pronuntiandum, quod nos addita V 'iverant' dicimus. (*a*)

3 *a* *tale est illud Vergilii (Aen. 2. 25) 'nos abiisse rati et vento petiisse Mycenas'.

28 1 PROFECTO HOC VERE DICUNT absolute: non addidit, qui. 3 AUT IBI 'uspiam'; (*a*) 4 SI ABSIS USPIAM AUT IBI SI CESSES 'si absis' ad parentes propitios, 'si cesses' ad uxorem iratam refert.

2 SI ABSIS USPIAM abundat 'uspiam' aut deest 'profectus' aut quid tale. 3 *a* significat enim, scilicet 'uspiam', et in loco et ad locum [1]).

30 1 IN <TE> desertorem. 2 UXOR subaudiendum et hic 'irata', <ut sit: irata> uxor. 3 ET QUAE IN ANIMO omne, quod sentimus, aut cogitamus aut dicimus, et utrumque pro oratione est; sed illa *ἐνδιάθετος*, quae in cogitatione est, haec *προφορικὸς λόγος* dicitur, quae in verbis est constituta. Vergilius (Aen 2. 124) 'et mihi iam multi crudele canebant artificis scelus et taciti ventura videbant', et ipse alibi (Phorm. prol. 12) 'nunc si quis est, qui hoc dicat aut sic cogitet'.

31 QUAM ILLA QUAE PARENTES erudite: non addidit in quem dicat, quia scit nomina uxoris et parentum *τῶν πρός τι* esse.

32 *UXOR SI CESSES quare non 'si absis'? an quia iustius cessanti quam absenti succensemus an quia irata uxor, si cesses?

33 1 AUT TE[TE] AMARE COGITAT *ἐφεξήγησις* cum *ἐξεργασίᾳ*. 2 AUT TE[TE] AMARE COGITAT AUT minus peccati est amori proprio cedere quam alieno amori obsequi <et> [2]) nulla re impellente sine uxore potare aut velle delicias; 3 ergo *αὔξησις* est, nisi forte *τῷ ἰδιωτισμῷ* hoc putamus dictum. 4 AUT TE AMARE COGITAT AUT TETE AMARI cum duo proposuerit, alterum sumpsit, nam cum dixisset (v. 5) 'quae in te uxor dicit et quae in animo cogitat', intulit 'aut te amare cogitat' et 'ego quia non rediit filius quae cogito'. 6 ATQUE ANIMO OBSEQUI *ἐπαναφορά*.

5 *AUT TE AMARE COGITAT AUT TETE AMARI quia 'te amare' ἀμφιβόλως dixerat, cito intulit quod certum est 'aut tete amari'; et quia illud 'te' dixerat, hoc geminavit et 'tete' dixit tamquam significantius.

---

[1]) Scholium huc translatum e Don. 37, 1.

[2]) Inserui <et>.

35 1 EGO QUIA NON REDIIT FILIUS plus est quod dixit 'ego' quam si diceret 'parentes' (cf. v. 6). 2 QUAE COGITO QUIBUS et hoc sic pronuntiandum est, ut horrere videatur ipse cogitationem suam. 3 EGO QUIA NON REDIIT FILIUS *ἀνακόλουθον*. (*a*)

3 *a* non, enim dicit 'pater'.

36 1 QUIBUS NUNC SOLLICITOR hoc est: quam malis et non, ut uxor, bonis. 2 NE AUT ILLI ALSERIT vide quam teneri sit amoris hic timor, in iuvene praesertim.

37 1 AUT USPIAM 'uspiam' et in loco et ad locum significat. 2 CECIDERIT AC PRAEFREGERIT iungendum, ut non solum 'ceciderit' sed etiam 'praefregerit' aliquid: haec sunt, quae sibi evenire nemo velit.

36 3 NE AUT ILLE ALSERIT AUT USPIAM nimium tenere amat, qui et haec in iuvene pertimescit, quae circa infantulos cavere solent.

38 QUEMQUAMNE HOMINEM sic dicimus de ea re, quam miramur fere ab omnibus (*an* ab hominibus?) fieri.

39 QUAM IPSE EST SIBI tamquam duo sint, sed licet hoc poetae comico.

40 1 ATQUE EX ME HIC NATUS NON EST quasi dicat: ex me non est et sic afficior; quid paterer, si genuissem? 2 et <*ἐμφατικώτε*>*ρον* 'ex me natus' dixit, quam si diceret 'meus natus'. 3 SED EX FRATRE id est: non omnino alienus est. 4 IS ADEO transitus ad argumentum subtilissimus. 5 ADEO aut abundat aut n i m i u m significat, ut in Eunucho (I 2, 124) 'adulescentem adeo nobilem'.

42 1 EGO HANC CLEMENTEM VITAM URBANAM *ὀρθὴ διήγησις διὰ τὰς πτώσεις*. 2 CLEMEMTEM VITAM figurate ipsam vitam <dicit> clementem, quae clementes facit; c l e m e n s autem est, qui c o l i t m e n t e m.

3 ATQUE OTIUM deest 'urbanum'.

43 1 SECUTUS SUM bene 'secutus' quasi magistram recte beateque vivendi. 2 ET QUOD FORTUNATUM ISTI PUTANT Romani scilicet, qui c a e l i b e m quasi c a e l i t e m dicunt, et item Graeci, apud quos sunt huiusmodi sententiae '*Πάμφιλος ἔχοι †νιων πωλουμενον*' et alibi '*γαμεῖ Πάμφιλος γαμείτω. καὶ γὰρ ἠδίκησέ μὲ*' [1]). 3 FORTUNATUM ISTI PUTANT utique u x o r e m n o n d u c e r e, dicit autem Romanis id videri, quos spectatores habet. Menander '*†τωμανκαριαημι†*' [2]) *γυ-*

---

[1]) Van Leeuwen proposuit: A *Πάμφιλος γαμεῖ*. — B *Γαμείτω. καὶ γὰρ ἠδίκησέ με*.
[2]) Idem haec sic fortasse corrigi posse mihi scripsit: *ζῶ μακαρίως ἐπεὶ γ. οὐ λ.*, tametsi sic ei displicet *οὐ λαμβάνω* pro *οὐκ ἔχω* v. t. q.

ναῖκ᾽ οὐ λαμβάνω. 4 ET QUOD FORTUNATUM ISTI PUTANT quidam putant sic pronuntiandum 'et quod fortunatum isti putant uxorem', et haec bona et concinnata locutio es. 5 *Et* 'putant' bene dicit is, cui displicet aliena sententia, 'isti' autem id est: hi qui a me dissentiunt.

44 UXOREM NUMQUAM HABUI si 'non habeo' dixisset, poterat videri habuisse.

45 1 RURI AGERE VITAM 'contra haec omnia': suffecerat brevitas, sed subiungit fratris descriptionem, ut verbis ipsis malam vitae condicionem ostendat. 2 SEMPER PARCE AC DURITER 'semper' licet incertam distinctionem habeat, tamen recte additum est, quia vel 'ruri agere' voluptatis est vel 'parce ac duriter se habere' virtutis, 4 RURI AGERE SEMPER PARCE AC DURITER SE HABERE variavit, ut in Andria (v. 74).

3 *Sed 'semper' ad victum, 'parce' autem ad servandum, 'duriter' ad laborem referendum est.

46 2 UXOREM DUXIT varie per modos. 3 UXOREM DUXIT adiuva pronuntiatione, ne singula utrūnā [1]) secuta videantur; nam sic in fine fabulae ait Demea (V 4, 13 14) 'duxi uxorem: quam ibi miseriam vidi! nati filii: alia cura'.

1 UXOREM DUXIT recte dicit, non 'ducere': semel enim hoc fecit Demea.

47 1 INDE EGO HUNC MAIOREM mire 'inde' subiungit, cum personam praetulerit, sic alibi (Eun. v. 124) 'e praedonibus, unde emerat, se audisse abreptam e Sunio'. 3 *Et* bene 'hunc' dixit, quia de ipso loquebatur.

48 1 EDUXI A PARVULO quod nos e d u c a r e dicimus, e d u c e r e veteres dixerunt, ut (Verg. Aen. 6. 765) 'educet silvis regem regumque parentem'. 2 HABUI AMAVI PRO MEO quaeritur quid sit 'habui', et cum multa dicantur, hoc solum verum est: 'habui' credidi, duxi, existimavi, ut alibi (Andr. v. 809) 'semper eius dicta est haec atque habita est soror', et Cicero (Verr. 2. 87) 'ita habeantur itaque dicantur'.

3 Ergo 'pro meo' bis subaudiendum est: 'habui pro meo' et amavi pro meo'.

49 1 IN EO ME OBLECTO SOLUM ID EST CARUM MIHI absolute utrumque, et 'in eo' et 'solum', — 2 (*a*) — plus autem significat quam si diceret

---

[1]) Wessn. non improbabiliter coniecit: 'ut res una'.

solus is est carus mihi'. 3 IN EO ME OBLECTO nove 'in eo me oblecto' pro 'eo me oblecto'.

2 *a* IN EO quasi in ea re.

50 1 FACIO SEDULO secus a dolo, id est sine dolo et impense. 2 ILLE UT ITEM <CONTRA ME> HABEAT 'item' similiter, 'contra' vicissim. Plautus (Mil. glor. 101) 'ut illa illum contra: qui est amor cultu optimus'.

51 1 DO PRAETERMITTO 'do' sumptum, 'praetermitto' delicta. 2 NON NECESSE HABEO OMNIA PRO MEO IURE AGERE etsi licet, non necesse est patrem saevire, quia pater est. 3 Inter ius et aequitatem hoc interest: ius est quod omnia recta et inflexibilia exigit, aequitas est quae de iure multum remittit, ergo sensus hic est: non necesse est, etiamsi licet, saevum esse patrem. 4 Et mire ostendit ius suum nisi necessitate non esse servandum.

52 POSTREMO ALII CLANCULUM non alii patres, sed alii adulescentes clanculum patres suos.

53 1 QUAE FERT ADULESCENTIA statim addidit veniam, peccata ab adulescentibus ad aetatem removendo. 2 Et vide quam breviter, quam pudice, quam ignoscenter!

54 EA NE ME CELET CONSUEFECI FILIUM tribus enim rebus vivitur: natura, consuetudine, ratione.

55 NAM QUI MENTIRI AUT FALLERE INSUEVERIT <'insueverit'> separatim subaudiendum πρὸς τὸ 'mentiri'.

56 CETEROS quia iam excepit patrem.

57 1 PUDORE ET LIBERALITATE 'pudore' ad filios rettulit, 'liberalitate' ad parentes. 2 PUDORE ET LIBERALITATE argumentum a coniugatis: liberalitate, inquit, regendi sunt, propter quod liberi dicuntur; 'liberalitate' autem bonitate dicit.

58 RETINERE SATIUS ESSE PUTO bene 'retinere' a vitiis, quia vitia filios tenent, quos retinent patres, (*a*) nam retinet, qui adversum aliquem tenet.

a vitiis scilicet.

59 1 HAEC FRATRI MECUM NON CONVENIUNT nova locutio 2 (*Et* NON CONVENIUNT) pro: non congruunt, ac per hoc: in his ego et frater dissentimus ac dissimiles sumus.

60 1 VENIT AD ME SAEPE CLAMITANS et importunitatem ostendit odiosam 'venit ad me' dicendo et inconditam assiduitatem addendo 'saepe', 2 et congrue, postquam 'saepe' dixit, adiecit aptius ver-

bum non dicens 'clamans' sed 'clamitans'. 3 QUID AGIS MICIO reminiscere lectionem et invenies huiusmodi interrogationem vel invectionis principio convenire vel obiurgationis.

61 1 CUR PERDIS ADULESCENTEM NOBIS ἠθικῶς additum 'nobis', ut alibi (v. 476) 'psaltriam nobis, si dis placet, paravit'. 2 CUR AMAT CUR POTAT vide quemadmodum ut durum obiurgatorem ostendat Demeam, cum ab eo ea dicantur in crimen vocari, quae aut aetatis sunt, ut 'cur amat?', aut naturae, ut 'cur potat?', aut pietatis, ut 'cur tu his rebus sumptum suggeris' etc.

3 *CUR AMAT CUR POTAT 'cur amat' ad illud refert, quod ait supra (v. 50) '[do] praetermitto' — nam 'praetermitto' delicta intelleximus ex amore —, 'cur potat' ad illud revocamus, quod ait 'do' sumptum.

63 NIMIUM INEPTUS ES utrumque dure, et 'nimium' et 'ineptus es'.

64 PRAETER AEQUUMQUE ET BONUM potuit et non addi 'praeter aequumque et bonum'.

65 1 ET ERRAT LONGE melius est 'longe' simpliciter accipere, ut locale sit, quam valde. 2 MEA QUIDEM SENTENTIA modeste additum 'mea quidem sententia', ne quis hoc pro praecepto dici existimet.

66 1 QUI IMPERIUM CREDAT utrum quilibet an Demea? 2 GRAVIUS ESSE AUT <S.> 'gravius' ad vim, 'stabilius' ad tempus refertur.

67 1 VI QUOD FIT id est 'metu' ac 'malo' (cf. v. 57 et 68). 2 VI QUOD FIT QUAM ILLUD QUOD AMICITIA <A.> illud 'fit' quod 'vi', hoc 'adiungitur' quod 'amicitia'.

68 2 MEA SIC ET RATIO iterum modeste et ἰδιωτικῶς. 3 ET SIC ANIMUM INDUCO MEUM senilis μακρολογία.

1 *MEA SIC EST RATIO ET SIC ANIMUM I. M. 'mea sic est ratio' ad superiora pertinet confirmanda, 'et sic animum induco meum' ad ea pertinet, quae dicturus est.

69 1 MALO COACTUS duo dicit: et 'malo' et 'coactus'. 2 QUI SUUM OFFICIUM <FACIT> ὁ τὸ καθῆκον ποιῶν, id est qui recte facit; 'officium' autem dicitur quasi efficium ab efficiendo quod unicuique personae congruat.

70 1 DUM ID RESCITUM IRI 'quod facit' scilicet. 2 TANTISPER quasi tantumper (*a*) ut parumper dictum. 4 Et bene 'cavet' dicit quasi malo.

2 *a* et paulisper quasi paulumper. 3 TANTISPER CAVET 'peccare' subaudiendum, nam totum ἐλλειπτικῶς et obscure dictum est.

71 1 SI SPERAT FORE CLAM iterum 'quod facit' subaudiendum. 2 RURSUS AD INGENIUM REDIT mire non intulit 'cavet', sed 'ad ingenium redit'. 3 Et 'rursum' est retro versum, ut prorsum porro versum.

72 2 ILLE QUEM BENEFICIO ADIUNGAS καλῶς ἀντέθηκεν, nam ille 'malo' hic 'beneficio', ille 'coactus' hic 'adiunctus', ille 'dum id rescitum iri credit, tantisper cavet' hic 'praesens absensque idem erit'; 3 et τὸ 'praesens' et 'absens' non ad locum aliquem sed ad custodem monitoremque rettulit. 5 EX ANIMO FACIT 'officium' scilicet.

1 ILLE QUEM BENEFICIO ADIUNGAS non 'beneficio adiunctus', ut supra 'malo coactus'. 4. ILLE QUEM BENEFICIO contra illud quod ait 'malo coactus'.

73 1 STUDET PAR REFERRE id est bene<ficium>. 2 PRAESENS ABSENSQUE IDEM ERIT contra illud 'si sperat fore clam, rursus ad ingenium redit'.

74 1 HOC PATRIUM EST POTIUS superius a re tractum est, hoc iam a persona ducitur argumentum. 2 *CONSUEFACERE non 'cogere' sed 'consuefacere'.

75 QUAM ALIENO METU vide quemadmodum suam indulgentiam ad effectum revocet optimae disciplinae.

76 2 INTEREST differentia est. 3 HOC QUI NEQUIT longe melius 'nequit' quam si diceret 'non vult'.

1 HOC PATER AC DOMINUS a differentia personarum et officiorum.

77 2 NESCIRE SE IMPERARE LIBERIS oratorie, quasi artis sit indulgentissime agere. 3 IMPERARE modo non ad superbiam sed ad regendum referendum est. 4 NESCIRE IMPERARE LIBERIS deest 'se'.

1 FATEATUR NESCIRE SE IMPERARE LIBERIS hoc est: indicat se melius consulere et volentem hoc exercere.

78 1 SED ESTNE HIC IPSE DE QUO κατ' οἰκονομίαν supervenit de quo sermo est, ut factis dicta ostendantur. 2 ET CERTE IS EST bene nunc confirmat ipsum esse, cum propior est, utpote senili nec in longum prospiciente conspectu.

79 1 NESCIO QUID TRISTEM VIDEO orationis apparatus ex vultu ostenditur, ut (Verg. Aen. 7. 291 sq.) 'stetit acri fixa dolore, tunc quassans caput hanc effundit pectore vocem'. 3 CREDO IAM UT SOLET causa, cur illum frater aequo animo ferat: 'ut solet' inquit.

2 Et NESCIO QUID deest 'propter', ut sit: propter nescio quid.

80 SALVUM TE ADVENIRE DEMEA GAUDEMUS ut asperior ostendatur Demea, etiam salutatur ab eo, quem obiurgaturus est.

2.

81 1 HEM OPPORTUNE TE IPSUM QUAERITO in hoc actu diversi homines, diversi patres, diversa studia proponuntur: hic lenis hic amarus, hic facetus hic impolitus, hic facilis hic pertinax et difficilis in delictis. 2 HEM OPPORTUNE TE IPSUM QUAERITO melius quam Menander, quod hic illum ad iurgium promptiorem quam resalutantem facit.

82 1 QUID TRISTIS ES bene interrogat: potuit enim non iratus frater quaerere. 2 UBI NOBIS AESCHINUS SIET quasi quaedam causa tristitiae est.

83 DIXIN HOC FORE 'credo, iam ut solet iurgabit' (79).

84 1 QUID ILLE FECERIT animadvertendum, ut interrogatus interroget more indignantium, quod ideo facit, quod videt Micionem eo vultu interrogare, ut videatur minus reprehendere culpam Aeschini. 2. QUEM NEQUE PUDET QUICQUAM NEC METUIT QUAMQUAM varie per casus. 3 QUEM NEQUE PUDET QUICQUAM contra illud quod alibi (643) pater dicit 'erubuit: salva res est'. 4 QUEM NEQUE PUDET QUICQUAM magno ordine accusavit: non, inquit, pudore movetur patris, non metu parentum, non timore legum: 5 ergo gradatim αὔξησις oratoria processit.

86 1 TENERE SE ULLAM bene 'tenere', quia 'legem', et est ἀμφιβολία oratoria. 2 NAM ILLA QUAE ANTEHAC omnis accusatio duo tempora recipit: praeteritum ab ante gestis et praesens ab his quae obiciuntur: ergo utrumque mira brevitate perstrinxit.

87 1 MODO QUID DESIGNAVIT designare est rem novam facere in utramque partem, et bonam et malam, nam et designatores dicti, qui ludis funebribus praesunt, credo ob eam causam, quod ipsis ludis multa fiant nova et spectanda, simul etiam ut turbae retineantur, quae fiunt aut in spectaculis aut in litibus. 4 QUIDNAM ID EST et hoc contentiose interrogat Micio.

2 MODO QUID DESIGNAVIT puto ego designationem contractionem aut conductionem populi in unum intellegi — hoc enim contingit ei, qui aliquo flagitio populi in se oculos et ora convertit et spectaculo est vulgo —, quod designatores ludis funebribus multitudinem retinent. 3 DESIGNAVIT apud veteres hoc verbum duas res significabat: etenim prave et recte facta designata dicebantur.

88 1 FORES EFFREGIT haec singulae magna vociferatione inferenda sunt; stomachatur enim adversus male interrogantem. 2 FORES EFFREGIT ATQUE IN AEDES totum quidem unum crimen est: rapuit meretricem; sed vide qua pompa, qua vociferatione dilatatur accusatio de moribus Demeae nihil non in maius efferentis.

89 1 ALIENAS singula consideranda sunt: 2 *et* bene 'alienas' dicit quia 'lenonis' si diceret, parva res erat; 2 IPSUM DOMINUM iterum suppressa est infamis persona; 4 ATQÜE <OMNEM FAMILIAM> 'familiam' pro servis lenonis aut meretricibus dicit.

90 1 MULCTAVIT laceravit, mutilavit, mollivit atque dissolvit. (*a*) 2 USQUE AD MORTEM magna invidia caedis mortis mentione, quae tamen nulli accidit. 3 ERIPUIT MULIEREM QUAM AMABAT omnia magno colore et accusatorie dicta sunt et hoc maxime, quod 'lenonem' et 'meretricem' non dixit, contentus facti atrocitate personarumque vilitatem reticens. 4 ERIPUIT MULIEREM non 'abduxit' sed 'eripuit'.

2 *a* unde Mulciber quasi Mulctiber a mulctando.

91 CLAMANT a iudicato ex auctoritate rumoris.

92 HOC ADVENIENTI QUOD MIHI MICIO DIXERE omnibus displicet, multi et accusant; nec tamen lenonis querelae fit mentio oratorie; 'hoc' autem vel articulus vel adverbium loci est.

93 1 IN ORE EST OMNI POPULO Sallustius (Hist. I fr. 59 M.) 'in ore gentibus agens'. 2 POPULO civitati.

94 1 SI CONFERENDUM EXEMPLUM EST tanquam non sit conferendum. 2 NON FRATREM VIDET REI DARE OPERAM satis comice hoc infertur legentibus argumentum, nam magis in culpa est ille ipse, quem laudat.

95 2 PARCUM AC SOBRIUM contra illud (v. 61) 'cui amat? cur potat?' 3 REI DARE OPERAM quam facete poeta haec omnia falsa ex contrario facit Demeam credere!

1 REI DARE OPERAM non amori, RURI ESSE non in urbe, PARCUM non prodigum, SOBRIUM non insanum.

96 1 NULLUM HUIUS SIMILE FACTUM hac comparatione Micio tangitur, quasi ipsius culpa sit, non fratris. 2 NULLUM HUIUS SIMILE <F.> hoc cum admiratione indignantis est pronuntiandum et ardentibus in Micionem oculis. (*a*) 3 HAEC CUM ILLI MICIO DICO TIBI DICO 'illi' pro in illum et 'tibi' pro in te.

2 *a* et subaudiendum est 'esse' aut 'inveniri'.

97 1 TU ILLUM CORRUMPI SINIS deest 'nam', sed ferventius ἀσυνδέτως

dicitur; 2 et hoc 'tibi' et 'tu' pronuntiandum est intento digito et infestis in Micionem oculis. (*a*) 3 TU ILLUM CORRUMPI SINIS mitius modo dixit 'sinis corrumpi', mox vehementius dicet (III 3, 28) 'an laudi putat fore, si perdiderit gnatum?'

2 *a* nam hoc agi stomacho adversum dissimulatores solet.

98 HOMINE IMPERITO NUMQUAM QUICQUAM INIUSTIUS miro stomacho apud ipsum de ipso tamquam de altero loquitur.

99 2 Ordo est: qui nihil rectum putat nisi quod ipse fecit.

1 *NIHIL RECTUM PUTAT proprie 'putat', nam hoc verbum imperitorum est.

100 1 QUORSUM ISTUC <deest 'pertinet'> aut 'dicis'.

99 3 QUI NISI QUOD IPSE FECIT N. R. P. ἰδιωτολογία hoc enim proprium rusticorum atque imperitorum.

100 3 QUIA TU DEMEA <HAEC> MALE IUDICAS pari virtute haec leniter dicta sunt, qua superiora vehementer.

2 QUIA TU DEMEA id est homo imperitus.

101 2 [1]) Ut si dicat: scortari quidem adulescentulum delictum est, sed non est flagitium, ut veniae locus non tam in facto quam in persona sit constitutus. 3 NON EST FLAGITIUM MIHI CREDE ADULESCENTULUM SCORTARI mire respondit et oratorie ad haec, quae invidiose dicta sunt, nam quod ait ille 'eripuit mulierem quam amabat', hic 'scortari' dicit, quod 'irruit in aedes alienas' quasi ex vino furens, 'potare', quod cum aliis grave propositum est, hoc solum dicendo leve reddidit, id est 'fores effringere'. 4 MIHI CREDE quasi imperito dicit 'mihi crede', non enim 'me intellege'. quod imitatus Cicero sic Caecilium exagitat (divin. 39) 'magna sunt ea quae dico, mihi crede: noli haec contemnere'; hic enim et auctoritas dicentis et contemptus ostenditur audientis.

1 NON EST FLAGITIUM non peccatum negat esse, sed flagitium non esse contendit, et ideo subindignanter pronuntiandum est.

102 NEQUE POTARE NON EST NEQUE FORES EFFRINGERE HAEC SI NEQUE EGO NEQUE TU FECIMUS quia dixit (v. 99) 'qui nisi quod ipse fecit nihil rectum putat'.

104 NON SIIT EGESTAS non voluntas prohibuit sed necessitas, et ideo nulla laus.

---

[1]) Lemma est: non est flagitium.

105 QUOD TUM FECISTI INOPIA nota 'fecisti' in eo quod significat non fecisti.

106 1 INIURIUM EST quia 'nihil quicquam iniustius homine imperito' (v. 98). 2 UNDE ID FIERET 'fieret' producta prima syllaba, Ennius (Ann. I fr. 17 M.) 'memini me fieri pavum'.

107 ET TU ILLUM TUUM SI ESSES HOMO multum progressus est accusans accusantem.

106 3 NAM SI ESSET UNDE <ID> FIERET non necessario consequens, sed probabiliter admittitur, <ut> apud oratores (cf. Cic. de inv. I 28, 43 sq.); non enim omnis, qui habet unde faciat, continuo etiam facit.

109 1 EXSPECTATUM odiosum et molestae vitae, nam filiis parentes aut amabiles sunt aut expectati: amabiles boni, exspectati mali, quorum mors in dies singulos exspectanda et exoptanda sit. 3 EIECISSET FORAS non dixit 'amisisset', sed ut quiddam abiciendum 'eiecisset'. 4 QUAM UBI TE EXSPECTATUM eo rem perduxit, ut ipse videatur magis consulere disciplinae quam Demea.

2 *Nam exspectamus ante diem, speramus ad diem; unde avidior intellegitur ille qui exspectat, quam ille qui sperat.

110 1 ALIENIORE AETATE POST FACERET TAMEN ἀνακόλουθον; (*a*) 2 et 'faceret' ultimum [1]) magnam vim habet: nihil prodesset, insuper obesset retinere ab istis filium iuvenem. 3 Et 'alieniore' pro aliena dicens comparativum gradum pro positivo posuit.

1 *a* deest enim 'quamvis'.

111 1 PRO IUPPITER quia 'pro Iuppiter' tragica exclamatio est, bene tamquam ipse reprehenderet Demea adiecit 'tu homo rediges me ad insaniam'. 2 Et 'tu homo' dicens negat illi familiaritatem.

112 NON EST FLAGITIUM FACERE HAEC moraliter indignatio expressa est isdem verbis quae frater dixerat (v. 101) repetitis.

113 NE ME OBTUNDAS ne me saepe et moleste interpelles, nam obtundere est saepe aliquid odiose repetere.

114 TUUM FILIUM DEDISTI ADOPTANDUM <M.> argumentatio per ἐπαγωγήν, quae inductio ab oratoribus (cf. Cic. de inv. I 31, 51) dicitur, cum per interrogationem pervenimus ad id quod volumus concludendum.

---

[1]) Supplendum videtur: et 'faceret <tamen>' ultimum, h. e. ultimo loco positum.

115 1 IS MEUS EST FACTUS sic progreditur, quasi confessionis genus sit adversarium tacuisse. 2 SI QUID PECCAT DEMEA conclusio dubiae rei a non dubiis sumpta. 3 SI QUID PECCAT DEMEA τῷ ἐξουθενισμῷ interposuit 'Demea' et repetitum 'peccat'.

116 1 EGO ILLI MAXIMAM PARTEM FERAM errant qui 'illi' putant esse pronomen, cum sit adverbium loci, ut (Verg. Aen. 2. 548 sq.) 'illi mea tristia facta degeneremque Neoptolemum narrare memento'; 'illi' ergo: ibi, ubi ille peccat, quare quidam etiam LI syllabam discretionis causa, ut locum significet, corripiunt. 2 Et 'maximam partem' optime dicit: non enim 'universam', quia non solus pater Aeschini est, sed 'maximam', quia hic magis est, cuius filius esse coepit per adoptationem. 3 FERAM sustinebo, tolerabo.

117 1 OLET UNGUENTA non dixit 'unguitur', ne haec exercitationis palestricae, non luxuriae dicerentur. 3 Et mira varietas 'olet unguenta', ne diceret 'obsonat, potat, unguitur'.

2 OBSONAT POTAT OLET UNGUENTA a summo ad imum proposita solvuntur.

118 2 DUM ERIT COMMODUM 'dare' scilicet.

1 AMAT πρὸς τὸ 'cur amat' (61).

119 1 UBI NON ERIT non 'argentum' scilicet sed 'commodum dare' subaudiendum est, 3 et totum hoc τῷ ἐξουθενισμῷ legendum est. 4 Mire 'fortasse' dicit ut pater indulgens et credens adulescentem etiam amari ab amica posse; non enim affirmavit, ut diceret 'excludetur foras'.

2 *FORTASSE EXCLUDETUR FORAS hoc ita intulit, quasi dicat, nihil sibi deperisse, si forte ad amicam gratis fuerit admissus.

120 FORES EFFREGIT RESTITUENTUR pervenit ad praesens crimen: illa enim ante acta fuerant.

121 RESARCIETUR 're' abundat.

122 1 ET UNDE HAEC FIANT iterum subaudiendum 'est'.

2 *ET ADHUC NON MOLESTA SUNT quia 'non est flagitium adulescentulum scortari' (v. 101).

125 PATER ESSE DISCE AB ALIIS superbum fuerat 'a me' dicere. (*a*)

a melius ergo 'ab aliis' dictum est.

126 1 NATURA TU ILLI PATER ES urbane Micio: plus enim ad laudem valet c o n s i l i u m quam n a t u r a, et simul ostendit poeta verbis Micionis, qui a natura et affectu sit pater, nullum patrem

esse sapientem, eum vero posse sine perturbatione perfrui his quos amat, quem patrem esse consilium fecerit, non natura, hoc est qui filium adoptaverit. 2 Et mire cum naturam singulariter dixerit, pluraliter intulit consilia sua.

127 1 TU CONSULIS QUICQUAM apertior contumelia et ideo sequitur denuntiatio discedendi. 2 TU CONSULIS QUICQUAM quia praedixit 'consiliis ego pater sum', a coniugatis argumentatus respondit 'tu consulis quicquam?', quia a consulendo consilia dicuntur et consultores. 3 SI PERGIS ABIERO ut (Verg. Aen 2. 719) 'donec me flumine vivo abluero'. 4 SI PERGIS ABIERO ἀρχαϊσμός pro 'abibo'; 5 et hoc gestu abeuntis vel abituri pronuntiatur.

128 1 SICINE AGIS recte, quia iam abibat: quasi revocantis correptio est. 2 AN EGO TOTIENS hoc conversum intellegas dicere. 3 AUDIAM deest 'te', sed durum fuit. 4 Et hoc est 'obtundere' (cf. 113).

129 CURAE EST MIHI Aeschinus scilicet.

130 CUREMUS AEQUAM UTERQUE proprie 'uterque' et 'aequam' quasi particeps fratris.

131 PROPEMODUM nisi addidisset 'propemodum', falsa videretur esse sententia.

132 AH MICIO religiose commotus est, ac veluti incusatio est perfidiae, et ideo exclamat dolens et transit in iracundiam concessionemque, quae ἐπιτροπή dicitur.

133 1 MIHI SIC VIDETUR rationabiliter non 'sic est' dixit, sed 'sic videtur': non vult enim verum esse. 2 QUID ISTIC deest 'loquor' aut 'resisto', nam proprie significatio est de sententia sua decedentis.

134 1 PROFUNDAT PERDAT ἐπιτροπή figura. Vergilius (Aen. 4. 381) 'i, sequere Italiam ventis, pete regna per undas'. 2 PROFUNDAT PERDAT haec sic pronuntianda sunt, ut ostendatur gestu nolle quod loquitur.

135 1 SI VERBUM UNUM POSTHAC ἀποσιώπησις: deest 'tibi fecero' aut tale quid.

2 RURSUM <D. I.> quasi: cur rursum irasceris?

136 2 REPETON QUEM DEDI minus erat, si 'Aeschinum' diceret; plus est 'quem dedi'. 3 REPETON QUEM DEDI rusticani stomachi est repetere semper verba, quae invitus audierit.

1 AN NON CREDIS 'irasci' scilicet.

137 1 AEGRE EST quasi dictum sit: quid ergo loqueris? quod 'aegre est'; cur aegre est? quia 'alienus non sum'. 3 ALIENUS NON SUM satis cum stomacho: si patrem iam me esse non licet, 'alienus non sum'.

2 <Mire 'alienus non sum'>, quasi timeat iam dicere 'pater sum'.

139 1 ISTE TUUS memoriter 'iste tuus' ad illud quod dixerat (v. 115) 'meus est factus'. 2 ISTE TUUS IPSE SENTIET quantus sis quamtumque eum ames, hoc est decipiatur per indulgentiam tuam. 3 IPSE SENTIET sentire multi pro malo posuerunt, ut ipse alibi (Heaut. 454 sq.) 'sit rogas? sensi, nam unam ei cenam atque eius comitibus dedi'. 5 NOLO IN I. <G.> nec enim Demea satis hoc grave existimat dictum in eum, qui non provideat in futurum, et <tacet> aptius, quia pater est.

4 ISTE TUUS IPSE SENTIET POSTERIUS NOLO IN ILLUM <G.> scilicet quam hoc.

141 1 NEQUE NIHIL . . . NON NIHIL λιτότης figura est conveniens placidissimo seni, qui in reprehendendo adulescente moderatur. 2 NEQUE NIHIL apparet Terentium favere lenissimis patribus, unde subiecit etiam rationem facti Micioni seni. 4 Et hic sensus est: nec contemnenda sunt quae dicit nec omnia dicit tamen, (*a*) et ordo: neque tamen.

3 *NEQUE OMNIA HAEC SUNT QUAE DICIT TAMEN bene a Micione hoc dicitur, quia indulgentioris est plura scire et supra (54) dixit 'ea ne me celet consuefeci filium'. 4 (*a*) hoc est: non haec sola sunt quae dicit, sed alia multa sunt.

142 1 NON NIHIL MOLESTA placidissime 'neque nihil' dixit et 'non nihil' maluit repetere quam vehementer iracundiam demonstrare, est enim altera λιτότης. 2 NON NIHIL MOLESTA HAEC SUNT MIHI optime poeta Micionem commotum fecit, ne si omnino immobilis esset, non indulgere adoptivo filio, sed omnino eum non curare videretur, ergo sic in eo servat placidum animum, ut tamen retineat patris affectum.

143 1 ILLI Demeae scilicet.

2 Aut: illic, ubi Demea litigabat.

142 3 SED OSTENDERE ME AEGRE constat ergo 'aegre pati'; nam aliter non erat parens.

143 3 NAM ITA EST HOMO moraliter 'homo' dixit: sic enim de his dicimus, quos parce reprehendimus; ut alibi (III 3, 77) 'ut homo est, ita morem geras'.

144 CUM PLACO id est: cum volo placare.

145 VERUM SI AUGEAM argumentum a contrario, nam 'placare' contrarium est irritantibus augentibusque iracundiam.

146 AUT ETIAM SI ADIUTOR EIUS SIM IRACUNDIAE σύλληψις, nam a genetivo casu accusativus assumptus est.

147 ETSI AESCHINUS NONNULLAM IN HAC RE rursus λιτότης, ut sit mitis reprehensio et hoc ipso gravis. (*a*)

a nam 'etsi' et 'nonnullam' magis temperamento sunt posita.

149 1 QUAM HIC NON AMAVIT MERETRICEM AUT CUI NON DEDIT ἦθος ὑπερβολῆς 'quam non' et 'cui non'; ea tamen haec sunt, ut non gravi sono accusationis proferantur, sed solam reprehensionem contineant; 'aliquid' vero ad minorandum [1]) est; quod addidit 'meretricem', ostendatur <securitas> Micionis hoc solum adhuc scientis et nihil de vitiata virgine. 3 NON DEDIT ALIQUID 'aliquid' dicendo praetermisit vel meretricem [2]) vel numerum.

2 QUAM HIC NON AMAVIT MERETRICEM et hoc cum venia et defensione, nam colere meretricem flagitium <non> est; simul etiam vitiatae virginis adhuc ignarus ostenditur Micio.

150 CREDO IAM OMNIUM TAEDEBAT παρένθεσις πρώτη: etenim addimus ad ea, quae apud nos parum certa sunt, aut 'credo' aut 'puto'.

151 DIXIT VELLE UXOREM mirum est apud Terentium, cur etiam per nescias personas indicet argumenta, nam cum Micio nesciat amari ab Aeschino civem virginem, tamen dicit 'credo iam omnium taedebat' et 'dixit [se] velle uxorem ducere': sic ex parte magna ostendit nescius argumentum ideo, quia veri simile est amantissimum Aeschini Micionem omnes scire affectus adulescentis et consuetudines, et apparet praeterea conatum ex parte fateri vitiatum amore Aeschinum et pudore impeditum tantum hoc dixisse quod honeste potuit, velle se uxorem ducere, quam vellet, tacuisse confusum.

152 SPERABAM IAM DEFERVISSE ADULESCENTIAM recte 'sperabam' et 'gaudebam': sic enim dicimus, cum errasse nos cernimus; 2 et mire non dixit 'sperabam illum iam correctum', sed mitis senex totum aetati attribuit, nihil filio.

3 *DEFERVISSE ADULESCENTIAM servat propositum circa aetatis

---

[1]) Correctio probabilis Rabbovi; codd. 'ad mirandum?

[2]) Pro 'meretricem' Wessn. cum Rabb. dedit 'mercedem', sed potius 'legendum' est: 'mercedis vel nummum'.

veniam. [4 DEFERVISSE quasi decessum a fervore tenuisse. 5 Legitur et 'deseruisse'.] [1])

153 1 ECCE AUTEM DE INTEGRO NISI QUICQUID EST ἀποσιώπησις prima, quia non vult credere. 2 NISI QUICQUID EST deest 'quia', ut sit: nisi quia, est etenim sensus: nisi quia non temere credo et volo scire quicquid est.

II

1.

155 1 OBSECRO POPULARES p o p u l a r i t a s in omnis rei consortium sumitur; nunc autem 'populares' cives dicit, et hoc est quod veteres q u i r i t a r i dicebant: quirites conclamare. 2 OBSECRO POPULARES FERTE MISERO ATQUE INNOCENTI AUXILIUM hic exemplum est contumeliosi per potentiam divitis et in perniciem suam pauperis contumacis.

156 1 SUBVENITE INOPI vide quam posteriora vehementiora sunt ad incendendum populum: primo m i s e r u m, post i n n o c e n t e m, ad ultimum i n o p e m posuit. (*a*) 2 Et totum hoc principium a benivolentia sumitur, quae comparatur ex invidia potentiae Aeschini; nam contraria vult intellegi esse in Aeschino.

1 *a* et primo 'ferte auxilium', post 'subvenite'.

155 3 MISERO ATQUE INNOCENTI AUXILIUM SUBVENITE <I.> tria sunt: m i s e r, i n n o c e n s, i n o p s.

156 3 OTIOSE NUNCIAM 'otiose' secure, nam nisi qui securus est non est otiosus. 4 ILICO modo locum, non tempus significat. 6 *Et* c o n s i s t e r e est audacter et constanter stare, ut (Verg. Aen. 5. 426) 'constitit in digitos extemplo arrectus uterque'.

5 OTIOSE NUNC IAM ILICO HIC CONSISTE simul imperavit modum, tempus, locum, factum: modum 'otiose', tempus 'nunc', locum 'hic', factum 'consiste'; nam 'iam' et 'ilico' alterum tempori adiungitur, alterum loco.

158 2 EGO ISTAM INVITUS OMNIBUS bona ἔλλειψις: nemo enim plene loquitur, qui luctatur.

1 ISTAM INVITIS OMNIBUS deest 'abducam'.

159 1 QUAMQUAM SCELESTUS [TAMEN] NON COMMITTET ἀνακόλουθον primum, nam cum praeposuisset 'quamquam', non subiecit 'tamen'.

---

[1]) Desunt in bonis codd.

157 NUNQUAM pro non. Vergilius (Aen. 2. 670) 'numquam omnes hodie moriemur inulti'.

159 2 ITERUM UT VAPULET vivaciter poeta priorem litem sustulit dicendo 'iterum', ut non eadem lis esset, de qua supra (89) questus est Demea, sed instaurata noscatur. 3 COMMITTET perficiet, sed hoc proprie de illicitis et puniendis facinoribus dicimus; simul hic ostendit comicus adulescens caedem se lenoni invitum intulisse et id fecisse et facere lenonis culpa, non sua.

161 LENO SUM 'leno' terribiliter pronuntiandum, quasi dicat 'cui supplex eris'; sed ex argumento est, quod contemnit Aeschinus lenonis minas, utpote qui iam uxorem decreverit ducere. 2 SCIO hic sic respondit, quasi in lenone minutio capitis tantum consisteret. 3 FIDE QUISQUAM OPTIMA fides in concipiendis comminationibus denuntiatio comminantis est.

163 1 HUIUS NON FACIAM figurate 'quod te purges, huius non faciam'. 2 (*a*) 'huius' autem δεικτικόν: aut enim stipulam aut floccum moverat aut summum digitum. 5 MEUM IUS meam vindictam, nam ut illa iniuria (162) est, quae fit innoxio, ita ius vindicta illa, quae redditur reo. 6 PERSEQUAR ulciscar, Cicero (divin. in Caecil. 53) 'tu, dum tuas iniurias per te — id quod non potes — persequi conaris'. 7 HUIUS NON FACIAM Cicero (Verr. 2. 124) 'ne tantulum quidem commotus est'.

2 *a* Ergo 'quod te purges' id est: purgationem tuam. 3 EGO MEUM IUS PERSEQUAR hoc est lenonum. 4 MEUM IUS meam libertatem.

164 1 NEQUE TU VERBIS SOLVES UMQUAM QUOD MIHI RE MALE FECERIS γνωμικῶς, (*a*) 2 et SOLVES lues, persolves, id est satisfacies ac te purgabis. 3 RE MALE FECERIS acuendum est 're' et significanter proferendum: ibi enim sententia est.

4 *Et* plus dixit 'male feceris' quam 'iniuriam feceris'.

165 1 NOVI EGO VESTRA HAEC ἔλλειψις. (*a*) 2 IUS IURANDUM DABITUR hoc est: iurabimus te indignum esse, cui iuiuria fiat huiusmodi; 3 aut separatim 'iusiurandum dabitur, et separatim 'te esse indignum iniuria hac', 4 et sic melius: verba enim satisfacient, cum res colligitur in generalibus causis, nam saepe irae ac lites sunt iureiurando terminatae.

1 *a* deest enim 'verba'.

166 INDIGNUM INIURIA HAC comice 'indignum . . . indignis'.

167 ABI PRAE STRENUE aut 'abi prae' prior abi, praei, ut (An. 171) 'i prae, sequor', aut 'praestrenue', ut (Verg. Aen. 11. 213) 'praedivitis urbe Latini'. 2 ABI PRAE STRENUE magna contemptio minarum lenonis, non respondisse Aeschinum ad ea quae dixit. 3 CETERUM HOC NIHIL FACIS 'nihil' pro n o n. 4 Legitur et 'nihili'.

168 AT ENIM NON SINAM 'enim' inceptiva particula apud veteres fuit, sed et convenit perturbato.

169 1 NIMIUM ISTIC ABISTI quasi ex contumacia lenonis appareat, quam multum abierit. 2 PROPTER HUNC iuxta hunc, ut Vergilius (Ge. 3. 13) 'templum de marmore ponam propter aquam'. 3 EM SIC VOLO mire comicus ex alterius verbis quid faciat alter ostendit.

171 3 PUGNUS CONTINUO <IN MALA HAEREAT> id est vestigium litigantis.

1 QUIN PUGNUS CONTINUO 'pugnus' a pugna dicitur. 2 An ab illo pugna?

172 1 ISTIC VOLO EXPERIRI expresse ostendit pauperioris loquacem contumaciam usque ad periculum caedis. 3 EM SERVA nescias cui hoc dicat Aeschinus, utrum lenoni an servo; sed servo magis.

2 ISTUC VOLO EXPERIRI hoc illo dicente servus lenonem verberat.

173 1 GEMINABIT NISI CAVES hoc comminantis est, non iubentis ferire; sed quia longe stat Parmeno, 'gemina' putavit dictum. 3 GEMINABIT NISI CAVES non singularem pugnum et unum dabit, sed geminatos duplicatosque numero inferet. 4 EI MISERO M. leno depulsatur.

2 Et GEMINABIT plagam.

174 1 NON INNUERAM convenienter poeta avidiorem maleficiendi inducit servum, cum supra (159) dominum invitum ostenderit cogi ad inferendam iniuriam. 2 IN ISTAM PARTEM POTIUS PECCATO ut verberes non iussus potius quam iussus non verberes.

175 1 NUNC IAM duae partes istae sunt. 2 <I> NUNC IAM bene 'iam', quia sero et post plagas, 3 et utrum hoc lenoni, ut abeat, an puellae, ut introeat, dicitur? sed facetius, si lenoni intellegas dici, quasi hoc factum sit quod voluerit et quasi venerit, ut vapularet. 4 Et IAM tarditatis incusatio est, ut Vergilius (Aen. 12. 179) 'iam melior, iam diva parens'. 5 REGNUMNE AESCHINI invidiosa moraliter exclamatio et ardentior ob plagas.

6 REGNUMNE AE. H. T. P. bene 'hic', id est Athenis, ubi gravius crimen est dominari velle. (*a*)

6 *a* *nam tyranni semper ibi oppressi sunt et maxime proxime.

176 1 SI POSSIDEREM ἠθικὴ εἰρωνεία contemnentis invidiam. 2 ORNATUS ESSES EX TUIS VIRTUTIBUS cito ostendit, quantum a se longe sit regnum, qui dixit ornari potuisse hunc lenonem ex virtutibus suis. 3 <EX TUIS VIRTUTIBUS> sic veteres per ironiam virtutes pro flagitiis dicebant, Lucilius (Marx 1105) 'animo ac virtutibus'.

177 2 NIHIL facete, quia et ipse abstulit et nihil vult a se repeti. 3 QUID NOSTIN QUI SIEM proprie: sic enim dicit, qui nihil quicquam debet: non me novit, non quod ignoretur, sed quod in iure non cernatur.

1 *QUID TIBI REI MECUM EST hoc quia verberatus est dicit, ut quid tibi debeo?, non quia sibi nihil debeatur.

178 *SI ATTIGISSES FERRES I. plus dixit 'attigisses' quam 'tetigisses'; est enim multo minus quam tangere.

179 1 QUI TIBI MAGIS LICET haec non tam ratiocinatio est quam exclamatio per dolorem. 2 MEAM HABERE PRO QUA EGO A. D. 'meam' suffecerat, set magna moralitate additum est ad vociferationem 'pro qua <ego> argentum dedi'. simul etiam ostendit leno quid repetat. 3 QUI TIBI MAGIS LICET si mihi, inquit, non licet attingere tuam, cur tibi licet meam non tangere, sed habere? 4 et HABERE utrum domi in consuetudine an corrumpere hoc <est> stuprare intelligemus?

180 ANTE AEDES NON FECISSE non erat, quod ad haec iuste responderet, et ideo sic respondet, ut 'convicium' dicat, quod verum [1]) est.

181 1 LORIS LIBER lora apud veteres laura dicebantur a lauro triumphorum, sub qua necesse erat captivos vinciri ducique per pompam; ideo, ut condicionis reminiscantur, loris caeduntur mancipia [2]), 2 nam mancipia dicuntur, quod manu capta sunt, servi quod servati sunt, cum eos occidi oporteret iure belli, unde Vergilius sic inducit captivum rogantem (Aen. 10. 524) 'per patrïos m., p. s. s. I. t. p., h. a. s. n p.'

---

[1]) Wessn. cum Leone legendum censuit, 'quod diversum est', propter Lact. ad Statii Theb. 2. 417. ubi Aeschinus dicitur lenoni 'calumniosa ac multum diversa' respondere. Mihi codicum lectio 'verum' praestare videtur.

[2]) Vide adn. ad hoc scholium.

183 1 HICINE LIBERTATEM Athenis scilicet. 2 O HOMINEM IMPURUM sic veteres impurum generaliter pro improbo ponebant, ut in eadem hac fabula (360) 'persuasit ille impurus, sat scio'. 4 Et bene 'omnibus', <ut> ne lenones quidem videantur excepti.

3 AEQUAM OMNIBUS quasi dicat: ubi non est quomodo Aeschinus loquitur.

185 MITTE ISTA ATQUE AD REM REDI superbe adulescens non putat lenoni se esse purgandum; 'ad rem' autem ad negotium, de quo agitur, dicit.

186 2 QUO REDEAM ad quam evertisti domum? quia 'fores effregit atque in aedes irruit alienas' (v. 88). 3 ID QUOD AD TE ATTINET quod tibi prodest et commodum est.

1 QUAM REM quam abduxisti? res enim intellegitur pecunia vel id, pro quo pecunia danda est.

187 1 CUPIO ille 'vis' dixit, hic 'cupio'. 2 AEQUI MODO ALIQUID 'dicas' subauditur. 3 VAH LENO nomen sacrilegum, nomen iniustum: iniquitatem agitat, iustitiae patrocinatur, totum hoc *εἰρωνικῶς* pronuntiandum est.

188 LENO SUM figura *συγχώρησις*.

189 ORTA INIURIA 'orta' coepta.

190 1 ILLUC QUAESO REDI QUO COEPISTI figurate, rectum enim erat, 'unde coepisti', nisi forte pronomen est modo accipiendum 'quo', ut sit: a quo. 2 *Et* bene memor est dixisse Aeschinum (185) 'mitte ista atque ad rem redi'.

191 1 QUAE RES TIBI VERTAT MALE adicit contumeliam, quasi et hoc multum sit et inimicum [1] 2 Vertumnus dicitur deus, qui rebus ad opinata se vertentibus praeest; saepe autem male cedit, quod bonum putatur, et hoc est male vertisse; ut ille gladius, qui muneri datus adminiculum fuit reginae pereuntis, de quo Vergilius (Aen. 4. 646) 'ensemque recludit Dardanium, non hos quaesitum munus in usus'.

192 1 QUID SI TIBI EGO ILLAM NOLO VENDERE haec maioris sunt stomachi et ideo stultiora; nam quod iam amisit, venditurum se negat. 3 Et *τῷ ἰδιωτισμῷ* 'quid si nolo cogis me?' potest autem dici: quid enim, si nolo? cogis me?

2 Et quid si nolo, nove dictum.

---

[1]) Pro 'inimicum' Hartman et Wessner merito coniecerunt 'iniquum'. Mox pro 'opinata' legendumne 'inopinata'?

193 1 MINIME εἰρωνεία. 2 NAMQUE ID METUI εἰρωνεία contumacis et ridicula in eo, qui iam amisit id, de quo dicit se cogi non posse.

194 NAM EGO LIBERALI ILLAM ordo est: liberali causa manu adsero, et sunt iuris verba, a quibus etiam adsertores dicuntur vindices alienae libertatis, ut et causa ipsa liberalis dicitur, quae actionem in se continet libertatis.

196 1 PRO SUPREME IUPPITER haec allocutio ad hoc inducta est, ut ex verbis lenonis appareat, quam facile mitis fieri possit et quidvis libenter accipere. 2 PRO SUPREME IUPPITER 'supremum' summum nunc dicit (*a*) —, ut Vergilius (Aen. 7. 220) 'rex ipse Iovis de gente suprema: T. Ae. t. n. a. l. m.' etsi non abhorret a persona et plebei et lenonis et vim passi Iovem ipsum convicio prosequi, ut cotidie videmus ab hominibus eius loci et ordinis fieri.

2 *a* ab eo quod est superum et superius, fit supremum.

197 1 MINIME MIROR QUI INSANIRE OCCIPIUNT EX INIURIA sensus hic est: insanos fieri per iniuriam plerosque mirabar, sed iam non miror, postquam ego ipse per iniuriam, quam sum passus, insanire compellor adeo, ut exclamem 'pro Iuppiter!' 2 Et simul animadverte vigilantem poetam, ubicumque in comoedia vocem tragicam extulerit, statim personam insanam dicere, sic et supra (111) 'pro Iuppiter, tu homo adigis me ad insaniam!'

198 1 ME INVITO ABDUXIT MEAM honestiori personae haec querela sufficeret 'abduxit meam', at leno bene addidit 'me invito': nam abducuntur meretrices et cum voluntate lenonum. 2 *Et* decora locutio per ἔλλειψιν 'me invito abduxit <meam>': non enim addidit 'puellam' aut quid tale.

200 TANTIDEM EMPTAM POSTULAT <S. T.> legitur <et> [1]) 'tantidem emptam postulat sibi darier'.

199 1 HOMINI MISERO secundum illud Menandri †αιγοστηποιων τοι γοερπατοτον γρωνον οικετην λαβων [2]). 2 HOMINI MISERO PLUS QUINGENTOS COLAPHOS contumeliosa caedes 'colaphos' et indigna lenoni, qui et 'infregit', ut illudens hoc fecisse Aeschinus videatur, cum

---

[1]) Inserui <et>.

[2]) Van Leeuwen hoc temptavit:

αἴσχιστα ποιῶν τουτονὶ τὸν ἄθλιον
ἄνθρωπον, ὥσπερ οἰκέτην λαβών <τιτα>.

Menander primam syllabam in ποιεῖν vulgo corripit, sed non semper.

sonitu se delectat; 'infregit' autem inlisit, inflixit. 3 HOMINI MISERO PLUS QUINGENTOS COLAPHOS flebiliter pronuntiandum: hoc enim exprimitur incusare eum in alieno facto fortunam suam; 4 et vide quantum distet hoc ab illo, quod supra dicebat (172) 'ipsum istuc volo experiri': hoc quia solus est, illud quia cum adversario.

201 BENE PROMERUIT 'bene' multum; 'promeruit' adiuvit, profuit, cui contrarium est commeruit; nam mereri et promereri est praestare beneficium, Vergilius (Aen. 6. 664) 'quique sui memores alios f. m.' et (4. 334) 'numquam, regina, negabo promeritam'.

203 UBI ME DIXERO DARE TANTI recte dixit; ubi enim pactio intercesserit pretii, iam ereptionis actio sublata erit <et> pretium debebitur.

204 MOX CRAS REDI mire transiit ad μιμητικόν.

205 1 ID QUOQUE POSSUM PATI ipsum 'mox, cras redi', id est moram. 2 QUAMQUAM INIURIUM EST 'vendere, quod nolis' scilicet.

206 1 ID QUOD RES EST pro: id quod verum est, nova locutio. 2 QUANDO EUM QUAESTUM INCEPERIS ut Andria (v. 79) 'dein quaestum occipit'.

207 MUSSITANDA patienda, consideranda cum silentio et ut in amatore putanda ac per hoc perferenda, mussitare enim proprie dissimulandi causa tacere est, vel a muto vel ab M, quae <est> littera nimium pressae vocis ac paene nullius adeo, ut sola omnium, cum inter vocales inciderit, atteratur atque subsidat, hinc Vergilius (Aen. 12. 657) 'mussat rex ipse Latinus'.

208 FRUSTRA EGOMET MECUM praeparationis genus ad accipiendas viginti minas totius summa est disputationis.

2.

209 1 TACE EGOMET CONVENIAM IAM IPSUM in hac scaena actus est exemplum continens vitae avarorum, qui saepe in damnum ipsius avaritiae rationibus ruunt; simul etiam duorum inter se nequam hominum spectanda quaedam vicissim et dolosa captio est. 2 TACE EGOMET CONVENIAM IAM IPSUM 'tace' si pro adverbio est positum, omnibus dicitur, si pro verbo, Ctesiphoni dicitur

maxime sollicito et supplicanti omnibus ob metum patris; 'iam' autem nunc non tardationis sed properationis est significatio.

210 1 BENE DICAT SECUM ESSE ACTUM recte additum, nam multa cupide accipimus, ita tamen, ut male nobiscum actum esse dicamus. 2 QUID ISTUC SANNIO EST illud supra post scaenam, hoc iam in proscaenio dicitur. 3 Et vide quam ingeniose Terentius, qui supra (184, 196) ab Aeschino lenonis nomine facit Sannionem vocari, utpote ab homine arroganti et feroci ob aetatem ac negotium, at hunc blande circumvenientem honorificentius inducit cum lenone loqui et eum Sannionem vocare: fere qui in sordidis professionibus agunt, honorifice proprio nomine appellas, at <in> splendidis artibus constituti gaudent artis nomine nuncupari, ut imperator orator philosophus, sic et in Eunucho (454) 'audire vocem visa sum <modo> militis' apud se loquens meretrix, et postquam illum comminus videt 'salve, mi Thraso' inquit, non 'salve, miles', quod erat durissimum, et mox irata personat (806) 'miles, nunc adeo edico tibi'.

211 1 NESCIO QUID CONCERTASSE CUM ERO argute positum 'nescio quid': vult enim ex illo audire, ut nanciscatur initium persuadendi, quod cupit. 2 CONCERTASSE οἰκονομία: honorifice lenonem tractat, ut et placidum sibi reddat et ut faciat eum ad contemnendam pecuniam liberalem; nam honestas adimit avaritiam.

212 2 COMPARATAM proprie, alias (Heaut. 502) constitutam; 3 et 'comparatam' ad Syri dictum refert, qui ait concertationem fuisse pares faciens Aeschinum et lenonem, nam Sannio vult sibi deberi et pro eo quod vapulavit, quod illi abstulit Syrus dicendo eum non verberatum esse sed potius certavisse; 4 et proprie dixit 'certationem' ipsum actum; nam certamen est ipsa res, de qua certatur, uter columbam sagitta feriat, uter prior decurrat ad metas — nam sic Vergilius in Bucolicis (Ge. 2. 530) 'velocis iaculi c. p. i. u.' —, at vero certatio ipse actus contentioque certantium est.

1 CERTATIONEM COMPARATAM ......[1] quia ille 'concertasse dixit, non 'caesum esse'.

213 ILLE VERBERANDO USQUE incerta distinctio est: vel 'verberando usque' vel 'usque defessi', et est 'usque' adverbium: significat enim aut diu aut multum.

---

[1]) Lacuna in codd.

214 1 TUA CULPA potest et nominativus et septimus casus esse, si nominativus, deest 'est', si septimus, deest 'factum est'. 2. ADULESCENTI MOREM GESTUM OPORTUIT ab aetate adiuvatur sententia, ideo 'adulescenti' dixit, non 'Aeschino'; 3 et morem gerere proprie lenonis est et meretricis, unde et ipse sic respondet ut non fugiens κακέμφατον dicat 'usque os praebui' (215).

4 ADULESCENTI MOREM GESTUM cum emphasi 'adulescenti' pronuntiandum, scilicet qui facile assensione caperetur.

215 1 QUI POTUI MELIUS subauditur 'morem gerere', et hoc subtiliter leno, cum morem gerendum fuisse in meretricis pretio dixerit Syrus. 2 HODIE 'hodie' non tempus significat, sed iracundam eloquentiam ac stomachum, ut Vergilius (Aen. 2. 670) 'numquam omnes hodie moriemur inulti'. 3 AGE modo corripientis adverbium est. 4 SCIS QUID LOQUAR argute, quia simulaverat leno non intellexisse quod dixerat servus. 5 SCIS QUID LOQUAR legitur et 'si quid loquar'.

216 MAXIMUM INTERDUM EST LUCRUM bene additum et 'in loco' <et> 'interdum': non enim semper.

217 1 SI NUNC DE TUO IURE CONCESSISSES ne diceret: non erat res mea, quam venalem habui; 2 an 'de tuo iure' de lenonia duritia, ut alibi (Phorm. 552) 'meo iure utar, ut potior sit, qui prior ad dandum est'?

219 1 NE NON TIBI ISTUC FAENERARET faeneratum est cum lucro redditum et multiplicatum, 'faeneraret' ergo non Aeschinus sed ipsa res, in qua faeneratio. 2 EGO SPEM PRETIO NON EMO ἀντινομία contra (216) 'pecuniam in loco neglegere maximum interdum est lucrum'.

220 1 NUMQUAM REM FACIES quia quidquid agit leno ad lucrum refert, lucri genus dicit esse Syrus sic [1]) a lenone, quemadmodum ipse persuadet; 2 et nota 'rem' et litem et negotium meretricis et patrimonium et omnem pecuniam nominari. 3 NUMQUAM REM FACIES secundum personam suam et lenonis Syrus adhortatus est hominem ad lucrum excitans, non ad honestatem. 4 NESCIS INESCARE HOMINES SANNIO μεταφορά ab aucupibus, qui avibus capiendis offundunt cibum.

---

[1]) Loci sententiam indicat coniectura Goetzii '<si agatur> sic a lenone'.

221 CREDO ISTUC MELIUS ESSE vide comicum errorem utriusque personae, et callidi lenonis et captiosissimi famuli.

223 1 AGE nunc verbum est significans 'dic', quod iam prope est ut consentiat persuadenti. 2 TUUM ANIMUM id est liberalem. 3 QUASI IAM USQUAM TIBI sensus est: quasi <in> numero aliquo ducas et in aliqua aestimatione constituas et non, si velis, penitus contemnas viginti minas, dum modo huic obsequaris. 4 [QUASI IAM USQUAM TIBI SINT] [1] <non> 'profecturum' dixit sed iam 'proficisci', et ne neget, non ab uno id audiri sed 'aiunt' inquit.

224 PRAETEREA AUTEM ἀρχαϊσμός figura, nam veteres libenter coniunctiones multiplicabant.

225 1 COEMISSE HINC QUAE ILLUC nusquam hoc ostendit alias Terentius, sed ex confessione lenonis apparet vera haec esse omnia; 2 et mira varietas: 'proficisci' 'coemisse' 'conductam', ne diceret: proficisci . . coemere . . conducere; 3 navem conductam esse addidit, ut dilationem res habere non possit. 4 HOC SCIO ANIMUS TIBI PENDET 'hoc' et correpte legi potest, ut articulus demonstrativus sit, et producte, ut significet aut <ad> hanc rem aut ad hunc locum, id est Cyprum.

226 2 TAMEN HOC AGES exiges debitum; nam hoc agere dicimus eum, qui instat negotio suo.

1 UBI ILLINC SPERO REDIERIS ex spe sua vult Syrus ostendere, quid leno debeat sperare, id est non se accepturum modo.

227 NUSQUAM PEDEM quia exclamatio est, per aposiopesim non completur.

228 1 INIECI SCRUPULUM HOMINI hoc leno non audit: simul enim dicitur cum ille clamat, et ideo simul legi non potest; 2 et hic ostendit Syrus, quo consilio haec locutus sit.

230 QUAE PORTO CYPRUM <in> hanc insulam portat vel quod Veneri sacrata sit, ut Horatius (c. 1. 3. 1) 'sic te diva potens Cypri', vel quod mercatus in ea sit, ut idem (c. 1. 1. 18) 'numquam dimoveas, ut trabe Cypria Myrtoum pavidus nauta secet mare'.

228 3 ILLUD VIDE 'vide' τῷ ἰδιωτισμῷ dixit.

229 1 UT IN IPSO ARTICULO OPPRESSIT μεταφορά perseverans a scrupulo, id est lapillo, qui nos in calceo latens plerumque laedit;

---

[1]) Scholium pertinet ad v. sequentem: 'te aiunt proficisci'.

2 et OPPRESSIT vel Aeschinus vel res ipsa, quam subicit, id est quod ait 'emptae mulieres complures' etc. 3 <EMPTAE MULIERES COMPLURES ET> ITEM HINC ALIA in lenonis mercibus ἐξοχή 'mulieres, et est σύλληψις: 'emptae' et 'empta'.

231 1 NISI EO AD MERCATUM 'eo' adverbium est loci, id est Cyprum; m e r c a t u s autem locum tempusque significat. 2 DAMNUM MAXIMUM EST quia adhuc damnum in pretio mulieris est.

232 1 NUNC SI HOC OMITTO quod damnum est, sed leviter; 'hoc' autem dicit negotium cum Aeschino. 2 ACTUM AGAM proverbium, id est: nihil agam, quod enim in iure semel iudicatum fuerit, rescindi et iterum agi non potest, sic in Phormione (419) 'actum aiunt ne agas'.

233 1 NIHIL EST nove 'nihil est' pro: nulla spes est. 2 REFRIXERIT pro 'refrigescet'.

234 UT SIT SATIUS PERDERE per ὑπερβολήν hoc accipe, nam non convenit personae lenoniae damna contemnere.

235 1 NUNC MANERE dum non navigo. 2 TUM PERSEQUI cum rediero.

236 1 IAMNE ENUMERASTI fingit Syrus se non intellegere, quid apud se ipsum leno locutus sit, adeo illi aliud <ait>, atque ille secum disputaverat. 2 ID QUOD AD TE REDITURUM PUTES hoc dicto significat tantum illum accepturum, quantum ille dederat in puella, nam hoc ad nos r e d i t, quod a nobis abierit; 3 et dicendo 'rediturum' ostendit super viginti minas nihil illum sperare oportere, sic enim <supra> (191) 'minis viginti tu illam emisti, quae res tibi vertat male: <a. t. d.>'.

237 1 HOCINE ILLO DIGNUM EST huiusmodi comploratio summam desperationem lenonis ostendit. 2 HOCINE INCIPERE <AE.> 'incipere' quasi de magno facinore dixit, ut in Heautontimorumeno (600) 'vide, quod inceptet facinus'; 'Aeschinum' autem cum laudatione dixit, quasi quem non deceat male facere; 3 et vide, quam omnia experiatur impotens ac miser ob recuperandam rem suam.

238 1 UT HANC MIHI ERIPERE POSTULET non dicit q u a m, quia de illa sermo est. 2 POSTULET velit aut speret, Cicero (Cat. 1.22) 'ut temporibus rei publicae cedat, non est postulandum', hoc est cupiendum aut exspectandum. 3 Ἐν ἤθει 'eripere postulet' dixit, non 'eripuerit', tamquam adhuc non fecerit, et sic loquuntur, qui nolunt circa se perseverare iniuriam.

239 1 LABASCIT hoc presse dicitur, 2 et proprie dixit 'labascit', ut et suam instantiam et cunctationem tarde incipientis consentire monstraret; nam inchoativum verbum est, μεταφορᾷ ab arbore significans [1]) facta, quae multis succisa ictibus ferri tandem incipit in casum pendere ruinamque minare. 3 UNUM HOC HABEO hoc clare, 4 et subaudiendum 'quod dicam' vel 'dicere'.

5 VIDE SI SATIS PLACET non 'placet' dixit sed 'satis placet' veluti magnum consilium praebiturus.

240 POTIUS QUAM VENIAS IN PERICULUM oratoria comparatione peiorum dicit hoc esse, quod suggerit, eligendum.

241 1 DIVIDUUM FACE hoc est d i v i d e: figura μακρολογία. 2 D i v i d u u m a divisione, d i m i d i u m a dimensione dicimus.

242 1 MINAS DECEM scit illum viginti posse accipere, sed idcirco sic agit, ut optet leno, quod paulo ante nolebat. 3 CORRADET ALICUNDE nam nec ipsae in promptu sunt. 4 EI MIHI ETIAM DE SORTE NUNC VENIO IN DUBIUM MISER s o r s est summa, cui extrinsecus acquiritur faenus, ergo s o r t e m dicit pretium, quo empta est, id est viginti minas. 5 Et vide illum damno exclamare quam iniuria.

2 Et ALICUNDE dictum est non habentis.

243 NUNC VENIO IN DUBIUM in periculum, Vergilius (?) 'nec tibi de sorte in d. c.'

244 1 OMNES DENTES LABEFECIT iniuria lenoni tunc dolet cum adiuncta damno est, 'accipienda et mussitanda' (207) cum in quaestu videtur; idcirco enumeratis contumeliis adicit (246) 'etiam insuper defraudat?'

2 *Et vide, ut eadem quae supra, sed ardentius et cum auxesi repetat, sic et Vergilius in maius repetit, quod non semel dicit.

245 COLAPHIS TUBER EST TOTUM CAPUT 'tuber' cibi genus est collectum ex tumentibus et quasi praegnantibus harenis; plus autem hic quam supra dixit (199) 'plus quingentos colaphos infregit mihi'.

246 1 ETIAM INSUPER DEFRAUDAT αὔξησις apta lenoni avaro, nam honestior persona non hunc ordinem faceret. 2 DEFRAUDET fraude decipiat. 3 NUSQUAM ABEO hoc dictum vim habet comminationis, nisi illud cum contemptu susceperit Syrus. 4 UT LIBET neglegenter servus respondet, ut rogetur a lenone.

---

[1]) Wessn. dubitanter coniecit 'se inclinante'.

247 NUMQUID VIS QUIN ABEAM haec est plena oratio, nam 'numquid vis' desiderat supplementum; et hoc uti dicto discedentes solent. 2 QUIN quare non significat. 3 IMMO HERCLE HOC QUAESO SYRE UTUT HAEC SUNT ipse sibi satisfacit, — 'utut' enim quoquo modo significat — diverticulum ad preces faciens.

248 POTIUS QUAM LITES SEQUAR quia dixerat Aeschinus (195) 'nunc vide utrum vis: argentum accipere an causam meditari tuam'.

249 1 MEUM MIHI REDDAT sortem, de qua supra sola recusabat, 2 et oratorie: non enim 'quanto emi' sed invidiose 'meum mihi reddat'. 3 SALTEM τὸ ἔσχατον; natum est autem 'saltem' a captivis, qui nihil aliud praeter salutem a victore petant.

250 SCIO TE NON USUM ANTEHAC AMICITIA MEA figura ἀξιοπιστία, per quam ostendit fideliter se promittere quod promittit, Vergilius (Aen. 3. 602) 'scio me D. e. c. u.'

251 1 MEMOREM ME DICES figurate inducta promissio praemiorum; 2 et bene utrumque, nam non continuo qui memor etiam gratus est: 3 memor est, qui apud se meninit, gratus qui meruit hoc vocari, dum vicem reddit; nam multi memores, ingrati tamen. 4 SEDULO FACIAM sic promittit, ut nihil interesse sua credatur. 5 SEDULO de industria, sine dolo.

252 1 SED CTESIPHONEM VIDEO LAETUS EST DE AMICA adventus in proscaenio personarum cum consulto consilio fingantur a poeta, tamquam superveniunt aliis rebus in medio positis, quae ipsarum interventu finiantur, mire tamen, quod quasi ex argumento futuri actus sui, antequam loqui incipiant, describuntur. 2 LAETUS EST DE AMICA hoc lentius et submisse.

253 2 QUOD TE ORO aut si quid aut propter quod intellegamus, <ut sit>: quid mihi respondes de eo propter quod te oro? <aut: si quid te oro?> 2 *Et* quam bene fastidiosum lenonem facit Syrus ut optans ille desperando accipiat viginti minas! nam et supra non intendenti dicit totiens in uno sensu 'Syre' (247, 249). 4 DE AMICA potest hoc et interrogative pronuntiari.

1 QUID QUOD TE ORO deest 'agis' et 'ego'.

3.

254 1 ABS QUIVIS HOMINE CUM EST OPUS BENEFICIUM ACCIPERE GAUDEAS in hac scaena gratiarum actio est ex persona et eius qui

praestitit et eius cui praestitum est et ex ipsius praestiti quantitate. (*a*) 2 ABS QUIVIS HOMINE bene sic coepit dicturus 'o frater frater'. 3 *Et* 'qui' secundum regulam dixit, quia dicimus quibus, ceterum a quo quis facit et non quibus. 4 Et incerta distinctio est: vel 'cum opus est beneficium accipere' <vel 'cum opus est beneficium'>, hoc vetuste, illud communiter.

1 *a* nam omne quod geritur, aut in rebus est aut in personis aut in attributis eorum.

255 1 ID DEMUM IUVAT ostendit plus esse quod iuvat quam gaudium. 2 IS BENE FACIT 'bene' subaudiendum est bis numero.

256 1 O FRATER FRATER (*a*) unum relatum ad appellationem, alterum ad laudem, et subdistinguendum, ut videatur quaesisse quid ultra diceret et plus invenire non potuisse quam 'frater'. 2 QUID EGO NUNC 'quid' propter quid, et 'nunc' τῷ ἰδιωτισμῷ additum de superfluo, ut (Verg. Aen. 4. 265) 'tu nunc C. a. f. l.' 4 *Et* QUID EGO NUNC TE LAUDEM distinguendum. (*a*)

1 *a* Vergilius (Aen. 10. 600) 'et fratrem ne desere, frater'. 3 *QUID EGO NUNC TE quia laus genus causae est, quod non adhibetur nisi dubiae rei. 4 *a* 'quid' autem propter quid.

257 2 <NUMQUAM> ITA MAGNIFICE QUICQUAM DICAM duplex causa est omittendae laudis: si res aut nimium mala est aut nimium bona. 2 ID VIRTUS QUIN SUPERET TUA bona περίφρασις: 'virtus tua' potius quam 'tu'.

258 ITAQUE UNAM HANC REM ME HABERE 'itaque' et subiunctivum potest esse correpta media syllaba, et praepositivum producta eadem syllaba, ut sit itáque.

259 1 FRATREM nove dixit 'unam rem' 'fratrem': 2 (*a*) hanc sane locutionem scire debemus propter personam elaboratam, nam et nimium gaudet et rusticus adulescens est, qui conatur laudare Aeschinum titubans ac paene balbutiens. 3 HOMINEM NEMINEM nove auribus nostris, sed veterum consuetudine locutus est. (*a*)

2 *a* *Sed ego puto 'fratrem' non subdistinguendum sed legendum contexte usque ad 'principem', nam si distinxeris 'fratrem', bis erit 'arbitror' subaudiendum et supra et infra, quod si 'fratrem' inferioribus iunxeris, et cum admiratione pronuntiabitur et subaudietur 'quam mihi'. 3 *a* nam cum 'neminem' <ne> hominem significet, quid opus fuit dicere 'hominem neminem'? 4 sed, ut diximus (cf. schol 3), figura est ἀρχαϊσμός.

260 1 O CTESIPHO mire coepit gaudium significans 'o Ctesipho'. 2 <O CTESIPHO> O SYRE ille ut gaudens, hic ut qui non prae-

viderit 'o' dicit. 3 SYRE AESCHINUS UBI EST bene de illo statim, cui agebat gratias. 4 ELLUM ecce illum; 5 (*a*) <alii> 'ellum' interrogative legunt, ut sit: ellum dicis? te expectat domi; ut sit 'ellum' pronomen, id est illum, nam et illum et ollum veteres dixerunt. 6 DOMI adverbium est in loco. 7 HEM interiectio est laetantis.

a <ELLUM> vel pronomen est vel adverbium demonstrantis.

261 1 FESTIVUM CAPUT huic contrarius sensus est 'ridiculum caput' (371); alii putant 'festivum caput' non Aeschini intellegendum, sed orationis, quam habet Ctesipho agens gratias fratri, ita in Eunucho (457) 'quam venuste quod dedit principium adveniens!' quod si est, et 'nihil potest supra' (264) <supra> hanc laudationem, non supra hoc factum erit accipiendum; 2 sed male: nam 'caput' Aeschini dicit, hoc est ipsum Aeschinum, ut in toto pars sit per συνεκδοχήν, in qua figura ea pars pro toto ponenda est, quae aut eminet ex toto aut maioris pretii est ad id quod agitur. Ceterum quod ipsum servatum auctoribus bonis sit, si exempla συνεκδοχῆς penitus consideraris, invenies. 3 ILLIUS OPERA dicendo 'opera' et corporeum laborem Aeschini ostendit et religionem: corporeum laborem, ut (Verg. Aen. 6. 331) 'hunc mihi da proprium, virgo sata Nocte, laborem, hanc operam', religionem, ut (Verg. Ge. 1. 338) 'annua magnae sacra refer Cereri laetis operatus in herbis'. 4 QUID SIT deest 'quaeris'; sed admirantis magis quam interrogantis adverbium est.

5 *ILLIUS OPERA NUNC VIVO o miram amplificationem beneficii! non dixit 'illius opera amicam habeo', sed, quod satis grave et satis amatorium, 'illius opera' inquit 'nunc vivo'.

262 1 QUIN OMNIA admirative additum 'quin' et sic pronuntiandum. 2 QUIN τὸ πλῆρες 'quine'.

263 1 MALEDICTA FAMAM aut Sannionis aut Demeae 'maledicta', 'famam' populi, nam si aliter acceperis, idem videbitur 'maledicta' et malam 'famam'.

262 3 PRAE MEO COMMODO id est: mei commodi comparatione; et in Eunucho (239) 'hic ego illum contempsi prae me', id est mei comparatione.

263 2 MEUM LABOREM ET PECCATUM de rapienda meretrice et de amanda. 3 MALEDICTUM FAMAM cum dixisset 'omnia', intulit duo tantum 'maledictum' et 'famam', (*a*) ut sit defectus quidam intel-

legendus ex affectu gratias agentis. 4 IN SE TRANSTULIT pulchra παρασκευή, qua erratura est Sostrata circa Aeschinum, quemadmodum iam erravit Demea, quod credit ab illo amari meretricem.

3 *a* ut (Verg. Aen. 4. 588) 'omnia Mercurio similis vocemque c.'

264 1 NIHIL POTE SUPRA ἔλλειψις per admirationem: subauditur 'esse' vel 'dici', 2 et POTE pro potis, ut mage pro magis τῷ ἀρχαϊσμῷ. 3 QUIDNAM FORES CREPUIT 'crepuit' acre sonuit, unde decrepiti dicti sunt clamosi senes; 'fores' singularis numeri casus nominativus. 4 MANE MANE gaudentis hoc dictum est, non opperiri iubentis.

4.

265 UBI EST ILLE SACRILEGUS mire Aeschinus servat adversus lenonem superbiam, qua ostenditur tanto esse alienior animo ab amoribus meretricis, quanto audacior in lenonem. 2 MEN QUAERIT NUM QUIDNAM EFFERT sperat leno aliquid se accepturum propter convicium, ut alibi (191) 'minis viginti tu illam emisti, quae res tibi vertat male: argenti tantum dabitur'; 3 et vide quanti faciat leno prae lucro iniuriam: sacrilegi nomine se significari non solum non dolet, sed etiam cupit; oportet autem 'men quaerit' cum quadam gesticulatione et subsaltatione pronuntiari sperantis lenonis ad hoc se quaeri, ut accipiat. 5 OCCIDI NIHIL VIDEO mire hoc verbo apparet in vultu lenonis et spem mortuam et restinctum gaudium; iam et apta ἔλλειψις haec dicentis est 'occidi, nihil video': neque enim addidit 'proferri' aut quid tale.

4 *OCCIDI NIHIL VIDEO 'occidi' non quia 'sacrilegus' dictus, sed quia nihil accipit, et simul gestum considera loquentis ex verbis.

266 1 HEM interiectio repentinae rei. 2. OPPORTUNE TE IPSUM QUAERITO ἀσύνδετον: (*a*) non enim sequenti adnectitur. 3 QUID FIT CTESIPHO 'quid fit' blandum initium est: non enim nunc interrogat, cum ipse dicat 'in tuto est omnis res', sic ipse mox in subditis (884) 'iam nunc haec tria addidi praeter naturam: o noster, quid fit? quid agitur?'

2 *a* deest 'venisse'.

267 1 IN TUTO EST OMNIS RES quasi amatori 'omnem rem' dixit

negotium de amica. 3 OMITTE VERO 'vero' abundat aut correptivum est iamdudum non omittentis.

2 *An 'omnis res' et lenonis iurgium et suspicio patris Demeae?

268 1 EGO ILLAM HERCLE VERO OMITTO apparet nunc non primum dici Ctesiphoni ab Aeschino 'omitte tristitiam' nec nunc primum responsum 'omitto', sed ideo additum 'hercle vero', quia nunc demum data est plena securitas.

267 4 TRISTITIAM TUAM sic dixit quasi nimiam.

268 2 QUI QUIDEM TE HABEAM FRATREM acuendum est 'te'.

269 1 O MI GERMANE 'mi' meus, sed vocativo casu dixit. 2 CORAM IN OS 'coram' ad ipsum pertinet qui laudat et ad eos qui audiunt, 'in os' ad ipsum qui laudatur. 4 LAUDARE AMPLIUS quia <iam> laudavit.

3 *Nam 'coram' laudat, qui non tacet apud alios et hoc agit non per epistulam sed ipse praesens; 'in os', qui apud ipsum loquitur quem collaudat.

270 2 ASSENTANDI adulandi, et utrum deest 'causa' an absolute sic dicitur? 3 NE ID ASSENTANDI specta, si non rusticus adulescens est et purissimae simplicitatis, adeo ut etiam velle laudare fratrem nimio pudore non possit hoc solo, quia praesens est, cum illum nimium laudarit absentem. 5 QUO quia.

1 NE ID ASSENTANDI antiqua ἔλλειψις: deest enim 'causa'. 4 QUAM QUOD HABEAM GRATUM varie: non enim intulit, quas gratias agenti.

271 AGE INEPTE non est iniuria, quia et maior frater est et blanda dicturus.

272 1 HOC MIHI DOLET τῷ ἀττικισμῷ 'mihi dolet' pro 'doleo'.

2 Et 'dolet' bis subaudiendum est. 3 ET PAENE IN EUM LOCUM insinuatio beneficii ex periculo <et> difficultate ob tempus.

273 UT SI OMNES CUPERENT non si ego tantummodo <aliis> adversantibus.

274 1 PUDEBAT deest 'fateri'. 2 STULTITIA EST ISTAEC <non> fateri ei, qui ipse patri numquam quicquam celaverit. 3 TAM OB PARVULAM ergo et diminutivis adiungitur 'tam' particula. 5 TAM OB PARVULAM id est meretricem, et bene haec Aeschinus, quia maiora expertus sit, id est vitium virginis.

4 *Et* deest 'perire', sed τῷ εὐφημισμῷ tacetur.

275 1 PAENE EX PATRIA deest 'fugere', quia amatores comici cito comminantur patriam se deserturos, ut amicam consequantur.

2 (*a*) Menander mori illum voluisse fingit, Terentius profugere. 3 TURPE DICTU hoc est: turpe dictu te fugere, et deest 'est'. 4 DI ISTAEC PROHIBEANT id est exilium fugamque patriae.

2 *a* PAENE EX PATRIA ἀποσιώπησις εὐφημισμοῦ χάριν.

276 1 PECCAVI approbavit ex periculo magnitudinem beneficii. 2 QUID AIT TANDEM NOBIS <s.> 'nobis' τῷ ἰδιωτισμῷ additum; non enim 'nobis ait' intellegendum est. 3 IAM MITIS EST quia supra (184) 'iam debacchatus es, leno' dixit.

277 1 EGO AD FORUM IBO tunc enim in foro et de mensae scriptura magis quam ex arca domoque vel cista pecunia numerabatur. 2 UT HUNC ABSOLVAM id est: ut hunc reddito illi pretio dimittam, nam velut ligati sunt, quibus debetur aliquid; dicuntur autem et illi solvi, qui cum debitores pretiorum fuerint, pecuniam reddunt debitam. 5 TU INTRO AD ILLAM CTESIPHO bona ἔλλειψις, significans licentiam potiendae meretricis.

3 Est ergo 'absolvam' a me solvam 4. *An iocatur in tristitia lenonis, qui illum cum barba lenonia et maesto vultu sequitur velut reus?

278 1 SYRE INSTA iam Syrus non ut adiuvet, sed ut instanter adiuvet rogatur. 2 EAMUS NAMQUE HIC PROPERAT hoc clamat Syrus, ut beneficium ostentet, sane ut et rursum lenonem de profectione conterreat. 3 NE TAM QUIDEM hoc a lenone inconstanter dicitur, ut perturbatio metuentis magnum damnum possit ostendi. 4 NE TAM QUIDEM 'tam' pro tantum.

5 An 'tam' pro tamen?

279 2 QUAMVIS ETIAM pro quantum vis; 'etiam' particula utrum consentientis adverbium est an coniunctio, qua significat et properare se et non in tantum, ut neglegat quod sibi debetur? 3 MANEO OTIOSUS HIC hoc separatim inferendum est quasi pertinaciter asseverante lenone instaturum se. 5 REDDETUR NE TIME quod desperaverat leno, Syri ostendit sermo.

1 ETIAM deest 'dicas me properare' aut 'propero', ut sit 'etiam' adverbium hortantis vel consentientis. 4 †Exclamatione agendi [1]) 'maneo otiosus hic', dixit enim 'propero' et rursum consenserat in Syri verba properasse se dicens.

280 1 AT UT OMNE REDDAT propter illud, quod dixerat Syrus (241) 'dividuum face', et probatum est completumque, quod ait (209)

---

[1]) Corrigendum videtur: 'Exclamatio negantis', vide adn. ad h. v.

'cupide accipiat faxo'; et hoc ipsum cum trepida et vultuosa supplicatione pronuntiandum est. 2 TACE MODO AC SEQUERE HAC sic ait Syrus, quasi nunc lenonem doceat, quae sit ars non perdendi; et totum cum supercilio praestantis magnum beneficium dicit. 3 SEQUOR hoc responso leno satis commitigatus ostenditur.

281 1 HEUS HEUS SYRE ex argumento est ostendere, quantum timeat Ctesipho saevum patrem. 2 HEUS HEUS vox est de longinquo revocantis. 3 OBSECRO TE HERCLE satis mansuete, quasi 'lenonem' aut non possit rusticus aut non audeat dicere, 'hominem' dixit. 4 ISTUM IMPURISSIMUM avarissimum, et totum cum exsecratione lenonis.

282 1 QUAM PRIMUM ABSOLVITOTE NE SI MAGIS IRRITATUS SIET velut clamet scilicet; 2 et proprie de lenone, quem irritari dicit ut canem (*a*): Lucilius de littera R (Marx 2) 'irritata canis quam homo quam planius dictat'; lenonem autem timet Ctesipho ut rusticus, ut sub patre duro, ut amator.

2 *a* nam irritari proprie canes dicuntur.

283 1 ALIQUA AD PATREM HOC PERMANET non dicit quid, sed intellegimus raptum puellae significari. 2 ALIQUA AD PATREM [1] proprie secretum latens latici comparatur intra vas clausum exsistenti, quod cum effunditur manat, sic et alibi de committendis secretis loquens 'plenus' inquit 'rimarum sum, hac atque illac perfluo' (Eun. 105). 3 ATQUE EGO TUNC PERPETUO PERIERIM quasi et nunc se perisse sentiat sed non perpetuo.

284 1 NON FIET BONO ANIMO ESTO ut illi liberalis timor est, ita in Syro servilis confidentia. 2 TU CUM ILLA TE INTUS OBLECTA moraliter 'illa' dictum est, ut (An. 301) 'daturne illa Pamphilo' et (Ph. 134) 'illa quidem nostra erit'. 3 TU CUM ILLA TE INTUS OBLECTA honeste explicavit turpe dictu.

285 ET LECTULOS IUBE STERNI NOBIS <'nobis'> servis: nihil tam comicum, et cum vultu, ut totum superbe ac magnifice loquatur.

286 CONVERTAM ME DOMUM 'convertam' magnifice dictum; verbum enim est magni moliminis et gravaminis ingentis, nam convertere se dicitur, quem pompa praecedit, et imperator proprie convertit exercitum; ex hoc spectatur, ut moribus arrogantes servi sint, cum laetantur.

---

[1]) Scholium pertinet ad verbum 'permanet'.

287 ITA QUAESO QUANDO BENE SUCCESSIT volunt quidam et hunc versum Syri personae adiungendum, sed Ctesiphonis verba esse ex subditis planum est, cum dicit (521) 'nam hunc diem misere nimis cupio, ut coepi, perpetuum in laetitia degere'.

III

1.

288 1 OBSECRO MEA NUTRIX haec scaena tragoediae ordinem servat, nam tragoedia in tria dividitur: exspectationem, gesta, exitum; hic quoque exspectatio est <in mulierum colloquio> (288), in Getae nuntio (299 sqq.) gesta, in planctu Sostratae (329 sq.) exitus. 2 OBSECRO MEA NUTRIX hinc demonstratur, qui sit maternus affectus, quam grata in dominos servorum fides sit, eundemque laborem et dolorem esse ex falsis quem ex veris malis. 3 OBSECRO MEA NUTRIX personae aut <ex> suis verbis aut ex alienis insinuantur: ex suis, ut nunc persona Sostratae, ex alienis, ut initio Aeschini persona ex Micionis oratione ac Demeae. 4 OBSECRO MEA NUTRIX QUID NUNC FIET 'mea' nunc pro blandimento ponitur, et 'quid nunc fiet' imploratio magis est trepidantis quam ignorantis interrogatio, namque illius nutrix est, quippe anicula est, neque sapientior nutrix est quam domina sua; ipsum etiam quod dicit 'nutrix' honorificum est, ut (Verg. Aen. 4. 634) 'Annam, cara mihi nutrix, huc siste sororem'; sunt enim nomina ad aliquid, quibus nos tamen velimus ab omnibus appellari, ut magister medicus orator.

289 1 MODO DOLORES MEA TU OCCIPIUNT PRIMULUM evidenter hic 'modo' temporis praesentis adverbium est et rursum 'mea tu' blandimentum est, sine quo non progreditur colloquium feminarum et maxime trepidantium. 2 PRIMULUM initium et ipsa origo dolorum diminutive demonstrata est. (*a*)

2 *a* non enim 'primum' sed 'primulum' dicit.

290 1 NUMQUAM TUTE PEPERERIS vide praeparationem doloris: nihil mali adhuc secutum est et iam sic perturbatur Sostrata. 2 IAM NUNC TIMES QUASI NUMQUAM ADFUERIS NUMQUAM TUTE PEPERERIS

docte duo proposuit, quibus experientes scientesque rerum sumus: videre et pati, sic Vergilius (Aen. 2. 5) 'quaeque i. m. u. et q. p. m. <f.>' 'tute' autem pro tu παρέλκον est, quod si reiteratur [1]), facit tute et tutemet et tutemet ipse.

291 1 SOLAE SUMUS cum hoc nomen singularitatis sit, mire 'solae' pluraliter dixit. 2 NEMINEM HABEO SOLAE SUMUS GETA AUTEM HIC NON ADEST muliebriter queritur et ex perturbatione sua aestimans metu multa facit ea, quae pauca sunt. 3 GETA AUTEM HIC NON ADEST hic apparatio est, ut ostendatur absens, qui superventurus est.

292 1 NEC QUEM AD OBSTETRICEM MITTAM deest 'habeo' sed in consuetudine est sic loqui, cum utrumque nobis, non alterutrum deesse conquerimur.

293 NUMQUAM pro non.

294 1 *Et* 'semper' non ad omne tempus rettulit — nam qui potest? — sed <ad> omnes dies, secundum quod ait 'nam numquam unum intermittit diem'. 2 SOLUS MEARUM MISERIARUM <E. REM.> bona locutio.

291 4 MISERAM ME proprium est mulierum, cum loquuntur, aut aliis blandiri, ut (Verg. Aen. 4. 634) 'Annam, cara m. n, h. s. s.' aut se commiserari, ut (Verg. Aen. 4. 420 sq.) 'miserae hoc tamen unum exsequere, Anna, mihi', nam haec omnia muliebria sunt, quibus pro malis ingentibus quasi in acervum rediguntur et enumerantur nullius momenti querelae.

5 NEMINEM HABEO quid enim opus est aut cur nunc quereris? 6 SOLAE SUMUS numquam pluraliter 'solae'. 7 GETA AUTEM HIC NON ADEST veniet.

292 2 NEC QUEM AD OBSTETRICEM MITTAM NEC QUI ACCERSAT AESCHINUM 'habeo' subauditur, et magis a trepidante quam rationabiliter dicitur; nam refellit hoc totum nutrix Canthara.

295 1 E RE NATA sic proprie dicimus de his, quae contra voluntatem nostram acciderunt, ut nunc vitium virginis, (*a*) sic Lucilius 'puer hic e re nata sic eius dedit, haud malus [est'] (Marx 962). 2 Et sic maluit dicere, quae non Aeschino culpam sed potius casui attributam vellet; est autem ordo: nihil melius potuit e re nata fieri quam id quod factum est, era, ut quan-

[1]) Vide Wessn. in var. lect.

doquidem vitianda erat virgo, ab eo vitiaretur, qui erat expetendus ad matrimonium, sensus enim hic est: malum quidem est vim fieri virgini, sed ex condicione eius, quae vitiata sit, nihil potuit melius evenire quam <quod> contigit, ut ab eo vitiaretur, cuius nos non paeniteret; intellegere autem debemus 'fieri' et 'factum est' pro evenire et contigit dici.

1 *a* Ergo 'e re nata' ex vitio virginis. 3 *MELIUS FIERI HAUD POTUIT si 'fieri' pro evenire acceperis, erit consecutio locutionis, sin minus, deerit 'quantum intellego'.

296 1 QUANDO VITIUM OBLATUM EST hoc est 'e re nata'. 2 'Oblatum' dicitur, quod offertur invito. 3 VITIUM OBLATUM EST QUOD AD ILLUM ATTINET POTISSIMUM quasi vitium oblatum sit potissimum, hoc est bonum; sed ex persona eius qui obtulit vitium factum est bonum, quod per se ipsum malum est, 4 et hoc est quod 'melius haud fieri potuit quam factum est'; 'illum' autem dicit Aeschinum. 5 'Potissimum' autem superlativum est ab eo quod est potis et potius, sic enim facit: potis potius potissimum; 6 et 'quod' modo exceptionem significat, ut sit: quantum ad illum attinet, id est Aeschinum.

297 2 *Et* genus iam ad vivos pertinet, familia etiam ad defunctos, alii genus ad nobilitatem referunt, familiam ad copias (*a*), ut sit 'ex tanta familia' ex tam divite domo. 3 Haec omnis περίστασις tragica est: gaudiorum introductio ante funestissimum nuntium. 4 TALEM a corpore, id est a forma, a pulchritudine; TALI GENERE ab his quae extrinsecus sunt, id est ab honestate generis; ATQUE AMIMO ab animo, id est a sapientia, <a> modestia: hoc modo igitur nihil praetermisit in laude.

1 TALI GENERE laus ante illum, 'talem' et 'tali animo' in illo. 2 *a* unde et pater familias dicitur.

298 SALVUS NOBIS DEOS QUAESO UT SIET quam bonus est, cui nihil ad vota praeter salutem!

2.

299 1 NUNC ILLUD EST QUOD SI OMNES OMNIA hic locus secundum artem comicam servum currentem exprimit et nuntiantem maxima itaque pars scaenae motoria est, significat autem: nunc tale negotium est, nunc tale periculum est. 4 CUM SI OMNES OMNIA SUA

CONSILIA ὑπερβολή cum παρονομασία 'omnes omnia'. hinc Cicero (Verr. 1. 15) 'omnes in hoc iudicio conentur omnia'.

2 Aut vero 'cum' significationem temporis habet, ut si diceret 'quando' aut 'quo tempore'. 3 NUNC ILLUD EST utrum periculum an tempus? est enim ἔλλειψίς.

300 1 SALUTEM QUAERANT non 'remedium' ut aegro, sed ut pereunti 'salutem'; 2 et nove dixit 'malo salutem' pro 'contra malum'. 3 AUXILI NIHIL AFFERANT mire de proximo repetitum est παρόμοιον, id est 'conferant' et 'afferant', hoc convenit praesertim stomacho verba minus curantis, sicut supra 'omnes omnia'.

301 1 QUOD MIHI<QUE> ERAQUE FILIAEQUE mira in servo fides: primum se ponit in erili malo et post se matrem, in ultimo puellam. 2 MIHIQUE ERAEQUE FILIAEQUE ERILI EST πολυσύνδετον secundum, ut (Verg. Ge. 3. 343) 'omnia secum armentarius Afer agit, <tectumque laremque armaque Amyclaeumque canem Cressamque pharetram>'. 3 VAE MISERO MIHI ἐμπαθῶς σχετλιάζει.

302 1 TOT RES REPENTE CIRCUMVALLANT <'circumvallant'> se circa nos et stipant se invicem, (*a*) 2 et 'circumvallant' dixit velut inimica acies contra [1]) nos, et ideo addidit 'unde emergi non potest'; — nam impressio dicitur hostium, ut Sallustius (Hist. 5 fr. 8 M.) 'pressi undique multitudine' et Cicero (Catil. 2. 21) 'qui semper premuntur et numquam emergunt'; — 3 et 'emergi' nove, nam emergo dicitur, non emergor, sed ideo usus est, quia sine compositione et mergo et mergor facit. 4 UNDE EMERGI NON POTEST 'unde' absolute.

1 *a* nam circumvallamus et nos et alios; tamen rara locutio est. 5 An deest 'illud'? an 'unde' pro ex quibus?

303 VIS EGESTAS INIUSTITIA SOLITUDO INFAMIA hae 'res' sunt quae 'circumvallant': 'vis' illata, 'egestas' ipsius puellae, 'iniustitia' iudicum, 'solitudo' a defensoribus, 'infamia' ab his, qui credunt pretio vitiatam; nam et in subditis sic habes (v. 50—51) 'quando conscia mihi sum . . . neque pretium neque rem ullam intercessisse'.

304 1 HOCINE SAECULUM ἐν ἤθει questurus de homine saeculum accusat prius, ut (Cic. Catil. 1. 2; Deiot. 31) 'o tempora, o mores!' et e contrario saecula in omnibus rebus laudantur, ut (Virg. Aen. 1. 605) 'quae te tam laeta tulerunt saecula?' 2 HOCINE SAECULUM O SCELERA O GENERA SACRILEGA O HOMINEM IMPIUM moris est nimis

[1]) Corrigendum videtur 'premat vel comprimat nos', vide sequentia.

dolentibus incusare alia ex aliis, Vergilius (Ecl. 5. 22) 'cum complexa sui corpus m. n. atque deos atque astra v. c. m.' et (Aen. 2. 745) 'quem <non> incusavi amens hominumque d.' 3 O HOMINEM IMPIUM Aeschinum scilicet; et hoc ἠθικῶς, nam semper ultimum ponimus eum, cui maxime irascimur, ut in Andria post accusatum socerum et vituperatam sponsam (252) 'nam quid ego dicam de patre?' et in Phormione (231) 'itane tandem uxorem duxit Antipho' et post multa (233) '<o> facinus audax! o Geta monitor!', unde ille 'vix tandem' inquit.

305 VIDEO TIMIDUM ET PROPERANTEM GETAM 'timidum' perturbatum, non enim timet sed dolet, sic Plautus in Bacchidibus (106) 'nam ut ex mari timida es'.

306 1 QUEM NEQUE FIDES ordo est: hominem impium (304), quem neque fides. 2 *Et* saepe repetitum 'neque' exaggerat crimen admissum. 4 NEQUE ILLUM secundum παρέλκον, (*a*) ut (Verg. Aen. 5. 457) 'nunc dextra ingeminans ictum, nunc ille sinistra'. 5 *Et* eius videlicet misericordia, quam amavit.

3 *QUEM NEQUE FIDES quia promisit; NEQUE IUSIURANDUM quia iuravit; NEQUE ILLUM MISERICORDIA quia vim intulit. 4 *a* nam abundat 'illum'. 6 NEQUE ... REPRESSIT ne auderet.

307 1 NEQUE REFLEXIT ne faceret, et sic hoc dictum est, ut a Vergilio (Aen. 4. 369) 'num fletu ingemuit n.? num l. f.? n. l. v. d. a. m. a. e.' etc.; 2 et si non potuit reprimi ne faceret, saltim ut in peccando esset mitior, debuit commoveri. (*a*) 3 NEQUE QUOD PARTUS INSTABAT PROPE αὐξητικῶς: non enim addidit <tantum> mariti sed etiam patris scelus.

2 *a* sed melius quod supra ('h. e.' ne auderet' ut est in 306, 6).

308 2 INDIGNE impie, crudeliter, ut Vergilius (Aen. 2. 285) 'quae causa indigna s. f. v.?' 3 NON INTELLEGO ad hoc Sostrata ignorans inducitur, ut malo nuntio repente feriatur, et quia oportuit ipsam priorem loqui praesens loquitur, quia autem non est perdenda tam suavis ἠθοποιΐα dolentis ad irascentem, idcirco non audit Geta, conversus ne ob illam loqui desinat.

1 CUI MISERAE deest 'ei'.

309 SATIS QUAE LOQUATUR adhuc non audiente Geta loquitur, idcirco nec audit eam servus nec videtur ab eo Sostrata.

310 1 VIX SUM COMPOS ANIMI aut 'vix' tandem aut non, ut Lucilius (Marx 1128) 'carcer, vix carcere dignus'. 2 *Et* COMPOS ANIMI

id est competentis animi vel sani animi, cui contrarium est impos animi. Sallustius (Hist. 1 fr. 136 M.) 'neque animo neque <auribus> aut lingua satis competere', cum de amente Septimio loqueretur; alii 'compotem animi' compositum animi intellegunt.

311 QUAM ILLAM TOTAM FAMILIAM hic non tam culpa familiae quam scelus Aeschini ostenditur, propter quem omnes cruciandi sunt.

312 IRAM HANC 'hanc' interdum pro qualitate, interdum pro quantitate accipimus, interdum pro utroque. ut (Verg. Aen. 1. 98) 'tuaque animam hanc e. d.' et (Aen. 9. 481) 'hunc ego te, Euryale, aspicio? sed nunc pro utroque 'hanc' dixit, ut Sallustius de scripto Celtiberi ait (Hist. 3 fr. 81 M.) 'hanc igitur redarguit Tarquitius'.

313 1 SATIS ID MIHI HABEAM SUPPLICI moraliter loquitur, nam fere cum quisquis irascitur, sibi videtur fortis <et> tamquam plus audet. 2 DUM ILLOS ULCISCAR MODO verum est hanc esse vindictam, quae ex recentissimis flagitiis properata sit, Vergilius (Aen. 10. 514) 'te, Turne, s. c. n. q.'

314 1 SENI ANIMAM PRIMUM EXSTINGUEREM bene 'exstinguerem', quia <anima> ignis est: Vergilius (Aen. 6. 730) 'igneus est ollis v. et c. o. s.'; 2 et 'primum' addit, quod ordinem significat: tunc enim adicitur, cum multa subsecutura monstrantur, ut (Sall. Hist. 1 fr. 44 M.) 'cui fracta prius crura bracchiaque' etc. 3 Vindicta in Aeschinum tota prominens ostenditur etiam per aliena supplicia.

315 2 VAH QUIBUS ILLUM LACERAREM MODIS hic voluntas immodica ostenditur poenam pro merito reposcentis; 3 et nota, cum 'Syrum' dixerit, addidisse de supercilio rursus 'illum'.

1 IMPULSOREM causa poenae.

316 2 STATUEREM UT CEREBRO DISPERGAT VIAM et cerebrum (cf. 782) et via dispergi potest; ideo videtur ambiguum, ut apud Vergilium (Aen. 4. 464) 'ensemque c. s. s. q. m.' aliter enim dicitur (Ecl. 5. 40) 'spargite humum foliis', aliter (Aen. 4. 512) 'sparserat et latices simulatos f. A.'

1 SUBLIMEN ista poena est.

318 1 ADULESCENTI IPSI ERIPEREM OCULOS bene 'oculos', amoris inlices adiutoresque flagitii. 2 POSTHAC PRAECIPITEM DAREM gravior poena caecitatis, non providere quo cadas.

319 1 CETEROS RUEREM 'ruerem' activam vim habet: Sallustius in secundo (Hist. 2 fr. 101 M.) 'ictu eorum, qui in flumen ruebant,

necabantur'; ruere autem est toto corpore niti ad impellendum, quod faciunt qui ipsi praecipites alios prosternunt, inde sues ruere dicuntur: Vergilius (Ge. 3. 255) 'ipse ruit dentesque Sabellicus e. s.' et Horatius (Ep. 2. 2. 75) 'hac rabiosa fugit canis, hac lutulenta ruit sus.' 2 TUNDEREM ET PROSTERNEREM vide quam fortis sibi videtur, qui dolet et irascitur. 3 AGEREM prosequerer, premerem, ut Vergilius (Aen. 5. 265) 'cursu palantis T. ag.' et (Aen. 4. 245) 'agit ventos'. (*a*)

3 *a* id est nimia celeritate prosequitur et paene occupat praevenitque.

321 1 EGO SUM SOSTRATA haec ideo inducuntur, ut veri simile sit supra non visam Sostratam, quando etiam nunc vix agnoscitur ab irato. 2 TE IPSAM <QUAERITO TE> EXSPECTO OPPIDO OPPORTUNE incerta distinctio, utrum 'te exspecto oppido' <an 'oppido> opportune' sit dicendum; 3 an exspectare impatienter cupere et sine praescriptione temporis, sperare iuxta certum tempus? unde apparet ad 'te exspecto', quia per se nimium est, non esse iungendum 'oppido'.

323 QUID FESTINAS MI GETA Probus personae assignat hoc Sostratae, Asper non vult ad omnia servum respondere, sed nutricem putat hoc loqui; 'festinas' autem perturbaris et commotus es.

324 1 PRORSUS apta κόμματα fesso et anhelanti ob perturbationem et contentum cursum. 2 ANIMAM RECIPE quod in lectione gestu ostendi minime potuit, id ex verbis Sostratae ostenditur in Geta, nam ideo dicitur 'animam recipe' quod ille prae anhelitu crebriora verba continuare non possit. 3 PERIMUS ACTUM EST iam bina verba iunguntur. 4 [PERIMUS] ACTUM EST verba sunt desperationis, nam 'actum est' dicitur in ea re, de qua iam sit lata sententia.

325 1 ELOQUERE OBSECRO TE bene 'eloquere', nam conatur tantum, quod nec explicatur nec intellegitur; cui vitio contraria virtus est eloquentia. 2 Iam hic plus gestu quam dictu agitur, quia, ut supra (ad 324) diximus, et lassus est qui nuntiat et integratur dolor nuntii, cum apud illam loquitur, ad quam maxime calamitas pertinet: quo dolore vox plerumque subtrahitur atque singultit.

3 Et simul dat iam signum perditarum rerum.

327 1 VAE MISERAE MIHI interponitur mulieris affectus novo nuntio.

326 ALIENUS EST A NOSTRA FAMILIA bene 'alienus': Getae enim ipsi iam dominus, Sostratae gener, Pamphilae maritus vocabatur.

327 AMARE OCCEPIT ALIAM peius est 'amare occepit' quam 'amat'; nam in eo quod dixit 'occepit' augmenta mali metuenda sunt, ut in principiis quae auctum recipiunt non statim imminutionem spectant.

3 *Et* OCCEPIT magnum facinus dixit.

328 1 AB LENONE IPSUS ERIPUIT <PALAM> sic nuntiat, ut ultima peiora sint; 2 et his argumentis vult probare, quod immodice amavit Aeschinus et paene plus quam amavit virginem, nam pudori qui non consulit, amat, quis autem magis potuit impudens esse, quam qui post honestum amorem 'ab lenone' amet? hoc enim significat meretricem.

3 *Ergo non 'honestam' sed 'ab lenone', non 'per alium' sed 'ipsus', nec 'emit' aut 'abduxit' sed ob impatientiam valde amantis 'eripuit', neque id 'occulte', ut qui celaret factum, tamquam satisfacturus uxori videretur, sed 'palam'.

329 1 SATIN HOC CERTUM EST magnis malis non statim creditur, hoc ergo ex dolore dixit, quod stupet audiens, non quia non habet fidem.

328 4 AB LENONE IPSUS ERIPUIT sic nuntiat, ut ultima peiora sint (= 328. 1).

329 2 HISCE OCULIS ἰδιωτισμός asseverantis. 3 AH interiectio est flentis.

330 1 ME MISERAM QUID IAM CREDAS mira affectio, nam lacrimae non sinunt finiri sensum. 2 QUID CREDAS AUT CUI CREDAS fides aut personae qualitate servatur, si gravis persona est cui creditur, aut ipsius rei qualitate, si ea res creditur, in qua fallere cui creditur aut non debet aut non potest; hic ergo mire in utroque dixit iam fidem nullam esse et in persona et in re. quod etiam Vergilius transtulit breviusque dixit (Aen. 4. 373) 'nusquam tuta fides', hoc est nec in re nec in persona; et hic ipse in Heautontimorumeno (252) 'pro Iuppiter, ubinam est fides?' 3 NOSTRUMNE AESCHINUM NOSTRAM VITAM O. ἐλλειπτικῶς omnia, quia fletus impedit verba. (*a*)

3 *a* deest autem 'hoc fecisse' vel tale quid.

331 SITAE ERANT 'sitae' positae; nam situm est, quicquid in loco suo positum non evertitur.

333 1 QUI SE IN SUI GREMIO POSITURUM PUERUM 'puerum' dixit si puer nasceretur, non quia divinabat, ad votum ergo cupientis rettulit 'puerum', non quia necesse erat marem nasci; 2 et haec omnia magno stupore dicuntur ad exaggerandam perfidiam illius cui creditur et dolorem eorum qui crediderunt.

335 1 ERA LACRIMAS MITTE AC POTIUS QUOD AD HANC REM OPUS EST hinc Vergilius (Aen. 12. 156) 'non lacrimis h. t. a. S. I.'; sentit autem non lacrimis agendum, ubi consilio est opus. 2 PORRO PROSPICE 'porro' in reliquum, deinde vel in futurum, porro enim ordinis et temporis adverbium est, non coniunctio.

336 1 AU MI HOMO SANUSNE ES hoc ex persona nutricis legendum est: illa enim dissimulandam rem putat. 2 MI pro meus.

337 AN HOC PROFERENDUM TIBI VIDETUR <*******>

340 1 TUA FAMA ET GNATAE VITA tibi enim crimini erit vitiatam esse filiam, illi vero etiam oberit. 3 IN DUBIUM in periculum.

2 Et utrum 'vitam' salutem dicit?

341 FATEATUR vitiasse filiam et complexio est δίπλευρος oratoria, in qua utrum concesseris, contrarium tollis cogiturque quod ex ex altera parte sit, hoc est tacere.

342 [QUAPROPTER QUOQUO PACTO] [1]) congrue et pro persona et pro muliere et in malis constantem esse demonstrat.

343 NON FACIAM 'non faciam' dixit pro 'non tacebo', quasi tacere actionem aliquam habeat, sed moralis significatio est et communis omnibus, sicut advocatum dicimus male fecisse, quia tacuerit.

344 1 PEIORE RES LOCO NON POTEST ESSE satis argute poeta facit inter Getam et Sostratam sententias ex perturbatione nutare.

2 QUAM IN QUO NUNC SITA EST causa nihil timendi.

345 2 *Et* 'indotatam' modo pauperem dicit. 3 TUM QUAE SECUNDA EI DOS ERAT videlicet 'pro virgine dari nuptum'.

1 PRIMUM INDOTATA EST ratio subiecta est causae. 4 Et incerta distinctio est; etenim 'erat' <si> distinguimus, bis audiendum 'pro virgine dari nuptum'.

346 1 NON POTEST iungemus 'dari nuptum'.

<2 PRO VIRGINE> id est virgo, ut (Hec. 5) 'nunc plane est pro nova' id est nova. 3 *Nec virgo nec pro virgine potest nubere: nec virgo quia vitiata est, nec pro virgine quia diffamata est res.

---

[1]) Scholium pertinet ad verba sequentia: 'Ah, minime gentium, non faciam'.

347 1 SI INFITIAS IBIT si negabit. 2 TESTIS EST MECUM ANULUS <nova> locutio, hoc est: pro me testis est.

3 *<An 'testis est> mecum' hoc <est>: testes sumus? sed melius quod supra.

348 POSTREMO QUANDO EGO CONSCIA SUM M. 'quando' pro quoniam vel quandoquidem.

349 1 NEQUE REM ULLAM hoc est internuntium, pactum, donum aut promissum; 2 et bene totum exsecrative dixit, ut alii [1]) facinore abhorreant. 3 ILLA filia scilicet.

350 1 EXPERIAR apud iudices agam. 2 QUID ISTIC verbum est aegre consentientis, quasi qui dicat: quid istic resistam? 3 ACCEDO UT MELIUS DICAS hoc est: ut consentiam [2]) veluti melius potens sis dicere. 4 QUANTUM POTES deest 'cito', ut sit: quantum potes cito abi.

351 1 ATQUE HEGIONI apud Menandrum Sostratae frater inducitur. 2 HUIUS filiae suae scilicet.

352 1 SIMULO nomen patris puellae est, diminutivum a Simo vel a Simone, et nota nomen in palliata fabula Latine diminutivum. 2. SIMULO FUIT SUMMUS 'summus' an ad cognatum an ad amicum refertur, an absolute, ut in Eunucho (271) 'plurima salute Parmenonem summum suum impertit Gnatho'? 3 ET NOS COLUIT MAXIME miserabilius 'coluit' quam si diceret 'colit'. Vergilius (Aen. 9. 300) 'per caput h. i., p. q. p. a. s.' c o l e r e autem et maioribus et minoribus convenit, ut (Verg. Aen. 2. 16) 'posthabita coluisse Samo'.

353 1 NOS monosyllabo finit exprimens vultuosam pronuntiationem. 2 TU MEA CANTHARA tristis ac seriae feminae blandimentum est 'mea' magis quam pronomen possessivum. (*a*)

2 *a* deest enim 'cara' vel quid tale, quod additum pronomen faceret 'mea'.

355 1 CURRE mire dictum aniculae 'curre'. 2 UT CUM OPUS SIT hoc est: cum adesse coeperit partus. 3 NE IN MORA NOBIS SIET <bona> locutio.

---

[1]) Wessn. post 'alii' supplevit <'a tali'>.

[2]) Pro 'ut consentiam' corrigendum esse suspicor 'consentio', vid. adn. ad. h. l.

3.

355 DISPERII CTESIPHONEM AUDIVI FILIUM hic ostenditur, quod severi homines ac recti et honesti tenaces vel ridiculi sint vel odio habeantur, quoquo accesserint; magno autem affectu et quasi exclamans addidit 'filium', quasi causam redderet, cur dixerit 'disperii'.

356 UNA FUISSE IN RAPTIONE CUM AESCHINO οἰκονομία, in qua ostenditur quantum commovebitur Demea ipsa re comperta, cum ex parva rei suspicione tantum se afficiat; raptio autem ad personam refertur, rapina ad rem, raptus ad stuprum, si proprie volumus loqui.

357 1 ID MISERO RESTAT bene 'restat', tamquam iam summum mali sit Aeschinum esse corruptum. 3 SI ILLUM POTEST non dubitat velle et ideo 'potest' dicit.

2 Et 'misero mihi' quasi qui nihil nesciat nihil curante Micione.

358 1 QUI ALICUI REI EST recte, de hoc enim supra dixit (94) 'non fratrem videt rei dare operam, ruri esse parcum ac sobrium?' 2 ETIAM EUM AD NEQUITIAM ADDUCERE quasi invitum dixit non 'vocare' sed 'adducere' (*a*); nequitia autem proprie libidinosa inertia dicta est, quod nihil queat nullique rei apta sit. (*b*)

2 *a* ducimus enim etiam orantes, adducimus invitos.
2 *b* *unde et nugae, quod nihil agant vel a non agendo.

359 1 UBI EGO ILLUM QUAERAM C. A. non 'isse' eum dicit sed 'abductum' esse, ut adhuc culpa non sit illius. 2 IN GANEUM 'ganeum' veteres tabernam meretricum dixerunt ἀπὸ τῆς γαίας, τουτέστι γῆς, eo quidem quod ipsa sit in terra, non ut cenacula superius. (*a*)

2 *a* *unde et taberna quasi trabena a validioribus dicta trabibus, quibus superiora suspensa sunt.

360 1 PERSUASIT ILLE IMPURUS suademus facilia, persuademus difficilia, 2 et suadere facientis est, persuadere perficientis. 3 'Impurus' pro improbo ponitur apud Terentium. 4 Et hic quoque excusata voluntas est Ctesiphonis, cui a maiore fratre et improbo ingesta sit persuasione nequitia.

361 1 SED ECCUM SYRUM IRE VIDEO 'ire' et abire et venire significat. 2 IRE VIDEO 'ire' pro venire, ut (Verg. Aen. 6. 392) 'nec vero Aeacidem me sum l. e.'

362 1 ATQUE HERCLE HIC DE GREGE ILLO EST figura ἐπανάληψις. 2 DE GREGE ILLO EST ordo vel bonorum vel malorum dicitur et gravium, ut equester ordo, senatorius ordo; grex vel bonorum vel malorum et levium est, ut Cicero (Catil. 2. 23) 'in his bonis gregibus omnes aleatores, omnes impuri impudicique versantur'.

363 1 QUAERITARE instanter quaerere. 2 CARNIFEX pro ganeo positum est.

364 NON OSTENDAM ID ME VELLE scilicet 'scire ubi siet'.

365 1 QUO PACTO HABERET ENARRAMUS ORDINE hoc recte, quia dixerat Micio (v. 153) 'nisi quicquid est volo scire atque hominem convenire, si apud forum est'. 2 ENARRAMUS pro 'enarravimus', ut (Verg. Aen. 3. 3) 'omnis humo fumat N. T.'; 3 et ORDINE bene, quia simpliciter fatetur; fallax autem et captiosa narratio est, quando timemus fateri.

366 NIHIL QUICQUAM VIDI LAETIUS quartum παρέλκον.

367 1 HOMINIS STULTITIAM scilicet quia laetatur ignorans 'ubi Aeschinus siet' (27).

2 *COLLAUDAVIT FILIUM plus est: non solum non accusavit, sed et 'collaudavit'.

369 1 DISRUMPOR mire: his enim verbis commovetur 'collaudavit' et 'egit gratias', et vide αὔξησιν stomachi reservatam. 2 ARGENTUM ENUMERAVIT contra illud est (63) 'cur tu his rebus sumptum suggeris'?

3 *Et non solum inquit 'annumeravit', sed quod peius est 'ilico'.

371 ID DISTRIBUTUM SANE EST EX SENTENTIA 'distributum' in diversa tributum, hoc est dispertitum per pulmentaria.

372 HUIC MANDES SI QUID RECTE CURATUM VELIS εἰρωνεία est maioris stomachi, quia ille dixit 'ex sententia distributum', id est, ut iudicat Demea, non distributum <sed> dilapidatum; sic alibi (Ph. 287) 'columen familiae, bone custos, salve'.

373 1 HEM DEMEA 'hem' interiectio est commoti et quasi perculsi re subita et nova. 2 QUID AGITUR blandientis est, non interrogantis, ut alibi (885) 'o noster, quid fit? quid agitur?'

374 1 NEQUEO MIRARI SATIS mira sunt illa, quae vehementer prava sunt, et ideo 'mirari' pro horrere ac reprehendere est. 2 *Et* RATIONEM ἰδιωτικῶς dixit malam, cum non sit ratio nisi bona. (*a*)

2 *a* Sed sic loquitur populus.

375 1 EST HERCLE INEPTA hoc ad senem. 2 NE DICAM DOLO ne mentiar, hoc est quasi ex contrario dicere videar, sed ut sedulo dicam. 3 ATQUE ABSURDA i n e p t u m est stultum tantum, a b s u r d u m quod et stultum est et in ipsa stultitia diversum et quasi repugnans sibi; sic ergo locutus est, ut videatur i n e p t a m rationem ad Aeschinum referre, a b s u r d a m ad Micionem, quem iam stultum fieri <non> contrarium senectuti est.

377 1 CONGRUM ISTUM MAXIMUM διαστολή, quia erant alii non maximi; ut e contrario (Verg. Ge. 2. 99) 'argitisque minor', quia est et maior, nam 'istum' quod ait δεικτικόν est; videtur enim ostendere digito, quem dicat. 2 IN AQUA SINITO LUDERE PAULISPER sic ostenditur bene obsonasse, qui vivos attulit pisces. (*a*)

2 *a* nam non ludit piscis nisi vivus.

379 1 PRIUS NOLO superbe et pro auctoritate non dixit 'non oportet' sed 'nolo'. (*a*) 2 Et nihil ex mora corruptelae accessurum pisci ex eo ostendit, quod ait 'ludere', hoc est et vivere et non laesum vivere; non enim dixit 'natare', quod possunt etiam languidi pisces; ipse etiam planum fecit, quid sit 'purga' dicendo 'exossabitur', 'purga' igitur e x o s s a significat, non ut quidam putant 'exossabitur' c o m e d e t u r. 3 MIHI QUIDEM NON PLACET rursus hoc ad senem, et vide quam totum superbe et confidenter dixerit ob amicitiam omnium dominorum excepto uno Demea, quem tam de illis contemnit.

1 *a* subauditur autem 'purgari eum'.

380 1 SALSAMENTA hoc ad discipulum. 2 SALSAMENTA aut salsi pisces aut lardum. 3 SALSAMENTA HAEC STEPHANIO in tota comoedia opera danda est, ut stomachetur Demea, excepto quod se ipse in fine commutat: haec ergo causa est, quare Syrus quoque illi obicitur magnifice inferens se ut luxuriosum licentemque servum, praesertim qui adolescentum paedagogus fuerit.

382 1 UTRUM STUDIONE aut ordo est 'utrumne' aut est παρέλκον tertium aut vero per ἔλλειψιν accipitur, quasi dicat 'utrum est?' aut 'utrum verum est?' quod qui accipit, 'utrum' subdistinguat et separet a sequentibus necesse est. 3. STUDIONE ID SIBI HABET si sciens laedit filium? 4 LAUDI PUTAT quia decipit.

2 UTRUM STUDIONE aut 'utrum' supervacuum est aut 'ne' aut certe τμῆσις figura est pro 'utrumne'.

383 1 SI PERDIDERIT GNATUM et magno affectu non dixit 'Aeschinum' et mire non addidit, cuius gnatum. 2 VAE MISERO MIHI hoc est quod supra dixit (137) 'aegre est, alienus non sum'.

384 VIDERE VIDEOR IAM DIEM ILLUM 'illum' dixit quasi quendam tristem ac funestum.

386 NON QUOD ANTE PEDES MODO EST VIDERE hoc sumpsit poeta de illo in physicum pervulgato ancillae dicto (Ennius, Iphig. 8 Ribb.[3]) 'quod ante pedes est, non vident: caeli scrutantur plagas'.

387 SED ETIAM ILLA QUAE FUTURA SUNT magis ridicula est assentatio, si quis maxime laudetur quibus maxime caret.

388 QUID ISTAEC IAM PENES VOS PSALTRIA EST dicendo 'istaec' ostendit iamdudum hac se indignari.

389 1 ELLAM INTUS ut (Andr. 855) 'ellum confidens catus'. 2 AN DOMI EST HABITURUS proprie, quia haberi uxor dicitur et haberi mulier, cum coit. 3 CREDO UT EST DEMENTIA sic et in Eunucho (525); et nominativus et septimus casus potest esse: si septimus, subaudias 'praeditus' aut quid tale; sed melius nominativum accipimus casum.

390 1 INEPTA LENITAS PATRIS ET FACILITAS PRAVA 'lenitas' ad permittendum, 'facilitas' ad ignoscendum; 2 sic quidam, sed ego lenitatem ad Micionem refero, qui haec leniter patitur, facilitatem ad Aeschinum, cui haec per licentiam facilitas datur; pravum autem est quod et ipsum laedit facientem, malum quod alios tantum.

391 1 FRATRIS ME QUIDEM PIGET PUDETQUE 'pudet' in his quae turpiter facit, 'piget' in his quae cum damno ac malo.

2 Et pudere ad dedecus, pigere ad dolorem refertur. 3 Pudet quod turpe est, piget quod dolet.

392 NIMIUM INTER VOS DEMEA *μεταδιόρθωσις*: nunc enim redditum est quod supra (385 sqq.) debebatur, et praeterea repetendo 'nimium' confirmavit superius dictum et *τὸ κρεμάμενον* solvit.

394 1 TU QUANTUS<QUANTUS> id est quantuscumque. 4 NIHIL NISI SAPIENTIA ES ILLE SOMNIUM nec tu 'sapiens' sed 'sapientia', nec ille 'somniculosus', sed 'somnium': *ὑπερβολή*.

2 NIHIL NISI SAPIENTIA ridicule prius additum 'nihil' quam quicquam laudis nomine; deinde si 'sapiens' dixisset, non tanta esset irrisio. 3 Sed ὑπερβολή: stultus es.

395 1 SINERES VERO ILLUM TUUM ab argumento fabulae (cf. 106) repetit 'sineres' nunc, 2 et εἰρωνικῶς interrogat.

396 2 Hoc est integris, ut ne unum quidem diem minus a sex mensibus sciat, quid coepturus sit filius: nimis comica et moralis asseveratio.

1 TOTIS SEX MENSIBUS 'totis' quasi longi sint.

397 2 <COEPERIT> non 'olfecerit', 3 et totum ridicule; nam quid olfecisset, qui nondum quicquam scire coepisset cuiusque naribus nihil obiectum fuisset? nam ideo nares dictae a naritate, quia nos odoratu doceant praesto et prope esse, quod oculi adhuc non vident.

1 QUAM ILLE QUICQUAM COEPERIT multum dixit et 'ante sex menses' et 'olfecissem' et 'prius quam coeperit'.

398 1 VIGILANTIAM TUAM TU MIHI NARRAS id est: quam maxime scio. 2 SIC SIET MODO UT NUNC EST non dicit qui, ergo respice ad argumentum (138 sqq.) et ridebis haec optantem Demeam.

399 UT QUISQUE SUUM VULT ESSE ITA EST hae sunt sententiae et semper hyperbolicae et pro personis ridiculae, Plautus in Milite glorioso (68) 'nimia est miseria, nimis pulchrum esse hominem'.

400 1 QUID EUM VIDISTIN HODIE 'quid eum?' initium interrogationis futurae de persona alicuius, sic in Heautontimorumeno (950) 'sed Syrum — Quid eum?' 2 TUUMNE FILIUM hoc clare. 3 TUUMNE FILIUM moris est, ut qui cogitat quid respondeat, interrogatione remoretur.

401 1 ABIGAM HINC RUS ut pecudem dixit 'abigam', non ut hominem 'mittam', — 2 ABIGAM hoc lentius [1]. — 3 et 'abigam' dixit, unde abactores dicti: Cicero in Verrinis (1. 28) 'equarum greges istum abigendos curasse'. 4 IAM DUDUM ALIQUID RURI hoc clare. 5 ALIQUID RURI AGERE ARBITROR hoc plus est quam 'illic esse': vult enim cum laude eius loqui, ut supra (95) 'rei dare operam, ruri esse parcum ac sobrium; 6 et 'agere' proprie dixit, nam ab agendo ager dictus est, quod in eo multa agenda sunt.

402 QUEM EGOMET PRODUXI mutata praepositione non 'deduxi' sed 'produxi' dixit, id est porro duxi.

---

[1]) Hoc scholium de pronuntiatione Donatus habuit post 3, iunctaque fuerunt 1 et 2.

403 METUI NE HAERERET HIC et haec (cf. 401. 1) translatio ut sublevat Ctesiphonem ita Aeschino invidiosa est; nam haeret avis non animo nec voluntate, sed visco decipientis aucupis.

404 QUID AUTEM 'quid' quare vel ob quam causam. Vergilius (Aen. I. 518) 'quid veniant', cui contrarium est idem significans 'id [quod] te oro' (Andr. 556).

405 1 NIHIL RETICUIT mirum enim minorem fratrem non perpercisse maiori nec reticuisse quidquid erat opus.

407 1 COEPIT CLAMARE ἠθικῶς totum, et 'coepit clamare' et quod sequitur.

404 2 ADORTUS EST IURGIO a g g r e d i m u r de longinquo, a d o r i m u r ex insidiis et ex proximo, nam a d o r i r i est quasi ad aliquem o r i r i, id est exsurgere.

405 2 DE PSALTRIA ISTAC hic mire senem imitatus est et memoriter, quia ille dixerat (388) 'quid? istaec iam penes vos psaltria est?'

406 1 INTERVENIT HOMO DE IMPROVISO i n t e r v e n i r e est in medio negotio quasi ex insidiis supervenire et opprimere in ipso actu eos, qui rem celatam vellent. 2 Et vide, quam oratorie narret gestionem rei, quae numquam facta sit; his enim fides fit.

407 2 AESCHINE HAECINE FLAGITIA FACERE TE (*a*) vide pondus in nomine Aeschini.

2 *a* a persona accusatio.

408 1 HAEC TE ADMITTERE αὔξησις, nam plus est 'admittere' quam 'facere'. 2 HAEC TE ADMITTERE INDIGNA pronum est haec statim credere Demeam de eo, quem et superius (94) laudaverit 'non fratrem videt rei dare operam, ruri esse parcum ac sobrium?', unde mira poetae arte et initia et media et postrema sibi congruunt atque respondent.

409 LACRIMOR PRAE GAUDIO immoderata laetitia et maxime parentum lacrimas habet, recte ergo additum 'gaudio', quia solum 'lacrimor' maerorem significat.

410 NON TU HOC ARGENTUM PERDIS SED VITAM TUAM haec figura oratoria δεινότης dicitur, etenim ostenditur non esse mediocre quod factum est.

411 HUI quasi admiretur ipse, quae narrat.

412 1 SYRE PRAECEPTORUM PLENUS EST ISTORUM ILLE vide Demeam

non desinere culpam Aeschini in Micionem conferre, cum e contrario praeceptorum suorum vult esse quod sapit Ctesipho. 2 *Et* ISTORUM quae dicis scilicet (410) 'non tu hoc argentum perdis' etc. 3 PHI interiectio est mirantis.

413 1 DOMI HABUIT UNDE DISCERET id est te. 2 FIT SEDULO ἠθικῶς dictum est 'fit', 3 et SEDULO sine dolo, id est instanter, quia neglegentes dolosi dicuntur.

415 INSPICERE TAMQUAM IN SPECULUM VITAS HOMINUM IUBEO videndum, an recte 'speculum' induxerit, cum alienas vitas dicit inspiciendas esse; nisi forte hoc ad causam admovendi speculi, non ad effectum referemus, nam causa inspiciendi speculi emendatio est vultus, effectus formae per imaginem resultatio.

418 1 HOC LAUDI EST et HOC VITIO DATUR non philosophice, sed civiliter monet, (*a*) 2 ergo ut idioticus et comicus pater, non ut sapiens et praeceptor.

1 *a* *non enim dixit 'hoc bonum est' sed 'hoc laudi est', nec 'hoc malum est' sed 'hoc vitio datur'.

417 1 CALLIDE callidus dictus est etiam qui exercet dolos. 2 Callidus dicitur, qui callum sibi usu artis induxerit [1].

418 3 ISTAEC RES EST non quam rem gerit Micio, (*a*) et significat: hoc verum est, hoc utile est.

3 *a* non enim utilem agit.

419 1 PORRO AUTEM prope delinitus erat Demea contra institutum argumenti, artificiose igitur poeta subiecit ex persona servi, unde illum ad amaritudinem provocet. 2 *Et* porro autem, at, vero et huiusmodi principia sunt narrationum, quibus superiora sequentibus conectuntur.

422 1 NAM ID NOBIS TAM FLAGITIUM EST non dixit 'peccatum' irridens senem, sed 'flagitium'.

2 Et quid est 'flagitium'? corrumpi pisces vel talia.

423 QUOD QUEO quod possum, sed sic maluit dicere, ut, <cum> illudentem de sua arte fecisset Syrum, et hac re ostenderet nihil ab illo dici serio; 'quod queo' enim a coquendo παρόμοιον sumpsit; sic et infra (427) 'sedulo moneo, quae possum pro mea sapientia', et Ciceronis dictum refertur in eum, qui coqui filius secum causas agebat 'tu quoque aderas huic cau-

[1] De his scholiis vide adn. ad h. l.

sae': nam apud veteres c o q u u s non per C litteram, sed per Q scribebatur.

424 AD EUNDEM ISTUM PRAECIPIO MODUM arguta imitatio ad deridendum Demeam omnium, quae ille serio supra (412) dixerat.

425 1 HOC SALSUM EST HOC ADUSTUM hoc coniuncte et contexte dicitur, quia non vicissim Syro assentatur senex. 2 LAUTUM lav<a>tum.

427 PRO MEA SAPIENTIA *διασυρτικῶς* 'sapientia' dixit, quia condimenta gustu et sapore temperant coqui.

429 INSPICERE IUBEO ET MONEO QUID FACTO OPUS SIET et hic 'speculum' non ad imaginem vultus, sed ad contuitum contrapositae rei rettulit.

430 1 NOS QUAE FACIMUS non 'coqui' sed 'Micio Aeschinus et familia'. 3 SENTIO cum dilatione et vultuose dicendum 'sentio'.

2 *An 'nos' pro d o m i n i posuit? an 'nos' pro e g o? et hoc melius.

431 1 VERUM QUID FACIAS 'quid facias' pro: quid faciat unus quisque scilicet. 2 UT HOMO EST ITA MOREM GERAS utrum servis aptum proverbium an amicis, ut (An. 68) 'obsequium amicos, veritas odium parit'? [1]) 3 Et haec sententia modo velut querela demissa voce proferenda est.

432 MENTEM VOBIS MELIOREM DARI *πρὸς τὸ* '<numquid> vis' respondit agresti veritate; nam respondendum erat 'recte' aut 'valeas', sed hic, ne vel abiens blandus esset, pro salutationibus ipsis amara supponit; et memento hunc etiam eundem insalutatum relinquere, qui adveniens paulo ante (81) nec salutaverit nec resalutaverit fratrem; 'meliorem' autem pro bona ac tolerabiliore posuit, non enim bonam credit, ut meliorem optet, sic et Vergilius (Ge. 3. 513) 'di meliora piis e. h. i."

433 3 TU RUS HINC ABIS qui consuetudinis memor est, animadvertit has interrogationes non inquirendi causa poni, sed admonitionis loco esse apud eos, quos velimus abscedere, sic igitur interrogat, ut hortetur, et sic pronuntiat, ut et fiat et amplietur, quod facit.

1 TU RUS HINC ABIS vult Syrus nosse, an eat. 2 NAM QUID TU HIC AGAS addidit hortatum, ut quam primum abeat.

---

[1]) Vide adn. ad hoc scholium.

435 QUANDO IS QUAM OB REM nova locutio 'is quam ob rem' pro: is propter quem, sic et alibi (49) 'in eo me oblecto, solum id est carum mihi'.

436 1 ILLUM CURO UNUM cum exceptione 'unum', et tamen sic loquitur, ut appareat non posse illum sibi imperare oblivionem Aeschini, nam idcirco addidit 'quando ita vult frater, de istoc ipse viderit'. 2 <QUANDO ITA VULT FRATER DE ISTOC IPSE VIDERIT> amare coeperat et ideo tenet, nam (131) 'ambos curare propemodum reposcere illum est quem dedisti'.

438 SED QUIS ILLIC EST QUEM VIDEO PROCUL ESTNE HEGIO inventa causa est, cur non abeat Demea propter reliquam fabulae partem, et simul <ut> aliud quod indignetur inveniat; bene autem dubitat esse familiarem civem ut multum absens a conspectu civium.

441 1 NE ILLIUS MODI MAGNA NOBIS CIVIUM PENURIA EST 'ne' valde; 'illius modi' cuiusmodi Hegio est. (*a*) 2 Et magna οἰκονομίᾳ senex laudatur, ut postulationi eius statim adsit fides.

1 *a* id est qualis.

443 HAUD CITO MALI QUID ORTUM EX HOC SIT PUBLICE utrum hoc optantis est, ne moriatur, an testimonium vitae hominis numquam obfuturi rei publicae?

444 UBI ETIAM HUIUS GENERIS <RELIQUIAS> id est paucos ac raros bonos, (*a*) ideo et 'restare' dixit.

a nam r e l i q u i a s pro relictis paucisque dicunt.

445 VIVERE ETIAM NUNC LIBET ex hac delectatione ostenditur Demea et quam peccantibus sit amarus ac saevus et quam facile huius incusationi tamquam gravi testimonio crediturus sit et quantum doliturus sit pro Aeschino, qui distat a talibus viris.

4.

447 1 PRO DI IMMORTALES FACINUS INDIGNUM GETA haec scaena fidem amici erga defunctum, maturitatem senilis orationis et accusationem eius, quem laedere nolit ipse accusator, continet. 2. FACINUS INDIGNUM recte, indignum facinus iam narravit Geta: non enim apud spectatores iterum fuerunt dicenda, quae dicta sunt; illud sane admirandum eiusmodi Hegionis verba induci, qualia

esse debuerunt tantum praelaudati viri et eiusdem Hegionis amici Demeae.

448 QUID NARRAS mirantis est, non interrogantis.

449 1 O AESCHINE POL HAUD PATERNUM mira maturitas, in qua nescias, utrum magis iniuria facta orbae virgini an Aeschinum peccasse plus doleat, servatur enim in Hegione, quod et bonus vir sit et amicus. 2 TAM ILLIBERALE FACTUM hoc est non odisse cui succenseas, laudare homines, factum reprehendere.

450 2 *Et* DEDISTI pro 'fecisti'; sed sic dicitur in re magna, ut (Verg. Aen. 12. 453) 'dabit ille ruinas a. s. s.'

1 HAUD PATERNUM ISTUC DEDISTI deest 'facinus'.

451 DE PSALTRIA HAC AUDIVIT sic errat Demea, ut intellegatur, quantum debeat irasci in his, quae inopinata audiet.

450 3 VIDELICET DE PSALTRIA HAC AUDIVIT 'videlicet' confirmativum est. 4 Ut videlicet videre licet, sic et scilicet scire licet et ilicet ire licet.

452 1 IS NIHIL PENDIT abundat 'is', ut in Heautontimorumeno (220) 'perii! is mihi, ubi adbibit plus paulo, sua quae narrat facinora!'

2 Aut 'is' pro ipse, subiunctivum pronomen <pro> minus quam finito.

453 UTINAM HIC PROPE ADESSET quasi non sibi crediderit dicenti (93) 'in ore est omni populo.'

454 2 *Et* NISI si non significat. 4 QUAE ILLOS AEQUUM EST subauditur <'facere'> a superiore per *σύλληψιν* intellectum. 5 HAUD SIC AUFERENT id est: leviter abibunt vel subtrahent culpam. 6. HAUD SIC AUFERENT civilis et matura comminatio; et est 'sic' *δεικτικόν* gestum continens levissimae et parvae significationis.

1 *HAUD SIC AUFERENT quomodo accipimus 'haud sic auferent'? an factum suum auferent? an: nisi correxerint culpam, non silentio transituros ipsos id ipsum quod factum est? 3 SIC δεικτικόν est.

455 IN TE SPES OMNIS HEGIO ut narratio non fuerat necessaria, ita preces interponendae sunt.

456 1 TU ES PATRONUS TU ES PARENS 'patronus' aut temporale nomen est defensoris aut certe appellatio, per quam ostenditur, quod illi cultus et obsequium debeatur; est enim nomen ad aliquid; 'parens' autem veri amoris nomen est et aequali loco continet interpretationem. 2 Et vide, quam vigilanter poeta,

cum simpliciter matronam de absente Hegione loquentem induceret 'coluit nos' (352) dixit, cum servus et supplex apud praesentem loquitur, 'tu es patronus' inquit.

457 ILLE TIBI MORIENS NOS COMMENDAVIT SENEX servus magnum addidit veritatis indicium dicendo 'moriens'; nemo enim moriens non vera loquitur et urgentia, unde in iure ultima indicia certiora sunt, sic et alibi (Andr. 227) 'hanc mihi in manum dat, mors continuo ipsam occupat'.

458 1 SI DESERIS TU PERIMUS proprie quasi patrono, nam socius deficit, parens prodit, patronus deserit, sic Sallustius (Hist. 1 fr. 22 M.) 'post defectionem sociorum et Latii' (*a*) et (Ter. Ad. 662) 'prodidisti et te et illam miseram et gnatum, quod quidem in te fuit'; Plautus (Curc. 548) 'qui libertos habent, eos deserunt'; hinc et milites, qui defensores patriae debent esse, desertores dicuntur [1]. 2 Haec omnia magnam vim habent, si per singulas partes orationis considerentur, ad commovendum precibus Hegionem.

1 *a* et (Verg. Aen. 1. 251) 'unius ob iram prodimur'.

456 3 Et TU ES PATRONUS ab honesto; TU ES PARENS a iusto.

458 3 Et SI DESERIS TU PERIMUS et huic maxime rei respondet contrarie, quae illum maxime commovit, ut (Verg. Aen. 7. 452, cf. 440) 'en ego victa situ' et ut (Aen. 9. 392, cf. 866) 'pulsus ego?' alii πρὸς τὸ 'perimus' τῷ εὐφημισμῷ responsum putant.

459 2 NEQUE ME SATIS PIE POSSE ARBITROR honesta locutio, quae significat: quicquid fecerit pro pietatis debito, illius merito parum esse; sensus autem hic est: neque faciam quod nefas est, ut vos deseram, nec hoc ipsum quod facio, satis pium est pro tanta necessitudine. 3 Et bene addidit 'satis', ut <sit>: etsi pie, non tamen satis.

1 SATIS PIE POSSE deest 'facere'.

460 SALVERE HEGIONEM PLURIMUM IUBEO ideo praevidit Demea, non praevisus est, quia oportuit illum audire, quae loqueretur Hegio, et ex illius iam verbis in indignationem moveri; 'iubeo' autem volo significat, (*a*) et est Homericum (Il. 1. 134; cf. 3. 258) '*κέλεαι δέ με πάντ' ἀποδοῦναι †εθελομην γαρ εκτωρα συνεννιαιενα.†*

a *ab eo quod sequitur id quod praecedit; non iubemus enim nisi quod voluerimus.

[1]) Cf. Wessn. in var. lect.

462 MAIOR FILIUS TUUS AESCHINUS artificiosissima postulatio, in qua statim, <ne> Demea diceret nihil ad se hanc querelam pertinere, quippe qui Ctesiphonem curare debeat, infertur causa, cur non dissimulet pater, quia 'filius', quia 'maior' est, quia 'Aeschinus', si quid est in ipso nomine caritatis, quia fratris adoptivus, quia bonus et liberalis et contra haec quibus laudatus est fecit.

463 NEQUE BONI quasi id quod est vel id quod esse debet.

464 NEQUE LIBERALIS FUNCTUS EST OFFICIUM VIRI quaerendum, inter bonum et liberalem quid intersit: an bonus est qui non nocet, liberalis qui etiam prodest? an bonus est qui non peccat in facto, liberalis qui nec in verbo quidem?

466 1 <AEQUALEM> aequaevum, ὁμήλικα. 2 QUIDNI plus est 'quidni?' quam 'noveram', nam quasi corripit dubitantem dicendo 'quidni?' ut subaudiatur 'noverim'. 3 FILIAM EIUS VIRGINEM <VITIAVIT> vide quantum valeat <in> iniuria vel dignitas personarum: non contentus facinore personas ante credidit ponendas.

467 HEM interiectio nunc irati est et irati vehementer, quippe qui aliud vitium audiebat praeter crimina, quae sciebat.

468 1 QUOD EST GRAVISSIMUM quia illud grave. 3 AMPLIUS id est maius.

2 *AN QUICQUAM EST ETIAM AMPLIUS 'amplius' quantitatis est, nam ideo 'nondum etiam audisti, quod est gravissimum'.

470 1 PERSUASIT NOX AMOR VINUM ADVLESCENTIA Plautus in Bacchidibus (87) 'quid hoc illecebrosius fieri potest, nox mulier vinum, homini adulescentulo?' 2 Et haec omnia ab impulsionis parte dicuntur, non a ratiocinationis, ideo et 'persuasit' dixit, nam instans persuasio impulsio dicitur, ut ipse (An. 266) 'dum in dubio est animus, paulo momento huc vel illuc impellitur'.

471 1 HUMANUM EST nihil iam de ea sumptum consuetudine est, quod non humanum, et hoc dicere solemus, ubi peccatum quidem non negamus, sed tolerabile esse dicimus.

470 3 PERSUASIT NOX AMOR VINUM ADULESCENTIA haec ἀσυνδέτως inferuntur, ut multa videantur. 5 Proximum huic et simile est in Hecyra (138) 'cum virgine una adulescens [ut] cubuerit plus potus, se abstinere ut potuerit? non veri simile dicis nec verum arbitror', Vergilius (Ge. 2. 455) 'Bacchus ut ad culpam causas dedit'.

4 VINUM plus dixit 'vinum' quam si 'vinolentia' diceret, ut (394) 'tu nihil nisi sapientia es, ille somnium'.

471 2 UBI SCIT FACTUM id est: intelligit, sentit, quia † supra future † [1]) peccaverit. (*a*)

2 *a* *et quia qui impulsione peccat, non peccat ratiocinatione. 3 Et hic locus illi rei occurrit: cur ergo tacuisti?

472 1 ORANS OBSECRANS orare est placidos petere, obsecrare iratos rogare; unde plus facit 'obsecrans' quam 'orans', plus vero 'orans' quam 'rogans', Cicero (divin. in Caec. 3) 'rogare et orare'. 2 VENIT IPSE ULTRO LACRIMANS mire: 'ad matrem venit ultro', ne quid leniter aut mollius mulier tulisse ac prope pactionem iniisse videretur.

474 1 IGNOTUM EST TACITUM EST CREDITUM EST ἀσυνδέτως ut solet per συντομίαν sic loquitur, ut (Ph. 103) 'imus venimus videmus'; (*a*) 2 et honestius impersonaliter quam 'ignovimus, tacuimus, credidimus'. 3 VIRGO EX EO COMPRESSU GRAVIDA <FACTA> EST hoc addidit, ne ex viliore usu et inhonesta patientia virginis ad conceptum libido pervenerit; (*a*) idcirco et a vitio virginis tempus ostendit, ut cum facto ratio conveniret.

1 *a* *'ignotum est' autem, quod ultro venerat et lacrimans; 'tacitum est' quod orabat et obsecrabat; 'creditum est', quod fidem dabat et iurabat. 3 *a* *et praeterea quia et hoc dici potuit: ille quidem vitiavit virginem, sed quid si ex alio concepit postea, quae iam gravida facta est?

476 3 *Et* 'bonus vir' εἰρωνεία quidem est, sed ab eo posita, qui indignetur virum bonum esse debuisse qui non sit: ut supra (463) 'neque boni neque liberalis functus est officium viri'; 4 et simul considera, quo nomine Aeschinum vocet, virum appellans scilicet, qui vult eius certa esse promissa et qui illum iam pridem videri maritum velit; 5 'nobis' autem ex abundanti τῷ ἀττικισμῷ ad indignationem relatum est. 6 SI DIS PLACET bene interpositum ad invidiam 'si dis placet', scilicet per quos iuratum est.

1 ILLE BONUS VIR εἰρωνεία indignantis in loco addita est verbis ardentibus. 2 ILLE BONUS VIR NOBIS PSALTRIAM SI DIS PLACET conclusio accusationis. 7 PSALTRIAM NOBIS τῷ ἰδιωτισμῷ; sic enim dicimus, et est consuetudinis pervulgatae.

477 1 ILLAM DESERIT hoc est: cui <e> contrario dum vivat obstrictus est. 2 *Et* DESERIT virginem scilicet.

478 1 PRO CERTON TU ISTAEC DICIS hoc ideo non dicit, quia fidem non habeat narranti, sed quia mira sunt scelera. 2 MATER VIR-

[1]) Vide adnot. ad h. l.

GINIS IN MEDIO EST terribiliter satis 'in medio est', quasi retineri non possit nec cohiberi, quin rem prodat publice, (*a*) 3 hoc ergo sublatis superciliis dicendum est 'in medio est'. (*a*)

2 *a* et praeterea cum argumentorum genera duo sint, ἔντεχνον καὶ ἄτεχνον, sicut in rebus manifestis ἀτέχνῳ utitur. 3 *a* nam lentius erat, si diceret 'praesto est'.

479 IPSA VIRGO scilicet quae in Aeschinum reum et testis et crimen est; et ideo addidit 'res ipsa', hoc est pondus uteri exactis ad pariendum mensibus.

480 1 PRAETEREA UT CAPTUS EST SERVORUM ad haec intellegamus aliter dici non inertem Socratem, aliter non inertem servum; aliter non malum Scipionem, aliter servum non malum esse. 2 UT CAPTUS EST quantum capit animus servilis, tantum 'non malus neque iners' Geta. 4 UT CAPTUS EST SERVORUM NON MALUS id est ut se habet condicio servorum, Afranius in Simulante (cf. 9 Ribb.[3]) 'uti servorum captus est, facillime domo atque nostra familia provenditur' [1]). 6 NON MALUS hoc est fidelis.

3 *a* An 'ut captus est': quemadmodum saepe aucupium in servis habendis bonum evenit, ut in captu avium vel piscium vel ferarum plurimum fortuna dominatur? et hoc ideo, quia servum bonum evenire non ratio est aut natura, sed casus est utpote in re rarissima; ut sit 'ut captus est servorum' ut eventus est in servis. 5 Ego 'captus' sortem intellego.

481 1 NEQUE INERS et artem habens. 2 Oratorie futurum testem et indicem laudat, sed ne id improbe facere videatur, parcius id facit, non ergo dixit 'bonus et sollers', sed quod in servo sufficit 'non malus neque iners'; 3 et proferendi Getae haec maxime causa est, ne, quod permittere videatur in servo pauperis, atrocius fiat; 4 et simul ut haec προθεράπευσις non contristet Getam, quem prius laudat dicturus 'hunc abduce, vinci, quaere rem'. 5 ALIT ILLAS SOLUS duas hic res docet: et unde vivant, quod testimonium pudicitiae est, et gravem testem posse esse Getam. 6 SOLUS incerta distinctio est 'solus', sed melius est 'solus omnem familiam sustentat'.

482 1 <SUSTENTAT> hoc verbo tenuis victus ostenditur, quod bene frugi esse monstratur in feminis. 2 HUNC ABDUCE VINCI QUAERE

---

1) Sic omnes codices, cf. Wessn. in v. l.

REM non multum permittit utpote de alieno servo; adeo Geta plus de se largietur; ipse tamen tria posuit ἀσυνδέτως, ut multa videretur dicere. 3 HUNC ABDUCE ut (Verg. Aen. 9. 463) 'tu, Voluse, armari Volscorum edice maniplis'; nam postea E littera huiusmodi verbis ablata. 4 HUNC ABDUCE VINCI <QUAERE REM> [1]) bono ordine: et 'abduce' illuc, ubi nemo possit intercedere, et 'vinci', ne solutus <sit>, <et 'quaere'>, [1]) ut sciat, si verum servus accuset. 5 QUAERE REM latenter praeter vincula etiam tormenta significavit, nam hoc 'quaere rem' pete rei veritatem significat.

483 1 IMMO HERCLE EXTORQUE (*a*) *et* bene ipse de se plus apertiusque largitur. 2 EXTORQUE multum dixit: non 'torque' sed 'extorque'.

1 *a* ἄτεχνος πίστις. 3 *Et torquemus hominem, extorquemus veritatem.

485 1 PUDET aversus hoc dicit et perturbatus Demea. 2 Maioris erit ponderis 'pudet' dictum, si 'me' nec addas nec subaudias.

486 DIFFEROR DOLORIBUS divellor, discrucior, dilaceror, et proprie hoc genus querelae convenit parturienti et cui viscera distenduntur et ei quae inexpertum dolorem nunc primum sentiat.

487 1 IUNO LUCINA FER OPEM bona procuratio poetae, ut et vox parturientis pro testimonio succedat ad inflammandum Demeam; et nota puellarum, quae in comoediis honestae sunt et ex amore ducuntur, aut nullam in scaena esse aut rarissimam vocem. 2 FER OPEM partui, SERVA ME OBSECRO parturientem; duas enim res poscit haec precatio: et nascentis et parturientis salutem.

488 NUMNAM ILLA QUAESO PARTURIT 'illa' scilicet, de qua sermo est. (*a*)

a quid enim opus fuerat nomine?

489 1 ILLAEC FIDEM NUNC VESTRAM haec oratoria πλάσις est: non enim vere rogat, sed hoc videtur facere. 2 Et implorare est in malis positos cum ploratu aliquem rogare.

490 QUOD VOS VIS COGIT ID VOLUNTATE artificiose, ne totum suppliciter agendo diffidere causae videatur, 'vis' igitur 'legum' intellegitur.

491 1 DEOS QUAESO UT VOBIS DECET hoc est; non voluntate adver-

[1]) Ego supplevi; ceterum vide adn. ad h. l.

sarium fore. 2 UT VOBIS DECET παραινετικῶς dixit, non 'ut puellae utile est', sed 'ut vobis decet'. 3 VOBIS DECET Graece dixit: ὑμῖν πρέπει. (*a*)

3 *a* et deest 'facere'.

492 1 SIN ALITER ANIMUS EST officium amici exsequitur in reddenda causa, cur adversarius futurus sit. 2 EGO DEMEA ἐν ἤθει 'ego, Demea'.

493 1 SUMMA VI DEFENDAM HANC non dixit id quod est 'vos ulciscar' sed 'hanc defendam'; 3 quasi iure et officio suo locutus est et exaggeravit culpam Aeschini, qui videbatur in uno et eodem facinore vivos mortuosque laesisse.

2 *ATQUE ILLUM MORTUUM idonea causa adversus vivos faciendo pro mortuo scilicet.

494 1 COGNATUS MIHI ERAT causa exposita iam agit Hegio de persona sua utrum recte faciat, et quam personam deinde acturus sit ostendit, dicit <enim>, cum amicitiarum duo genera sint, unum necessarium, id est propinquitas sanguinis, alterum voluntarium, quo nobis etiam alienissimi coniunguntur, Micionem sibi ac Demeam et vivos et voluntarios tantum amicos esse, Simulum vero et mortuum et non solum amicum voluntate sed etiam necessitudine fuisse coniunctum, in qua re et illi non deerit et his purgatur. 2 Et 'cognatus mihi erat' vultu adiuvat, quia non a coniunctione inceptiva sumpsit exordium.

3 COGNATUS MIHI ERAT officia multa contra unum officium amicitiae Demeae ac Micionis.

496 1 PAUPERTATEM UNA PERTULIMUS ἐπαναφορά, 2 et quia magis coniungit malorum consortium quam bonorum.

497 1 ITA [1]) FACIAM EXPERIAR sic dicit, ne dicat 'vindicabo', quod vult magis significatum esse quam dictum, 2 et ne [2]) ei diceretur 'nihil poteris', quod ad incipiendum sufficit dixit 'experiar'.

498 ANIMAM RELINQUAM modesta comminatio: prius quid sibi possit evenire dixit, quam quid passurus sit Aeschinus.

499 1 FRATREM CONVENIAM HEGIO vultuose pronuntiandum hoc quod addidit 'Hegio', quasi dicat: res in manu fratris est constituta, non mea. 2 QUID MIHI RESPONDES respondere proprie

---

[1]) Terentius: 'nitar'.

[2]) Codd. 'Et re', correxi 'et ne'.

dicitur, cui lis intenditur, spondere enim proprie est priorem loqui, (*a*) respondere posteriore loco dicere.

2 *a* quasi 'spondeo' id est verba fundere, ut (Verg. Aen. 5. 842) fundetque has ore querelas'.

500 SED DEMEA HOC TU FACITO ἐπιθεράπευσις supra habitae comminationis.

502 1 QUAM VOS FACILLIME AGITIS ut (Eun. 261) 'facile victum q.' 2 Et vide, quam oratorie laudes sumpserit argumenta suadendi.

503 AEQUO ANIMO AEQUA NOSCERE OPORTET bene dixit 'aequo animo', quia potentior et fortior contra naturam est aequitas.

505 REDITO prosequebatur abeuntem, quemadmodum apparet ex verbis.

506 DECET TE FACERE sollicita obsequela Hegionis ultima in loquendo ostendit impotentiorem personam contra Aeschinum; quo magis gaudium crescit comoediae, quando tali ac tanto pauperior puella sed tamen cupita iungetur.

507 1 NON ME INDICENTE quia dixerat (139) 'ipse sentiet posterius'; 2 et nimis dura compositio sed apta irascenti. 3 UTINAM HIC SIT MODO DEFUNCTUM 'utinam' desperandi vim habet; 6 DEFUNCTUM finitum, hoc est: ne ulterius peccet Aeschinus.

4 HOC id est negotium in raptu virginis. 5 DEFUNCTUM finitum, id est: ut non peiora committat.

508 NIMIA ILLAEC LICENTIA quam illi dat Micio.

509 PROFECTO EVADET per ardua et interrupta veniet.

510 HAEC EVOMAM non 'effundum' sed 'evomam', utpote quae me aequum faciunt, quibus me relevabo, cum ille languor egestus sit. (*a*)

a nam 'evomam' translatione hoc significat.

5.

511 1 BONO ANIMO FAC SIS SOSTRATA hi sex versus in quibusdam non feruntur. In hac scaena videtur iam locutae Sostratae Hegio respondere: potest tamen et ipse incipere, tamquam qui et rem noverit et maerore eius moveatur. 2 BONO ANIMO FAC SIS SOSTRATA meminisse debemus, quod dixit (506) 'duc me intro ad Sostratam' et quod hoc 'intro' in proscaenio est παρὰ τὸ πιθανόν, non post scaenam; nam aliud significat 'eamus intro' (Ph.

1054) <aut> [1] ubi dicitur (An. 980) 'intus despondebitur, intus transigetur, si quid est quod restet'; illud enim interius agitur extra omne proscaenium. 3 FAC SIS SOSTRATA 'sis' honorifice additur verbo, ne, quod imperativo modo pronuntiatur, superbum sit; deductum est autem a senatus consulti formula: ubi aliquid senatus consulibus iniungit, addit 'si eis videatur'. 4 ET ISTAM QUOD POTES quia vox ipsa tristis est et circa tristem filiam, 'quod potes' dixit.

512 1 FAC CONSOLERE duas res dixit quas et ordine locutus est: et tu bonum animum habe, inquit, et filiam fac habere. 2 EGO MICIONEM quia Demeam iam vidit.

514 SI EST FACTURUS OFFICIUM hoc dicendo promittit ipsum esse facturum. (*a*)

a *nam facile est unum quemque officio suo fungi.

516 UT QUID AGAM QUAM PRIMUM mature neque comminatur neque segnem ostentat se fore.

IV

1.

517 1 AIN PATREM HINC ABISSE RUS hic ostenditur timiditas boni adulescentis et reversi ad peccandum ex delicti conscientia et reverentia parentis; apparet item mos verorum patrum circa filios Syro Demeam describente. 2 AIN PATREM HINC ABISSE RUS compendio ostenditur, quid sit iam locutus Syrus.

518 1 NUNC CUM MAXIME OPERIS ALIQUID FACERE CREDO vide quasi ἰδίωμα verborum Syri esse, de opere loqui; sic enim dixit et Demeae (401), sed illud falso, hoc serio. 2 UTINAM QUIDEM 'apud villam sit' subaudiendum et distinguendum, antequam inferas quod sequitur.

519 QUOD CUM SALUTE EIUS FIAT hoc est non odisse patrem, sed tantum timere ex proprio delicto; servatur enim in eo et amor filii et amoris affectus.

---

[1]) Supplevi <aut>, cf. Wess. in v. l.

520 1 UT TRIDUO HOC PERPETUO quantum sufficiat amatori.
2 Et non opus erat 'perpetuo' dicere, si 'triduum' dixisset.

521 ET ISTOC SI QUID POTIS EST RECTIUS deest 'addi', nam si mortem significaret, non conveniret adulescentem 'ita' dicere, videtur enim plus temporis optasse languori. 2 [NAM HUNC DIEM MISERE NIMIS CUPIO] [1]) 'moriatur' scilicet; et hoc aversus servus debet dicere, ne indecorum adulescentis personae sit ad haec 'ita' dixisse, quamquam eiusmodi adulescentes inducant comici, ut Naevius in Tribacelo (Ribb.³ p. 26) 'deos quaeso, ut adimant et patrem et matrem meos'.

522 1 MISERE NIMIS CUPIO abundat 'nimis' more comicorum, qui hoc dicto asseverationem inculcabant. 2 CUPIO UT COEPI PERPETUUM IN LAETITIA DEGERE qui et supra dixit (287) 'ita quaeso, quando bene successit, hilarem hunc sumamus diem'.

523 1 ET ILLUD RUS NULLA ALIA CAUSA TAM MALE ODI mire ostendit omnia ex delictis in pravum verti, adeo ut miseram putet adulescens suburbanam villam, qua re ceteri delectantur; 'illud' ergo tamquam cum detestatione dixit. 2 Et MALE nimis et misere, nam n i m i u m et malum et miserum est secundum illam sententiam (An. 61) 'ut ne quid nimis'.

524 QUOD SI ABESSET LONGIUS iam amori magis quam rei consulit adulescens.

526 IAM HUC RECURRET mire de sene 'recurret' dixit, ut eius instantiam demonstraret.

528 1 NIHILNE IN MENTE EST sic hoc accipiendum est, ut adulescenti libero malitiam putemus, non sapientiam deesse: adeo in hac re magister est servus. 2 TANTO NEQUIOR sic hoc dictum est, ut e contrario dicimus 'tanto melior' (Heaut. 549). 3 NUMQUAM QUICQUAM *παρέλκον* pro 'numquam', id est non.

529 1 CLIENS AMICUS HOSPES NEMO EST VOBIS vide magistrum ad nequitiam, ut simplici adulescenti mentiendi viam demonstret et honestum temptet afferre argumentum ad mendacium: propter clientem, amicum aut hospitem in urbe cessare; quod tamen nec sic intellegit ut rudis ac rusticus adulescens.
2 *CLIENS AMICUS HOSPES NEMO EST VOBIS mire sic interrogavit

---

[1]) Scholium pertinet ad versus initium: 'ita fiat.'

ut qui agrestes inhumanosque reprehendat et insociabiles aliis ob asperitatem rustici sonis.

535 LAUDARIER TE AUDIT LIBENTER quod de Demea dicitur, in omnes parentes dici puta; nam nemo tam asper est pater, qui non statim mitescat laudato filio.

536 1 VIRTUTES NARRO non dixit 'elegantem indolem' sed 'virtutes'; sunt autem perfecti sapientis vel divi alicuius. 2 Et bene cum stupore respondet 'meas?' ostendens quod nullae essent.

530 1 [QUAE NON DATA EST NON POTEST FIERI] [1]) a superiore subauditur, veniat in mentem', id est: cogita dari potuisse et datam dicito. 2 QUAE NON DATA EST NON POTEST FIERI hic de facto quaestio est, in qua quidam disputant quaedam tunc possibilia intellegi, cum facta sint; cum autem non fiant, non modo non fieri, sed ne possibilia quidem esse dicenda: qui locus περὶ δυνατῶν dicitur. 3 POTEST iterum subauditur 'ut data sit' vel 'ut credatur data'.

531 INTERDIUS bene, quia amatori maxime noctu opus est [2]).

532 1 VAH QUAM VELLEM ETIAM NOCTU hoc utriusque personae convenit, sed melius a Syro et facetius dicitur; 2 *et* quidam totum personae Ctesiphonis assignant ab usque 'interdius': 3 et 'quam vellem' proprie dicimus in his, quae non videmus fieri, bene igitur deficiente argumento cum aliud non inveniret, in vota conversus est: unde videntur magis haec verba Ctesiphonis esse.

533 CALLEO callide scio.

534 1 CUM FERVIT MAXIME tertia coniugatione dixit, unde et fervĕre dicitur correpta media syllaba. 2 QUO MODO miratur, quia timet eum quem iste contemnit.

536 3 MEAS TUAS et 'meas' et 'tuas' cum gestu pronuntiare debemus, ut intellegatur irrisio.

537 1 QUASI PUERO GAUDIO deest 'prae' ut sit: prae gaudio. 2 LUPUS IN FABULA silentii indictio est in hoc proverbio atque eiusmodi silentii, ut in ipso verbo vel ipsa syllaba conticescat, quia lupum vidisse homines dicimus, qui repente obmutuerunt; quod fere his evenit, quos prior viderit lupus, ut cum cogitatione in qua fuerint etiam verbis et voce careant, nam sic Theocritus (Id. 14. 22) 'οὐ φθέγξῃ; λύκον εἶδες' et Vergilius (Ecl. 19. 53) 'vox quo-

---

[1]) Scholium pertinet ad versus initium: 'hisce opera ut data sit'.

[2]) Vide adn. ad h. l.

que Moerim iam fugit ipsa, lupi Moerim v. p.'; alii putant ex nutricum fabulis natum pueros ludificantium terrore lupi paulatim capua [1] venientis usque ad limen cubiculi; nam falsum est quod dicitur intervenisse lupum Naevianae fabulae Alimonio Remi et Romuli, dum in theatro ageretur.

538 FUGE MODO INTRO non dixit 'i' (*a*) sed 'fuge': tanta celeritate opus est.

a vel 'abi' vel 'vade'.

539 1 SI QUOD ROGABIT NUSQUAM TU ME magna virtute Terentius rudem, simplicem timidumque inducit Ctesiphonem ab initio, ut is sit, qui mox opprimetur cum meretrice accumbens interventu patris ob imprudentiam et rusticitatem suam. 2 NUSQUAM TU ME familiaris ἔλλειψις et apta properanti, quare haec omnia et pressa voce cum celeritate pronuntianda sunt.

2.

540 1 NE EGO HOMO INFELIX SUM in hoc actu exemplum est, neminem facilius quam optimum quemque falli atque deludi. 2 *Et* 'ne' valde significat, ut 'ne' illi vehementer errant' Cicero in Catilinam (2. 6). 3 NE EGO HOMO SUM INFELIX vide initium conveniens perpetuo maerori Demeae: per totam fabulam aut 'disperii' (355) dicit aut 'defessus sum' (713) aut tale quid semper, quo queratur, ita tamen, ut cum augmento sit miseria, quotienscumque processerit: nam plus est quod nunc dicit 'ne ego sum infelix' quam 'disperii'. 4 NUSQUAM INVENIO GENTIUM abundat 'gentium'.

541 1 A VILLA MERCENNARIUM VIDI sapientissime Terentius etsi proxima villa est, necessarium senem ad reliquos actus fabulae noluit ab urbe discedere personae senilis memor: nam et arduum fuerat dum redit et cruciabile, ne fatigatio eius in tragoediam transiliret; recte igitur invenit a mercennario illi in urbe narratum ruri non esse Ctesiphonem; at ubi persona est adulescentis, et proficiscitur ad villam et continuo redit, ut in Eunucho Phaedria. 2 Et A VILLA utrum 'a' pro de positum est, ut sit: de villa, an deest 'venisse', ut sit: a villa vidi venisse mercennarium?

---

[1]) Coniecerunt: e cavea, ex silva, per arva (Wessn. in v. l.); fortasse 'caute', cf. Horatius Ep. 1. 16. 50: cautus enim metuit foveam lupus.

542 NEC QUID AGAM SCIO utrum fratrem an filium magis quaeram, nam senex querulus tria dicit sibi esse incommoda: quod fratrem non inveniat, quod Ctesipho ruri non sit, quod utrum in urbe maneat an ad villam abeat ipse nesciat.

543 1 VERUM modo 'verum' nomen est. 3 PERII QUIN TU ANIMO BONO ES haec Ctesiphonis perturbatio huc tendit poetae arte, ut deprehendatur cum amica filius repente intrante sene. 4 Nunc 'quin' pro i m m o positum est.

2 An adverbium confirmantis, id est v e r e?

544 2 QUID HOC MALUM INFELICITATIS deest 'sit', et est ordo: quid hoc infelicitatis sit, nequeo discernere; hic autem 'malum' pro interiectione est positum, quasi dicat 'o malum', et est dictum anxii hominis et perturbati nimis.

1 QUID HOC MALUM malum' abundat.

545 2 NISI ME CREDO HUIC ESSE NATUM 'nisi me <credo>' nova locutio pro: nisi quia credo, et 'huic rei' potest subtrahi incolumi sensu, ut <sit>: nisi me credo natum esse ferundis miseriis; ergo 'huic rei' subdistinguendum et sic inferendum 'ferundis miseriis'.

1 NISI ME CREDO pro: nisi quia iam superest, ut me credam, hic enim sensus est in huiusmodi locutione. 3 Ergo 'huic rei' pro 'ad hanc rem'.

546 1 PRIMUS <· · · PRIMUS · · · PRIMUS> ἐπαναφορά. 2 PRIMUS SENTIO MALA ridiculus error Demeae.

3 Et 'primus' ad ordinem, 'solus' ad numerum dicitur.

547 1 PRIMUS PORRO OBNUNTIO qui malam rem nuntiat, o b n u n t i a t, qui bonam, a d n u n t i a t, nam proprie o b n u n t i a r e dicuntur augures, cum aliquid mali ominis scaevumque viderint. 5 AEGRE SOLUS SI QUID FIT FERO prave scilicet.

2 *Ergo 'obnuntio' malum imminens nuntio quasi o m e n n u n t i o: inde enim ἐτυμολογία huiusce verbi est.

548 IS SOLUS NESCIT OMNIA [et] bene 'solus' utpote de multis, quia cum sciat Micio, Syrus, Aeschinus, Ctesipho, populus, hic solus fallatur.

549 SI FORTE FRATER REDIERIT VISO pro: si rediit.

550 2 VIDE NE ILLE HUC iam metuitur quod futurum est. 3 *Et* cum neutrum sit 'irruat', nove intulit 'se'; praeterea sic dixit 'irruat' tamquam de eo qui pugnaturus sit, ut in Eunucho (788)

'quam mox irruimus?' aut tamquam de sue, ut Horatius (Ep. 2. 2. 75) 'hac lutulenta ruit sus' et Vergilius (Ge. 3. 255) 'ipse ruit dentesque S. e. s.' 4 ETIAM TACES antique pro 'tace', sic in Andria (849) 'etiam tu hoc respondes?' pro 'responde'; est ergo correptionis significatio.

1 PRORSUS SE INRUAT neutrum verbum quasi activum 'se irruat' †prius [1].

551 HODIE EGO ISTUC COMMITTAM TIBI quod ago, id est complexum mulieris.

552 1 NAM ME IAM IN CELLAM ALIQUAM CUM ILLA CONCLUDAM id agit stulte adulescens, ut ibi deprehendatur, ubi conclusus est; sed sic ipse agit, ut possit subterfugere non deprehensus conspectum patris. 2 IN CELLAM ALIQUAM CUM ILLA eleganter figuravit in locum quasi in loco: 'in cellam concludam', non 'in cella'; 3 et mire, ut reclusum tutumque locum subiret, cellam scilicet, quam ob ea quae in ipsa celantur clausam esse conveniat; nam et cella et cellarium a reponendis celandisque rebus esculentis et poculentis dicitur.

553 1 AGE TAMEN EGO HUNC AMOVEBO mire 'amovebo' dixit, non 'deterrebo', nam proprie amovetur de loco saxum, quo verbo significat imminere sibi magnum laborem in hoc opere. 2 Et vide αὔξησιν: supra (401) ut pecudem 'abigam hinc rus' dixit, modo ut saxum 'amovebo' inquit.

554 NON HERCLE HIC QUIDEM DURARE QUISQUAM SI SIC FIT POTEST nimis moraliter expressa verba sunt Syri verberatum se indicantis: quis non ex verbis servum fugam comminantem? mire autem non 'ego' sed 'quisquam' dixit nec 'permanere' sed 'durare'; nam hoc verbum perferendis malis convenit, ut Vergilius (Aen. 1. 207) 'durate et vosmet rebus servate secundis'; haec autem omnia sic dicit, quasi non videat Demeam.

555 1 QUOT MIHI SINT DOMINI et hoc apparet non a legitimo domino verberatum esse. 2 QUAE HAEC EST MISERIA deest 'quam patior', et quasi comploratio quaedam est flebilis post querelas.

556 QUID ILLE GANNIT 'gannit' proprie: gannitus est veluti ploratus vapulantium.

[1]) Stephanus coniecit 'posuit'; fortasse cum primis edd. scribendum: 'se irruat prorsus' vel potius 'prorsus se irruat'.

557 QUID MALUM et hic 'malum' pro interiectione abundat.

558 CTESIPHO ME PUGNIS MISERUM ET ISTAM PSALTRIAM USQUE OCCIDIT mire interiecit 'miserum', et necessario 'usque' addidit, ut ostenderet τὸ 'occidit' nimiae caedis verbum, non occisionis intellegi oportere.

559 4 EM VIDE UT DISCIDIT LABRUM non ostendit sed videtur ostendere seni parum iam videnti et intra os. 5 EM VIDE UT DISCIDIT LABRUM Asper mediam longam a caedendo accipit, ego mediam brevem a scindendo.

1 USQUE OCCIDIT prope occidit; aut 'usque' pro valde est. 2 USQUE OCCIDIT pro: vehementer cecidit; nam occidere et praecidere ad caedem referebantur apud veteres. 3 USQUE OCCIDIT ἰδιωτικῶς: nunc enim occisus loquitur.

560 1 NON TU EUM RUS PRODUXE AIEBAS mire Terentius eos ipsos qui falluntur ex aliqua parte cautos facit, ut eo delectabilius spectatoribus procedant doli, nam quae gratia est aut delectatio non <nisi> stultissimum falli? 2 NON TU EUM RUS PRODUXE AIEBAS memoriter senex non solum quid sibi dixerit Syrus paulo ante, sed et quibus verbis dixerit refert. (*a*)

2 *a* nam sic dixerat (402) 'quem egomet produxi'.

561 VERUM VENIT POST INSANIENS nunc (402 sq.) 'produxi . . . iratum admodum', nunc αὐξητικῶς non iratum praedicat, sed insanum.

562 1 NIHIL PEPERCIT ut supra (405) 'nihil reticuit': sic dicimus in his, quae praeter exspectationem gesta sunt. 2 VERBERARE HOMINEM SENEM miserum fit de aetate id, quod de condicione non poterat.

563 1 QUEM EGO MODO PUERUM addidit aetati invidiam et meritum recens. (*a*) 2 *Et* TANTILLUM δεικτικόν est: videtur enim manu fingere quam parvulum.

1 *a* hoc est enim, quod dicit 'modo'.

564 1 LAUDO CTESIPHO PATRISSAS facile inductus est senex varietate fraudis et doli, nam Syrus et supra ut laudans, non ut vituperans Ctesiphonem, et nunc ut accusans idem perficit atque persuadet. 2 PATRISSAS αὔξησις, nam ut supra (411) dixerat 'spero, est similis maiorum suorum', hic confirmavit quod sperare se dixerat; 3 et 'virum te iudico' inquit, non 'adulescentulum'; hoc enim ad aetatem et probitatem, non ad sexum refertur. 4 PATRISSAS attende quam bene inventum sit ita senem dicere! nonne videtur tibi stultissimus, cum huiusmodi laude non modo se nunc

laudare velit, quod odiosum est, sed etiam filium apud intellegentes vituperare videatur? siquidem non solum hic stultus est, sed etiam ille, quia 'patrissas' inquit [1]). 6 PATRISSAS ABI tam securus est, ut se laudet et 'abi' addidit quasi dicat: non est quod iam <te> demorer, perfectus es. 6 LAUDO CTESIPHO hic totus versus mire delusum ostendit senem.

565 NE ILLE CONTINEBIT POSTHAC SI SAPIET MANUS comminatio et subtilis et parcior velut servi.

566 1 PERQUAM nimis: εἰρωνεία. 2 ET ME SERVULUM ὡς orator non 'servum' sed 'servulum', cum sit senex.

567 1 NON AUDEBAM hoc est: non poteram. 2 HUI PERFORTITER hoc gestu servili et nimis leviori personae congrue dictum est.

568 1 NON POTUIT MELIUS hoc est 'laudo, Ctesipho' (564). 2 Et deest 'fieri' ut sit: non potuit melius fieri. 3 IDEM QUOD EGO hoc est 'patrissas: virum te iudico'.

569 SED ESTNE FRATER INTUS <deest> 'responde', ut sit: <sed> responde.

570 VERUM HODIE NUMQUAM MONSTRABO volens senem avidius quaerere, quod hic semper ardor paratissimus credendi etiam falsis est, fingit se nolle dicere; 'hodie' autem aut abundat, (*a*) aut 'numquam hodie' pro: nullo tempore huius diei, quia n u m q u am per se generale est.

a ut (Verg. Aen. 2. 670) 'numquam omnes h. m. i.'

571 1 DIMINUETUR TIBI QUIDEM IAM CEREBRUM comminationis genus verba ipsa indicant, ut appareat senem baculum sustulisse. 2 AT NOMEN NESCIO ILLIUS HOMINIS SED LOCUM NOVI UBI SIT recte, quia si nomen diceret, non erat errandum agnita persona hominis; sed ubi habitet cognito, seu notus est seu ignotus, nulla causa quaerendi superest.

572 2 'Ergo' semper addimus, ut hortemur tarde facientes, ut Vergilius (Aen. 2. 707) 'ergo age, care p., c. i. n.'

1 DIC ERGO LOCUM 'dic ergo' ait, quasi invitum coegerit.

573 1 NOSTIN PORTICUM APUD MACELLUM convenit rustico et parcissimo seni macellum in urbe nescire, et ideo sic interrogatur a servo. 2 HANC DEORSUM bene 'hanc deorsum', quia non est una.

574 1 HAC RECTA proprie 'hac' h a c p a r t e, ut manu viam ostendere videatur.

---

[1]) Cf. adn. ad h. l.

573 3 QUIDNI NORIM correptive ‘quidni’ pro ‘quid nisi’: etenim quamvis rusticus, tamen civis est Demea.

574 2 UBI EO VENERIS CLIVUS DEORSUM VERSUM EST HAC TE PRAECIPITATO hoc lentius; quidam clarius legunt, ut sit ‘<te> praecipitato’ cito descende.

576 1 AD HANC MANUM τῶν πρός τι προσῆκον dicitur, in quo non permanet certum dextrum nec certum sinistrum, et ideo proficit in errorem, vult enim servus haec signa esse perplexa. 2 *Et* ‘sacellum’, ut Varro (Ant. rer. div. l. 6?) ait, sacra cella est. 8 PROPTER prope, ut Vergilius (Ge. 3. 13) ‘templum de m. p. p. a.’ et Lucretius (5. 1392) ‘propter aquae rivum sub ramis arboris altae’.

577 1 ILLI UBI ETIAM CAPRIFICUS MAGNA EST in hoc Homerum imitatus est, qui dicit caprificum prope Troiana moenia constitutam (cf. Il. 6. 433). 3 HAC PERGITO non ‘ito’, sed quia longum est ‘pergito’.

578 1 ID QUIDEM ANGIPORTUM id est angusta et curva via quasi anguiportus, ut Angitia Anguitia; alii quod inter portus sit locus angustus, hoc est inter domos; nam domos vel portus vel insulas veteres dixerunt. 2 Et observa Terentianam consuetudinem, qua inducit nonnihil sapere eos qui falluntur.

579 1 CENSEN ME HOMINEM ESSE ERRAVI calliditas est maxima, deprehensum mendacium non defendere sed fateri, ut opinionem simplicitatis acquirat; vides igitur, ut ipse sibi succenseat, tamquam imprudens erraverit, non dolosus impulerit interrogantem; 2 et mire se negat hominem, tamquam homo corde sit, non corpore.

580 1 SANE HAC MULTO PROPIUS IBIS quasi errasse profuerit illa via. 2 *Et* SANE pro satis ac valde, quia qui sanus est, idem et validus. 3 MINOR EST ERRATIO erratio pedum, error animi est et loci in quo erratur.

581 CRATINI HUIUS DITIS AEDES congrue nomen invenit diviti Cratinus ἀπὸ τοῦ κράτους, id est a potentia.

582 1 AD SINISTRAM HAC deest ‘ito’: figura ἔλλειψις. 2 UBI AD DIANAE VENERIS sic absolute dicebant non addito ‘templum’, Sallustius (Hist. fr. inc. 26 M.) ‘ad Iovis mane veni’.

583 1 PRIUS QUAM AD PORTAM VENIAS ‘portam’ dicendo ostendit usque ad muros finemque civitatis erraturum Demeam; porta autem ab aratro portando dicta est, quod eo loco coloniae conditor et deductor subiunctis vacca et tauro aratrum, quo

urbem designat, suspendit manu, ne imprimat sulcos, ubi civitatis aditus relinquendi sunt. 2 APUD IPSUM LACUM credibiliter addidit 'lacum', nam Varro (r. r. 1. 13, 3—4) docet semper lacum portis additum scilicet ob usum iumentorum exeuntium et introeuntium, et praeterea, ut adversum hostilem ignem portis de proximo subveniretur.

584 EST PISTRILLA veteres absolute dicebant pistrinam ut sutrinam et medicinam, ad tabernam referentes; nam pistrino pistrilla non convenit, etsi multa diminutiva diversa sunt a genere nominum primae positionis, ut rana ranunculus, scutum scutella, canis canicula.

585 LECTULOS IN SOLE ILIGNEIS PEDIBUS FACIUNDOS DEDIT in urbe convivium aut in sole aut in umbra pro condicione temporis instruebatur, repente igitur interrogatus quod minime opinabatur quaesiturum senem, arripuit statim 'lectulos', et quia potuit senex dicere 'mentiris, nam habet lectulos', addidit ex tempore 'in sole', et ne eos quoque habere diceret, addidit 'iligneis pedibus faciundos'; sed hoc gestu actoris adiutum est, quasi eodem tempore servus et quaerat quid dicat et respondeat.

586 1 UBI POTETIS VOS incerta persona, nam vel Syro vel Demeae hoc dictum iungi potest. 2 RECTE SANE haec εἰρωνεία est, non approbatio.

587 1 I SANE 'sane' aut abundat aut inferioribus iungitur.

588 1 ODIOSE AESCHINUS CESSAT PRANDIUM CORRUMPITUR ἀσύνδετον. (*a*) 2 PRANDIUM CORRUMPITUR ut coquus dixit, qui sciat condicionem quandam magis ferventem placere.

1 *a* deest 'et'.

589 1 EGO IAM PROSPICIAM MIHI 'iam' interdum significat festinationem ut nunc, interdum ad describendam ponitur et increpandam moram, ut (Verg. Aen. 11. 179) 'iam melior, iam, diva, precor' et (Aen. 6. 63) 'vos quoque Pergameae i. f. est p. g. d. d. o'; 2 et 'prospiciam mihi' dixit, tamquam hoc sentiat: illi quia sua agunt negotia, et ego illorum exemplo consulam mihi.

3 Et bene 'prospiciam' quasi: non pransurus nisi providero mihi.

587 2 SILICERNIUM cena quae infertur dis manibus, quod eam silentes cernant, id est umbrae possideant, vel quod qui haec inferant, cernant tantum neque degustent; nam de his, quae

libantur inferis, quisquis comederit aut biberit, funestatur; et erit 'silicernium' senex, qui iam iamque silentibus umbrisque cernendus sit. Et sic est melius quam, ut quidam γέροντα interpretantur putantes γῆν ὁρῶντα, sic et nos 'silicernium' intellegere, hoc est silicem cernentem senem, dum incurvus est. (*a*)

2 *a* *dum vel stratae saxo viae est intentus vel sarcophagi iam iamque appropinquantis sibi.

589 4 CTESIPHO AUTEM IN AMORE EST TOTUS non potuit plus dici de incondita ac nimia voluptate.

590 BELLISSIMUM proprie 'bellissimum' dixit, unde et huiusmodi ad irritandam gulam cibi bellaria dicuntur.

591 1 CARPAM modo eligam; alias laedam significat, ut (Verg. Ge. 3. 215) 'carpit enim vires paulatim u. v. f.', alias fruar, ut (ibid. 325) 'carpamus, dum mane novum, dum gramina crescunt' et Persius (5. 151) 'indulge genio, carpamus dulcia', id est: fruamur rebus dulcibus. 2 PAULATIM HUNC PRODUCAM bono verbo usus est ad metaphoram tamquam vel morientis diei, ut (Verg. Aen. 11. 486) 'nec te tua f. m. <p.>' et (Ad. 402) 'qui egomet produxi'.

3.

592 1 EGO IN HAC RE NIHIL REPERIO haec scaena plena est sententiarum senilium ad officia demonstranda. 2 *Et* 'tantopere' vim adverbialem in se continet, nam significat nimis.

593 QUOD PECCATUM A NOBIS EST ORTUM CORRIGO si diceret 'peccatum a nobis est', participium faceret; iam quia 'ortum' addidit, nomen est: numquam enim eadem pars orationis iungi nisi per ἀσύνδετον potest.

595 1 SI QUAM FECERE hoc distingue et separatim infer 'ipsi expostulant'. 2 SI QUAM FECERE IPSI EXPOSTULANT sensus manifestus est, sed obscura sunt verba et eorum collocatio et distinctio, nam incertum, utrum 'si expostulant' intellegendum sit an 'si quam' pro una parte orationis accipi oporteat.

596 1 ULTRO ACCUSANT 'ultro' nunc prave ac perverse. 2 ID QUIA NON EST A ME FACTUM haec interrogatio quasi subtristi vultu est proferenda.

597 AH MINIME non 'minime ago', sed 'minime te credo esse illorum in numero'.

598 1 SED QUAESO UT UNA MECUM servavit τὸ πρέπον adiciendo 'mecum'. 2 UNA MECUM EAS quippe ad incognitam matrem familias.

599 TUTE DICAS MULIERI in nomine ostendit, cur haec ipse dicat: mulieri enim, inquit, nimis pavidae ac diffidenti.

600 1 SUSPICIONEM HANC PROPTER FRATREM EIUS ESSE nimis breviter et succincte et ut oportuit inter scientes. 2 ET IPSAM PSALTRIAM 'propter' subaudiendum est.

601 2 *Et* sane hi versus de<esse pos>sunt, quos multa exemplaria non habent 'nam et illi animum iam relevabis' et deinceps.

1 SI ITA AEQUUM C. a iusto et utili est tota sententia.

602 1 *Et* 'illi' maluit quam 'nurui' dicere, adhuc divitem reveritus. 2 DOLORE AC MISERIA 'dolore' partitudinis, 'miseria' iniuriae ab Aeschino acceptae.

603 SED SI ALITER PUTAS artificiose remittendo quod petebat extorsit magis.

604 IMMO EGO IBO hoc adverbio quod ait 'immo' ostendit se prompte agere et instanter quod promisit.

605 1 MINUS SECUNDAE sic maluit, ne diceret 'miserae'. 2 MAGIS SUNT NESCIO QUO MODO haec vehementia est nulla palam ratione.

606 ACCIPIT MAGIS mire additum 'magis', cum possit sensus et sine hoc esse integer.

607 1 PROPTER SUAM IMPOTENTIAM infirmitatem, rursus [1]) noluit 'humilitatem' aut 'miseriam' dicere. 2 NEGLEGI legitur et 'claudier' id est claudicare.

608 1 QUAPROPTER TE IPSUM PURGARE utrum 'te ipsum' una pars orationis an divise accipiendum 'te' Micionem 'ipsum' Aeschinum 'purgare'? 2 CORAM PLACABILIUS <EST> et 'coram' praesentem et 'coram' praesentibus.

3 Et coram indiget adiectionis, palam non indiget. 4 Et praeterea coram ad certas personas refertur, palam generaliter dicitur.

609 ET RECTE ET VERUM DICIS 'recte' ad verba rettulit, 'verum' ad rem et ad sententiam; potest enim recte et falsum dici, dum-

---

[1]) Cf. 605. 1.

modo nullo vitio verborum nominumque dicatur, quamquam et ipsum fallere in tempore quidam de officiis scribentes (cf. Cic. de off. 1. 31; 3. 22) rectum putent.

4.

610[a] 1 DISCRUCIOR ANIMI hoc loco χαρακτῆρα amantis immodice iuvenis et senis facit indulgentis ac lepidissimi patris. 2 DISCRUCIOR ANIMI ἀντίπτωσις figura, ut (Verg. Aen. 12. 19) 'o praestans animi i.'

610[b] 1 OBICI proprie, quia inopinanti. (*a*) 2 HOCINE DE IMPROVISO MALI haec verba repentino nuntio perculsum indicant Aeschinum, prope divortium <in>stare ira circa se Sostratae et eius filiae ob raptum meretricis.

1 *a* *nam obici dicitur in utramque partem, ut si quos ante quis videt quam exspectaverit, quo verbo magnitudo doloris ostenditur ex improviso incommodo.

611 1 UT NEQUE QUID ME FACIAM plus est 'quid me faciam' quam 'quid faciam': illud enim de rebus, hoc de ipso homine intellegitur. 2 NEC QUID AGAM CERTUM EST 'certum est' pro 'certum sit'; nisi forte 'ut' o quam significat, ut sit: o quam <certum est>.

612 MEMBRA METU DEBILIA SUNT 'metu' patris, 'timore' divortii.

614 TANTA NUNC SUSPICIO modo ostenditur causa trepidationis Aeschini.

617 ID ANUS MIHI INDICIUM FECIT illa anus, cui Sostrata dixerat (354) 'curre, obstetricem accerse'.

618 1 NAM UT HINC FORTE AD OBSTETRICEM ERAT MISSA apparet inter cetera anum dixisse, ad obstetricem se missam; (*a*) 'hinc' autem addendo ostendit se ante fores Sostratae stare, ut alibi (An. 40) 'ex Andro commigravit huc viciniae.' 2 UBI VIDI sunt qui addant supervacue 'hanc' et legant 'hanc ubi vidi'.

1 *a* an ultro hoc suspicatus est Aeschinus?

619 PAMPHILA QUID AGAT IAM PARTUS ADSIET amatoria interrogatio, qua monstrat Aeschinus curae sibi esse res omnes.

620 2 *Et* bene vim addidit et dicit exclamationem fuisse; (*a*) 3 ABI

ABI IAM AESCHINE SATIS DIU DEDISTI VERBA usque dum intellegeremus.

1 ILLA EXCLAMAT non 'respondet' sed 'exclamat'. 2 *a* ergo a vocis sono 'exclamat', non a verbis.

621 SAT ADHUC TUA NOS FRUSTRATA EST FIDES usque dum deciperemur.

622 1 HEM QUID ISTUC OBSECRO INQUAM EST 'hem' interiectio est novas res et inopinas audientis. 2 VALEAS HABEAS ILLAM quasi recedat et longe absit, ut in Andria (697) 'valeant qui inter nos discidium volunt'.

624 1 GARRULAE utpote anui. 2 AC FIERET PALAM Demeae scilicet 'fieret palam', cui minime opus fuit.

625 NUNC QUID FACIAM figura διαπόρησις.

626 UT NE QUA EXEAT erumpat, ut (Verg. Aen. 2. 496) 'cum spumeus a. e. o. e. g. m.'

627 1 IPSUM ID METUO 'ipsum': quod fratri rapuit, 2 et 'ut' pro ne non posuit. 3 TOT CONCURRUNT VERI SIMILIA ut mea esse credatur.

628 1 AD ME ABDUCTA EST DOMUM proprie dixit non 'adducta', sed 'abducta: abducitur enim alienum, sic ipse in Heautontimorumeno (310) 'abducimus tuam Bacchidem'; 'ad me domum' autem moraliter dixit pro 'ad domum meam'.

2 *An ideo 'ad me', quia et illic luctatus leno est in retinenda contra Aeschinum puella?

630 1 UTUT ERAT GESTA INDICASSE hoc est: sive <bene sive> male gesta erat; 'ut' enim certam qualitatem significat, 'utut' incertam, quasi dicat: quoquo modo, male bene. 2 EXORASSEM UT EAM DUCEREM sic enim promiserat Sostratae se facturum fuisse.

631 1 NUNC PORRO AESCHINE EXPERGISCERE sic et alibi (An. 206) 'enimvero, Dave, nihil loci est segnitiae neque socordiae'. 2 Legitur et 'iam', quod est correptivum interdum.

632 1 NUNC HOC PRIMUM EST 'primum' ab eo quod rogandus est pater. 2 ACCEDAM AD FORES Sostratae scilicet.

633 HORRESCO SEMPER satis amatorie, nam nimium semper calorem frigus praecedit in corpore, ut (Eun. 83) 'totus, Parmeno, t. h., p. a. h.'

634 2 *Et* nove, nam veteribus non placet illud, ubi duae distinctiones sunt: 'aperite' una, altera 'aliquis actutum ostium', ut assumatur rursus 'aperiat'; proprie enim veteres et quis et

aliquis et quisquam non observabant quo genere aut quo numero declinarent. (*a*)

1 *APERITE ALIQUIS ACTUTUM OSTIUM vim pluralem habet 'aliquis', quamvis singulare videatur; non est enim aliquis nisi de multis; recte ergo 'aperite aliquis'. 2 *a* est ergo figura ἀρχαϊσμός.

5.

635 ITA UT DIXI SOSTRATA FACITE hinc apparet Micionem iam multa dixisse.

636 1 FACITE iubet, ut vel securae sint vel adornent nuptias. 2 EGO AESCHINUM mire occursurus Aeschino Aeschinum quaerit.

637 PATER HERCLE EST quid hoc est, quod Micio timetur? an quia illi non confessus est? ostendit autem poeta tantundem pudorem posse aut amplius quam timorem.

638 1 QUID HUIC HIC NEGOTI EST alius timor, quod hinc egreditur pater. 2 TUNE HAS PEPULISTI FORES sic coepit interrogare, ut negationi locum praebeat; 3 et nota 'pepulisti' elatum verbum et tragico coturno magis quam loquelae comicae accommodatum.

639 1 TACET hoc apud se loquitur Micio. 2 MELIUS EST et non 'bonum est' sed 'melius', et hoc meliore affectu dixit, quam si diceret 'dignus est'.

640 HOC NUMQUAM MIHI IPSE VOLUIT CREDERE contra illud quod ait (52) 'denique alii clanculum patres quae faciunt, quae fert adulescentia, ea ne me celet, consuefeci filium'; 'credere' autem magno affectu dixit: non enim 'confiteri' ut patri, sed 'credere' ut parenti aut sodali suo.

641 1 NON EQUIDEM ISTAS deest 'pulsavi'. 2 QUOD SCIAM hoc est: quantum scio.

642 ITA NAM MIRABAR QUID HIC NEGOTI ESSET TIBI accepit negationem Micio, ut ludere Aeschinum possit.

643 1 ERUBUIT SALVA RES EST nimis paterna sententia; e contrario Simo in Andria (878) 'vide num eius color pudoris signum usquam indicat'; 2 et quanti affectus est non dixisse 'erubuit: salvus est', sed 'salva res est'! nonne videtur tibi res eius omnis in Aeschino constituta? eodem animo et supra dixit (49) 'in eo me oblecto, solum id est carum mihi'; non enim 'solus' intulit quod exspectabatur, sed absolute quasi 'ex omnibus solum id est' inquit.

644 1 NIHIL MIHI QUIDEM 'mihi' hoc est: meae propriae rei; 2 et callida negatione coepit, ut et illi adimat confitendi locum ac fiduciam simulque fiat ei desperatio ducendae eius, cuius mentio tam contemptim ab ipso tractetur.

645 1 AMICUS QUIDAM ME A FORO [1]) hinc incipit mendacium mixtum vero, nam 'amicus' et 'a foro' verum est, 'huc advocatum' falsum; sed 'huc' et 'quidam' modo ἔμφασιν habent lenis negotii et in quo nec magnae personae nec res difficilis operae aut longae occupationis habeantur; 2 et 'advocatum' dicendo alienum negotium demonstravit, nam et 'sibi' non vacat; si enim 'mulieribus' addidisset, potuit aliud sperari.

646 2 EGO DICAM TIBI seniliter, nam iam dicendum fuit; 3 et hoc habet ἔμφασιν vilis rei, quae vel facile dici possit vel celanda sit.

1 QUID deest 'ait', ut sit: quid ait?

647 1 MULIERES PAUPERCULAE non potuit magis spoliare dignitate formae et aetatis puellam, quae amatur ab Aeschino, quam ut eam primo eodem nomine cum matre nominaret, deinde communiter diceret de ambabus universa, quibus contemni debeant. 2 MULIERES PAUPERCULAE addidit 'pauperculae', ut magis desperet Aeschinus impetrare posse has nuptias a patre, et item 'quaedam', ut ignobiles demonstrentur; 3 et totum hoc cum abiectione pronuntiandum.

4 *Et 'quaedam' et 'pauperculae' dicendo ademit omnem spem nuptiarum; nam 'quaedam' ignobilem indicat, 'pauperculae' indotatam; quid ergo remanet, quod speret Aeschinus? 5 PAUPERCULAE nec 'pauperes' saltem.

648 1 ET CERTE SCIO ἐπανόρθωσις 'parum dixi' inquit. 2 OPINOR velut adeo obscurae sint et nullius pretii. 3 UT OPINOR HAS NON NOSSE TE potuit recte dicere et hoc 'ut opinor, has non nosti', sed illud vetustius; 4 (*a*) magnum autem crimen est in forma vicinae puellae, incognitam esse adulescenti de proximo; et quia scit hunc esse, de quo dixerit (149) 'quam hic non amavit meretricem aut cui non dedit aliquid', subdidit causam, ne dignitatis pudorisque esset, quod eam incognitam esse Aeschino dixisset: 'neque enim huc diu commigraverunt' inquit. 5 *Et* UT OPINOR mire ipse sibi sumit atque confirmat, quod nondum ille confessus est.

---

[1]) Donatus in lemmate etiam adiecit, opinor, HUC ADVOCATUM SIBI, ita ut scholium 2 cum 1 iunctum fuerit.

4 *a* UT OPINOR HAS NON NOSSE TE aut abundat 'ut' aut deest 'scilicet'.

649 QUID TUM POSTEA gratissime proditur Aeschinus amator, cum sedulo dissimulet.

650 1 VIRGO EST CUM MATRE vult Micio sic audire Aeschinum tamquam alienissimum, et ideo velut inscius facti diligentius narrat; virginem autem <τῷ> ἀρχαϊσμῷ pro muliere dixit. 2 PERGE vide instantius interrogantem, quam percontatorem decuit.

651 HIC MEUS AMICUS qui 'me advocatum abduxit de foro' (645).

652 1 HUIC LEGES COGUNT NUBERE non 'permittunt' dixit nec 'iubent', sed 'cogunt' ad perturbandum Aeschinum. 4 PERII audit hoc Micio, sed dissimulat.

2 Et recte: alia enim sinunt leges, alia cogunt fieri. 3 Et ne esset, quo resisteretur illi, vult ut mulieres a lege cogantur.

653 1 *Et* RECTE id est: recte quod perii; nihil magis comicum. 2 et vide trisyllabum artificiose esse subiectum, ut qui 'perii' dixit, vix hoc locutus fuisse videatur. 3 IS VENIT UT SECUM AVEHAT aliud peius in amatam, ne Athenis saltem alteri nuberet.

654 1 NAM HABITAT MILETI πιθανῶς 'Mileti', et est adverbium locale. 2 HEM VIRGINEM UT SECUM AVEHAT hic acrius commoveri proditur adulescens, ut affectu fateatur quod verbis negat.

655 1 SIC EST MILETUM USQUE OBSECRO ITA ANIMO MALE EST ille oblitus sui sic indignatur, ut in re propria, hic rursus callide vultu utitur tamquam aliena narrantis. 2 MILETUM USQUE OBSECRO ITA bene 'usque', nam est Miletus colonia Atheniensium in Ponto. 3 ANIMO MALE EST animo male fieri dicitur, cum ictu alicuius maeroris perculsus animus non sustinet corpus sequiturque ruina membrorum.

656 1 QUID IPSAE QUID AIUNT non satis credit Aeschinus pudicam matrem familias statim consentire <in> nuptias novas ignoti viri. 3 NIHIL ENIM *a*) sic intellegendum 'nihil' non quod taceant, sed quod nihil confirmantis habeat id quod dicunt.

2 QUID ILLAS CENSES 'dicere posse' subaudiendum. 3 *a* 'dicunt' subaudiendum et.

657 1 COMMENTA MATER EST nondum dixit quid dicat, 2 et 'commenta' dicit, hoc est fallaciam confinxit. (*a*) 3 EX ALIO VIRO iam de proximo tangit Aeschinum.

2 *a* <nam confinge>re veri simile <est> comminisci·

659 PRIOREM ESSE ILLUM mire tractat etiam partes Aeschini.

660 2 IUSTA TIBI 'iusta': quae p o s t e a audisti quam illa quae pro Lemnio dicebas prius; 3 aut si hoc non est, quaere quid sit 'postea', videtur enim mihi 'postea' sic abundare, quomodo interdum 'hodie' de stomacho adicitur loquentis et vulgus dicit 'a mane' (cf. Plaut. Amph. 253; Most. 767) et nos 'quam diu'.

1 NONNE HAEC TIBI IUSTA VIDENTUR esse, si illa quae amicus tuus dixerat quam haec audires? [1])

661 1 NON vultuose pronuntiandum 'non'. 2 AN ILLAM HINC ABDUCET 'hinc' tamquam singultus ploraturi est; nam sic pronuntiandum est. 3 PATER quasi hoc a supplicante dicatur.

662 FACTUM A VOBIS DURITER non 'dure' id est crudeliter, sed quasi dura mente, hoc est inflexibili, et quod dicunt Graeci <ἀμ>εταπείστως.

663 1 IMMISERICORDITERQUE nota octo syllabarum adverbium atque insuper compositum et cum coniunctione prolatum.

664 1 INLIBERALITER αὔξησις, nam multa d u r i t e r et iam, si opus sit, i m m i s e r i c o r d i t e r quoque et facienda sunt et patienda, si ita ratio et causa cogat, ut non sit i l l i b e r a l e, hoc est malum atque inhonestum.

663 2 ET SI EST DICENDUM PATER MAGIS APERTE id est: apertius, quia iam apertum fuerat 'duriter' et 'immisericorditer'; 3 et bene praefatus est, ne contumax adversus patrem videretur.

664 2 INLIBERALITER iniuste, inclementer, non bene, quia l i b e r a l i s bonus.

665 QUAMOBREM delectari magis cupiens Micio vult Aeschinum protrahere ad defensionem sui.

666 1 FORE ANIMI MISERO quid de se plus diceret, si factum fateretur? 2 QUI ILLA CONSUEVIT PRIOR legitur et 'illam'; et dicebant veteres h a n c r e m c o n s u e v i. 3 Et εὐσχημόνως, ut Plautus (Amph. 490) 'et clandestina ut celetur consuetudo', 4 et maiore affectu non a m o r e m allegavit, sed quod est commune cum bonis et multo iustius, c o n s u e t u d i n e m.

667 QUI INFELIX non 'qui' sed 'qui infelix' et non 'amet' dixit sed 'misere amet': ita affectu proditur, qui ut alienus vult loqui.

668 1 PRAESENS PRAESENTI ERIPI adiuvant significationem haec ex

[1]) Vide lacunosi scholii supplementa, quae temptavit Wessner, mihi non probata.

abundanti addita, ut (Verg. Aen. 4. 83) 'illum absens absentem auditque videtque' et (Aen. 10. 600) 'fratrem n. d. f.' sic Caecilius in Exhautuhestoti (Ribb.[3] p. 48) '<est> haec caterva plane gladiatoria, cum suum sibi alius socius socium <sauciat>'; 2 et totus hic locus est translatus a Vergilio in quarto Aen. (408) 'quis tibi n., D., c. t. s.' etc.

670 2 QUIS DESPONDIT latenter obiurgat Aeschinum rem sine patre gessisse; et dicitur figura ἐπιτροχασμός. 4 QUIS DEDIT quia rapuit ante quam peteret.

1 ISTUC deest 'dicis'. 3 QUIS DESPONDIT quia non interfuit pater.

671 2 *Et* 'nupsit' moleste additum, quasi aliena sit quae non legibus ducta sit. 3 AUCTOR HIS REBUS QUIS EST dativo casu, non 'harum rerum', et Sallustius (Iug. 7. 4) 'qui tunc Romanis imperator erat'. 4 AUCTOR ἀρχηγός. 5 AUCTOR HIS REBUS QUIS EST iterum obiurgat, quia non interfuit pater; 6 et agit sic dolens veluti minus sibi amoris praebitum fuerit Micio, ut his se in quantum amor patitur videatur ulcisci, quia negotium non sibi confiteatur Aeschinus.

1 QUANDO NUPSIT quia nuptiae non factae sunt.

672 1 AN SEDERE OPORTUIT 'sedere' proprie ignavae cessationis est, ut Vergilius (Aen. 12. 15) 'sedeant spectentque Latini' et (cf. Cic. Verr. 2. 191) 'quid sedes, Verres? quid exspectas?' 2 CUR DUXIT ALIENAM utrum 'filiam' an: quae possit aliena esse? nam omnes a l i e n a s filias ducunt.

673 1 TAM GRANDEM 'grandem' ad aetatem veteres rettulerunt, non ad corpus, et in parte aetatis dicitur 'grandis', non in tota vita, nisi si additur 'natu', ut (Verr. 1. 76) 'grandis natu parens adductus ad supplicium'. (*a*) 2 Et unde scit Aeschinus? an 'grandem' sic fingit ignotam? an quia dixit pater (657) 'commenta mater est esse ex alio viro nescio quo puerum natum'? ergo et illa grandis et serus Milesius, qui tunc virginem petit, cum iam alteri data sit vel rapta sit alteri. 3 DUM COGNATUS HINC ILLINC VENIRET proverbialiter 'hinc illinc'.

1 *a* et 'grandis infans' et 'grandis puer' et 'grandis ephebus' et 'grandis virgo' recte dicitur.

675 ET ID DEFENDERE non potuit magis amatorie nec magis pueriliter loqui, quam ut, non contentus quod ait 'haec dicere te

aequum fuit', adderet 'et id defendere'; patet autem, qualis affectus sit, cum etiam blanditur patri ob alienam causam, ut ipse nunc simulat.

676 RIDICULE vocativus casus est ab eo quod est ridiculus.

677 1 SED QUID ISTAEC AESCHINE NOSTRA iam haec ultima desperatio et Aeschinum protrahet in confessionem et in finem fallaciae deducet senem; 2 et bene quidem 'nostra' dixit, memor est enim respondisse se Aeschino interroganti (644) 'tibi' vero quid istic est rei?' 'nihil mihi quidem'; totum hoc autem senex ad id redegit, non tam ut torqueret Aeschinum quam ut maius faceret beneficium suum exponendo, in quod paene periculum amor eius inciderit.

678 QUID EST QUID LACRIMAS quasi repente animadvertit flentem et quasi causam omnem nesciat, sic inquirit.

679 AESCHINE non hic exhibuisset personam patris, nisi pietate victus pati filium nollet confessione torqueri. Vergilius (Aen. 1. 385) 'nec plura querentem passa Venus m. s. i. f. d. e.', bene ergo intellegunt, qui sic accipiant perrecturum adhuc fuisse Micionem, nisi victus affectu fallaciam proiecisset.

680 NAM TE AMO bene addidit 'nam te amo' etc., nam et invidus et inimicis moris est scire quid agamus.

681 ITA VELIM ME PROMERENTEM quam pie additum 'promerentem', tamquam illic sit votum Aeschini, cum possit pater etiam immeritum amare! et animadvertendum <'ut'> semper sequi vel statim vel ex intervallo maxime in huiusmodi affirmationibus, sic Cicero (in Caec. 41) 'ita velim deos mihi propitios, ut cum illius temporis mihi venit in mentem' etc., 'velim' autem pro 'volo' antique dicitur.

682 ADMISISSE IN ME 'in me' αὐξητικῶς adiectum est.

683 ET ME TUI PUDET ambiguum quidem, sed apparet adulescentem propter suum peccatum dicere, non quod quicquam turpe fecerit pater.

684 1 NE INDILIGENS NIMIUM SIES non ergo ingratus sed neglegens Aeschinus, nec neglegens sed 'indiligens', nec in alterum sed in se deliquit. 2 Mirae clementiae genus est aut omnino ignoscere aut obprobrium in levius commutare: nam tota obiurgatio ita amica est, ut non multum a blandimento discrepet magisque

proficiat apud audientem, ut vult Terentius, quamquam sint illa aspera atque praefracta.

685 2 IN QUA CIVITATE aliter pronuntiandum est, id est presse ac leniter, ne faciat illud Tullianum (Catil. 2. 9) 'pro di immortales! ubinam gentium sumus? quam rem publicam habemus? in qua urbe vivimus?'; 3 et TANDEM pro tamen. 4 IN QUA CIVITATE hoc est: oblitus es Athenis te esse, ubi legibus vivitur? vide et omnes sententias poni accusatorias et nihil amaroris [1]: isti sunt colores orationum difficillimi, sed elaboravit Terentius Micionem facere molliter accusantem et inducere Demeam durissime blandientem. 5 IN QUA CIVITATE quod obiurgat Micio et magni amoris est et necessaria pro persona asseveratio, non enim convenit patrem, etiam nimium diligentem filium, eius praeterire peccata.

1 IN QUA CIVITATE TANDEM TE ARBITRARE VIVERE communem locum indicit a loco, a persona, a facto, a tempore.

686 VIRGINEM VITIASTI vide et rem dici et abesse tragicam exclamationem, et delictum ostendi et ad veniam festinari; nam statim dicet 'iam id peccatum primum magnum, at humanum tamen'; et tota pronuntiatio in huiusmodi verbis submissa <esse> debet.

688 1 FECERE ALII SAEPE ITEM BONI moris est exemplo lenire quod purgare non possis. 3 AT POSTQUAM ID EVENIT 'evenit' inquit, non 'commissum est': nihil ignoscentius dici potuit.

2 FECERE ALII S. I. B. consolatio ab exemplo, et 'boni' non: cum hoc facerent, sed: alias boni.

689 1 NUMQUID CIRCUMSPEXTI συγκοπὴ μεταπλασμός pro 'circumspexisti'; 2 et circumspicimus praesentia, prospicimus futura.

690 1 QUID <FIERET QUA> FIERET id est: qua ratione, quo modo fieret; 2 et QUA ratione, id est quibus adminiculis vel per quas personas. 3 SI TE IPSUM MIHI PUDUIT DICERE 'puduit dicere' optime additum est, quasi non debuerit Aeschinum apud Micionem pudere.

691 1 QUA RESCISCEREM 'qua' hoc est: per quos. (a) 4 *Et* abire dicitur quod paulatim nos deserit, hoc autem ex partu intellegit.

1 *a* et ad omnia subauditur 'numquid circumspexti'. 2 QUA RESCISCEREM deest 're' vel 'ratione'. 3 *MENSES ABIERUNT DECEM

---

[1]) Vide adn. ad h. l.

mire 'abierunt' quasi dicat: te cessante menses cessere, et locus est incusationis a tempore.

692 1 [PRODIDISTI ET TE ET ILLAM MISERAM] [1]) Sallustius (Iug. 14. 13) 'quod in familia nostra fuit, praestitit, ut in omnibus bellis adesset vobis' et Cicero (Verr. 4. 25) 'senator populi Romani, quod in vobis fuit, iacuit et pernoctavit in publico'. 2 PRODIDISTI ET TE ET ILLAM vide festivum senem, quantum se adulescenti accommodet: non enim illum quem causa deposcit, sed amatorium ordinem fecit prius dicendo 'prodidisti te' quam 'illam', tum etiam 'gnatum', ut ex animo eius amare videatur id quod natum est. 3 Et PRODIDISTI decepisti vel deseruisti, ut Vergilius (Aen. 1. 251) 'unius ob iram prodimur'. 4 QUOD QUIDEM IN TE FUIT pro: id quod in te erat, (*a*) vel quantum ad te spectabat; 5 et hoc est illud, quod obsequentissimus pater vult omnia per se esse correcta.

4 *a* id est: quantum in officio tuo spei et auxilii partiumque tuarum fuit.

693 1 DORMIENTI HAEC TIBI CONFECTUROS DEOS quam mitis, quam faceta obiurgatio! vide ut satis Micio sit ille ante descriptus. 2 QUID CREDEBAS DORMIENTI HAEC TIBI CONFECTUROS DEOS incerta distinctio, nam et per se 'quid' et 'quid credebas' legi potest, et veluti subaccusatur hic Aeschinus. 3 DORMIENTI HAEC TIBI C. D. ἀπὸ τοῦ ἀδυνάτου; et quae sint quae di cessantibus praestare non possint, sequenti versu docet, ne videatur de dis male sensisse. 5 Et mire deos ponit in eo negotio, quod ipse praestat, tamquam hic et se excuset et deos, quod non fecerint Aeschino quae volebat etiam dormienti.

4 *DORMIENTI multo melius quam si diceret 'cessanti'; et non 'facturos', sed quod plenum est 'confecturos'.

694 1 ET ILLAM SINE TUA OPERA IN CUBICULUM IRI ἀπὸ τοῦ ἄλλου ἀδυνάτου. 2 IRI DEDUCTUM DOMUM ordo: deductum iri.

695 NOLIM CETERARUM RERUM TE SOCORDEM quam nihil imperiose ac pro auctoritate patria! 'nolim te' inquit 'socordem ceterarum esse', non 'ne sis socors'.

696 1 BONO ANIMO ES apparet flenti haec dicta omnia et hoc decuit verecundum adulescentem ex vi tantae orationis et metu amit-

---

[1]) Scholium pertinet ad postrema verba huius vs.: 'quod quidem in te fuit.'

tendae amatae nimium puellae. 2 BONO ANIMO ES [et] 'es' modi imperativi est temporis praesentis, nam 'esto' futuri est. 3 DUCES UXOREM datur in ultima obiurgatione et breviter et plena securitas. 4 HEM singultiens fletu et gaudio dixit 'hem'.

697 1 OBSECRO NUM LUDIS TU ME maestus amatoris animus ludentem senem <serio> loqui credidit, vera dicentem quia optata sunt putat ludere nunc; potest et ob hanc causam dicere, quod eum numquam lusit antea. 2 EGO TE QUAMOBREM magna vis pronominum, cur non ludat, quibus et accessit consideratio rei, nam primo 'ego', deinde 'te', deinde causae propositio. 3 Et recte 'ludis': est enim amantis <se> conicere in falsum metum imminente laetitia, inimici vero qualibet saevitia in falsum gaudium quemquam impellere sub alicuius maeroris adventum: ideo negat se Micio in hac parte lusurum Aeschinum, qui in aliis luserat.

698 QUIA TAM MISERE HOC ESSE CUPIO VERUM 'misere' pro nimis, quia nimia misera, ut (An. 61) 'ne quid nimis', hoc enim putant qui virtutes mediocritates esse dixerunt.

697 4 NESCIO religiose dixit 'nescio', quasi non sit ratio quare non credat patri, quamvis subiecerit causam.

699 1 ABI DOMUM AC DEOS COMPRECARE magnus institor sui beneficii est, qui a dis petendum dicit esse, quod ipse praestabit. 3 Et bene repetitum 'abi' quasi haerenti morantique, ut (An. 28) 'vos istaec intro auferte: abite'.

2 An ideo, quia ordinis fuerat prius rem divinam facere et sic uxorem accersere?

700 1 QUID IAM UXOREM accessit ad beneficium tempus, et ideo 'iam' quasi gestiens repetit adulescens. 2 QUANTUM POTES aut deest 'cito' aut 'quantum pote' scilicet 'esse'.

702 1 QUID QUAM ILLAM commendat se Micio et familiariorem amatori facit mentionem faciendo saepius de amica in uxorem ducenda.

701 1 NI MAGIS TE QUAM OCULOS NUNC AMO MEOS mire 'nunc' addidit; 2 et eleganter inventum est, quod in se amator multum diligat, id est 'oculos', ut in Eunucho (Ad. 318; cf. Eun. 648, 740) 'adulescenti ipsi eriperem oculos' hoc est ipsos, de quibus amat.

702 2 AEQUE sic infert hoc, quasi dubitando invenerit. 3 PERBENIGNE multum putat, quia amator hoc dixit. (*a*) 4 QUID ILLE UBI

EST MILESIUS non amat, si statim timere desinit, unde Vergilius (Aen. 4. 298) 'omnia t. t.'

2 *a* ergo 'benigne' large abundeque.

703 1 ABIIT NAVEM ASCENDIT 'abiit' facete, ne diceret 'mentitus sum', atque ita dixit, ut infantibus nutrices de terriculis solent dicere, quas cum ipsae confinxerint, abolitas volunt, postquam illos vident nimium pavere.

2 *Sed mihi videtur ridens haec dixisse, ut intellegat Aeschinus Micionem ioco fuisse mentitum.

705 1 TIBI OBTEMPERATUROS MAGIS mira sententia: obsequi deos bonis, quasi bonis hominibus multum debeant; 2 et in excusatione precandi deos vide quae facultas nata sit patrem sine assentatione laudare! non est autem iniuriosum ad patrem referre deprecationem deorum, sed magis honorabile, nam tale est apud Vergilium (Aen. 2. 717) 'tu, genitor, cape sacra manu p. p.', ut ipse patrem portet, hic deos.

706 EGO EO INTRO UT QUAE OPUS SINT PARENTUR TU FAC UT DIXI SI SAPIS hic versus in quibusdam non invenitur.

707 QUID HOC EST NEGOTI HOC EST PATREM E. et mirantis haec et laudantis oratio est. (*a*)

a et paene videtur huiusmodi patrem Terentius probare.

708 1 QUI MAGIS MOREM GERERET 'qui' quo modo, qua re, qua ratione. 2 HIC NON AMANDUS omnia perfecit hic pater, ut et ametur et laudetur et foveatur.

710 MAGNAM MIHI INIECIT SUA COMMODITATE CURAM mira sententia: mala nobis etiam de bonis nasci. (*a*)

a an bonus parens magnae curae est filio?

711 SCIENS CAVEBO 'facere quod nolit' scilicet.

712 SED CESSO IRE INTRO NE IN MORA MEIS NUPTIIS EGOMET SIEM bene hoc utpote obiurgatus.

6.

713 1 DEFESSUS SUM AMBULANDO hic exemplum inducitur saevi patris ex affectu vero et ob hoc invisi omnibus: non tam amari vult quam ipse amat neque sibi nec cuiquam alii sed filio tantum consultum cupit; 'de' autem valde significat. 2 UT SYRE TE CUM TUA MONSTRATIONE 'ut' pro utinam; et haec omnia anhelans dixit.

3 TE CUM TUA adhuc non credit in errorem se missum fuisse. 4 UT TE CUM TUA MONSTRATIONE *ἰδιωτικῶς* 'te cum tua monstratione'.

715 1 PERREPTAVI USQUE OMNE OPPIDUM tardus incessus non perambulatio sed perreptatio dicitur. 2 AD PORTAM AD LACUM QUO NON mire propinquiora omisit, utpote porticum, macellum, Cratini aedes, templum Dianae, et ultima posuit, ut quantum peragraverit demonstraret. 3 AD LACUM facete poeta memorem inducit senem, quorum minime opus fuit meminisse.

716 , QUO NON duobus dictis 'quo non' addidit quasi et ad dicendum lassus.

717 1 CERTUM OBSIDERE EST USQUE DONEC REDIERIT proprie 'obsidere' dixit; convenit enim et irato et repente aggressuro. 2 Et ab eo quod est obsideo obsidere facit producta media syllaba, ab eo quod est obsido obsidĕre facit eadem syllaba correpta.

7.

719 1 IBO ILLIS DICAM in hac scaena exemplum est intempestivae obiurgationis ac per hoc ridiculae. 2 IBO ILLIS DICAM moris est secum loqui vel senes vel maxime aliquid ex animo agentes. 3 ILLIS DICAM Sostratae et filiae.

721 1 FERO ALIA FLAGITIA AD TE INGENTIA BONI magno sonitu et et ingenti ostentatione futurae accusationis exorsus est; (*a*) 2 et 'alia flagitia': non in quibus conclamatum est.

1 *a* *magna enim sunt omnia, et 'fero' et 'alia flagitia' et 'ingentia' et quod εἰρωνικῶς 'boni illius adulescentis' dicit.

722 1 BONI ILLIUS ADULESCENTIS *εἰρωνεία*, quae semper amarius ponitur quam criminatio manifesta. 2 ECCE AUTEM 'ecce' dicitur, cum repente triste aliquid rebus intervenit laetis, 3 aut certe, cum quando aliud agitur aliud emergit novum, ut (Verg. Aen. 2. 203) 'ecce autem gemini a. T. t. p. a., h. r.' et (Aen. 2. 403) 'ecce trahebatur p. P. u. c. a. t.' et Cicero (Verg. 5. 87) 'ecce autem repente, ebrio Cleomene, cunctis esurientibus' etc. 4 NOVA recentia. (*a*)

4 *a* an mira et magna, ut (Verg. Ecl. 3. 86) 'Polio et ipse facit nova carmina'?

723 1 NESCIS QUI VIR SIET *εἰρωνεία*, nam 'vir' ad laudem poni solet, ut alibi (564) 'virum te iudico'. 2 SCIO satis ridicule non,

quod ille cupit, Micio vult consentiendo mitigare, sed acriorem fieri iracundiam Demeae, nam 'scio' ad negotii totius gestionem rettulit, non ad illud quod ait 'nescis qui vir siet'.

726 EHO SCIS ET PATERE iam et illi irascitur, non Aeschino modo.

727 NON MALIM QUIDEM alii volunt Micionem dicere 'malim quidem', alii Demeam.

728 1 PUER NATUS EST DI BENE VORTANT hic bono exemplo inducitur Micio irascentem iuste Demeam leniter ferre, quia exanimato ob maerorem non convenit inclementer ire obviam, cum possit in tempore obiurgari, postquam destomachatus fuerit. 2 Et vide quam facete, cum ille 'puer natus est' ad argumentum mali attulerit, hic ita respondit, quemadmodum illi, quibus puellam nasci metuentibus nuntiatur puerum natum esse, nam in omnibus, quae cupite evenerunt, 'di bene vertant' solet dici, quia saepe homines ea optaverunt, quae illis aliter atque exspectaverant contigissent; quam potestatem rerum vertentium semet in utramque partem Vertumno deo superesse veteres existimabant. 3 VIRGO NIHIL HABET vult rem sine remedio videri, quia scit posse nuptiis finiri sollicitudinem; 4 et vide amaritudinem Demeae contra omnes, ut nec virgini ipsi parcat.

729 1 AUDIVI ἀφελῶς et cum ἐξουθενισμῷ respondendum, quasi leve sit, quod admissum est. 2 <ET DUCENDA> INDOTATA EST 'et ducenda' scilicet ne damnatus sit Aeschinus; 3 et hoc verbum vim necessitatis habet, ut (Verg. Aen. 1. 230) 'pacem Troiano ab r. p.'

730 QUID NUNC FUTURUM more irascentium, cum ipse dixerit quid futurum sit, Micionem interrogat; et huiuscemodi interrogatio secundum figuram suam non habet responsionem, sed Micio sic respondit quasi simpliciter inquirenti.

731 1 ILLINC HUC TRANSFERETUR VIRGO virginem quae iam cum viro fuit vocat. Vergilius (Ecl. 6. 47) 'ah virgo infelix'. 2 PRO IUPPITER ISTOCINE PACTO FIERI OPORTET 'pro Iuppiter' tragice adiecit aversus, 'istocine pacto' ad ipsum Micionem respiciens dixit.

733 SI NON RE IPSA ISTUC TIBI DOLET rem nunc pro veritate posuit.

734 SIMULARE CERTE EST HOMINIS non dicit, quia hominis est mentiri, sed quia saepe iracundiae simulatio custodia disciplinae est.

735 2 *Et* despondet puellam qui petit, spondet a quo petitur; recte ergo socer futurus 'despondi' dixit.

1 *IAM DESPONDI RES COMPOSITA EST FIUNT NUPTIAE mira varietas: 'despondi' 'res composita est' 'fiunt nuptiae', ne diceret 'despondi' 'composui' 'facio'.

736 1 HAEC MAGIS SUNT HOMINIS bene repetit 'hominis'. (*a*) 2 CETERUM PLACET TIBI FACTUM MICIO nihil aliud volebat Demea nisi ut saeviret Micio, quod impetrare non potuit etiam ab eadem sentiente de pravitate et peccato Aeschini.

1 *a* ille enim dixerat 'simulare certe est hominis' (v. 16).

740 SI ILLUD QUOD MAXIME OPUS EST IACTU utrum 'opus est iactu' an 'iactu non cadit', incerta distinctio.

739 ITA VITA EST HOMINIS QUASI CUM LUDAS TESSERIS rectum erat, si diceret 'ita vita est hominum quemadmodum tesseris ludere' aut 'quemadmodum ludus est tesserarum', nota ergo genus locutionis.

741 1 ILLUD QUOD CECIDIT FORTE ID ARTE UT CORRIGAS ars adhibenda pro fortuna; non enim si male iactus ceciderit, deserendus est ludus; 2 et nunc 'forte' pro fortuna intellegendum.

742 CORRECTOR quia dixit 'arte ut corrigas', sed [1]) moris est iratis ab ultimo verbo contradicentis incipere.

745 NEQUE EST NEQUE ILLAM SANE STUDEO VENDERE in scrupulo versatur Micio, in quo eligit ineptus videri potius quam prodat Ctesiphonem patri.

748 CUR NON posset dicere 'non est Aeschini amica' sed celanda est culpa Ctesiphonis.

749 1 ITA ME DI AMENT UT VIDEO TUAM INEPTIAM ordo est: ita me di ament, te facturum credo, ut habeas quicum cantites. 2 Ipse <se> fefellit non inquirendo interiorem causam retentae in domo meretricis, mire autem 'cantites' quasi turpius sit cantare senem cum psaltria quam coire.

751 ET NOVA NUPTA EADEM HAEC DISCET alius 'audiet' diceret, sed o magna in verbis elegantia! vide enim quam vim significet 'discet'! et ideo non 'uxor', sed 'nova nupta', quam ad omnia docilem esse ipsum indicat nomen.

756 1 HILARUM vetuste, non 'hilarem'.

752 1 TU INTER EAS RESTIM DUCTITANS SALTABIS lusus est natus

[1]) Corrigendum videtur 'et moris'.

ab eo fune, quo introductus equus durius in Troiam est, cum conexis manibus fune chorum ducunt saltantes. 2 Hoc a quibusdam dicitur, at ego puto manu consertos puerorum choros puellarumque cantantes restem ducere existimari et id maxime convenire ad exagitandam importunitatem senis veluti pueros imitantis. (*a*) 3 Vide hoc quemadmodum dictum est et quanto stomacho! iam ab Aeschino recessum est, iam transitum ad Micionis luxuriam describendam.

2 *a* *simul etiam quia iste conexus manuum lascivus ac petulans adimit discretionem condicionis, dignitatis, aetatis inter meretricem, novam nuptam et senem.

754 IAM VERO OMITTE DEMEA mire urbanitatem expressit <non> [1] ultro obiurgantis qui obiurgatus est.

755 1 TUAM ISTAM IRACUNDIAM 'tuam istam' dicendo ridiculam et supervacuam significat; 2 et bene 'iracundiam', nam ira de causa est, iracundia de vitio multum irascentis. 3 ATQUE UTI DECET HILAREM ET LIBENTEM bene addidit 'et libentem': multi enim hilares simulantes se non libentes sunt.

756 2 FAC TE non dixit 'esto', sed: elabora ut esse possis.

758 HANCINE VITAM HOSCINE MORES HANC DEMENTIAM ἐλλειπτικῶς omnia utpote stomachatus secum loquens. (*a*)

a deest enim 'esse' aut quid tale.

760 DOMUS SUMPTUOSA 'domus' id est homines.

761 1 IPSA SI CUPIAT SALUS SERVARE PRORSUS NON POTEST *σωματοποιία*. Plautus (Asin. 2. 68) 'libentiorem te faciam quam Libentia est'. (*a*) 2 Hinc licet aestimare, quantum et coloris et gravitatis apud Terentium sit ad imitationem Caecilii; nam vide quantum creverit a superioribus, ut sic finiret!

1 *a* etenim ὑπερβολή est 'ipsa Salus, si cupiat, prorsus non potest servare hanc familiam'.

V

1.

763 1 EDEPOL SYRISCE hic exemplum inducitur licentiae servorum sub miti domino. 2 EDEPOL SYRISCE TE CURASTI MOLLITER quia

---

[1]) Cf. Wessn. app.

detegi Ctesiphonem iam oportet, ebrius inducitur Syrus, per cuius fallacias tegitur adhuc; 3 Et 'Syriscum' se dicit, non 'Syrum', τῷ ὑποκορίσματι. 4 MOLLITER delicate.

764 1 LAUTEQUE MUNUS ADMINISTRASTI TUUM ut quicquid esset bellissimum carperes cyathosque sorbilares (cf. 590).

2 Aut 'munus' servile: esse et bibere.

765 ABI verbum vel sibi vel alteri cum laudatione blandientis, nam sic dicunt, qui iam compotes sunt votorum omnium perfectique in rebus universis.

766 1 PRODEAMBULARE nota duas praepositiones uni dictioni adiunctas, ut (Verg. Ge. 3. 256) 'pede prosubigit terram' et (Hom. Il. 2. 305) 'ἀμφιπερικρήνην'; 2 et opportune ad delicias exprimendas hoc verbum convenit, nam p r o c e d e r e s e g n e m 'prodeambulare' significat. (*a*)

2 *a* nam d e a m b u l a r e etiam intus potuit.

767 1 EXEMPLUM DISCIPLINAE quia unus ex multis reliquis, 2 an quia senior et nuper etiam paedagogus, ut ipse ait (563) 'quem ego modo puerum tantillum in manibus gestavi meis'?

768 QUID FIT QUID TU ES TRISTIS mire securitatem ebrii expressit: numquid enim pertimescit interventum senis, ut solebat, Syrus aut quicquam praecavet? subblanditur tantum et ita rerum oblitus est, ut cum eum saevum sciat, causam tristitiae eius inquirat.

769 1 TU VERBA FUNDES HIC SAPIENTIA 'sapientia verba' an 'tu sapientia', quia dixit supra (394) 'tu, quantus <quantus> es, nihil nisi sapientia es'? 2 FUNDES utrum: sine ulla cessatione proferes, an: perdes, secundum illud (433) 'nam quid tu hic agas, ubi si quid bene praecipias, nemo obtemperat'?

770 DIS QUIDEM ESSES DEMEA ab eo quod est d i s ditis dites facit, ab eo quod est d i v e s divitis divites.

772 1 QUAMOBREM QUID FECI nihil nunc in Cyro nisi purum et simplex est ob ebrietatem; 2 et vide 'quamobrem? quid feci?' dicere non esse sobrii Syri.

773 IN IPSA TURBA non minus ridicula importunitas Demeae est quam ebrietas Syri, qui adversum temulentum tantae gravitatis oratione personat, ut ex dicentis vultu verbisque et ex audientis habitu et stupore magnam voluptatem percipiant spectatores; vide enim, quanto pondere verborum cum ebrio litiget!

774 POTASTIS SCELUS non quia plus videt senex quam obicitur oculis, sed oratorie 'potastis' dixit, cum unum ebrium cernat, propter illud quod ait (767) 'exemplum disciplinae', quasi in omnibus sit, quod in uno nunc aspicitur: Vergilius (Aen. 2. 65) 'et crimine ab u. d. o.'

775 SANE NOLLEM HUNC EXITUM et hoc dictum obliti omnium rerum est nihil Demeae per fallaciam respondisse: sed tantummodo paenitet quod exierit.

2.

776 1 HEUS SYRE quam clare dicat, ostenditur ex eo, quod 'heus' praemisit, antequam loqueretur. 2 CTESIPHO mire additum nomen, cum aut sine hoc aut per pronomen possit intellegi Ctesipho. 3 UT REDEAS 'redeas' dicendo ostendit et illum inter pocula, a quo egressus est ebrius.

779 1 EST ALIUS QUIDAM PARASITASTER PAULULUS non 'alius parasitaster', sed 'alius Ctesipho, qui est parasitaster'; 2 et bene non 'alter' sed 'alius', quasi non duo sed multi sint Ctesiphones. 3 Et hoc sic pronuntiandum est, ut simul et dicat et quaerat.

780 1 NOSTIN quasi sycophanta addidit 'nostin?', nam veteratoris est mentientem confidere. 2 QUID AGIS QUID ABIS hoc iam ebrio convenit, non illi quem cognovimus Syro; nam quod retinet senem, confessionis genus est.

781 NON MANUM ABSTINES MASTIGIA etiam iniecisse manum, ut teneret Demeam, ex ipsius verbis cernitur.

782 1 AN TIBI IAM MAVIS CEREBRUM DISPERGAM HIC ut apparet, baculo minatur. 2 ABIIT quia prohibere non potuit, demisso et desperanti vultu quid factum sit dicit et abiisse pronuntiat.

783 EDEPOL COMESSATOREM HAUD SANE COMMODUM facete τῷ χλευασμῷ: tam inopinatus supervenit, ut omnia sic offendat, quemadmodum qui comessatum ingreditur, quia comessatoris est supervenire ad scortum et vociferare aliquid in iocularem strepitum, quare totum salse ad Demeam contulit.

784 PRAESERTIM CTESIPHONI bona exceptio, ut appareat omnibus incommodum et in his Aeschino, sed praecipue Ctesiphoni.

785 NISI DUM HAE SILESCUNT TURBAE non quae iam sunt, sed quae erunt.

786 HOC VILLI ὑποκόρισμα est vini, ut unus ullus, asinus asellus, vannus vallus, suinus suillus.

3.

787 1 PARATA A NOBIS SUNT ITA UT DIXI SOSTRATA in hac scaena collatio est personarum mitis ac saevi parentis. 2 PARATA A NOBIS SUNT de verbis abeuntis vult ostendere poeta, quam orationem cum Sostrata habuerit ingressus Micio; 3 et vide quas ἐλλείψεις interposuerit: primo 'parata a nobis sunt' et non dixit, quae, sed 'ut dixi' dicendo significat dixisse se omnia; deinde 'ubi uis': 'fiant nuptiae' vel quid tale aut omisit aut dicturus hoc ipsum audit vehementius fores esse pulsatas et quod agebat abiecit.

788 1 QUISNAM A ME PEPULIT 'a me' modo id est meas. 2 TAM GRAVITER quia irati omnia concite faciunt, cum pulsandae fores essent exituro foras, Demea sic eas pulsavit, ut et his ipsis irasci videretur.

789 1 EI MIHI QUID FACIAM QUID AGAM QUID CLAMEM AUT QUERAR O CAELUM O TERRA O MARIA NEPTUNI multum laboravit Terentius, ut ἀναλογίαν servaret in dolore Demeae, quod maior debet in Ctesiphone esse reprehensio quam in delictis Aeschini. 2 Et nota, quod ubi non invenit quid dignum loqueretur, ab interiectione coepit 'ei mihi'; et adhuc cum pro rei magnitudine oratio parva esset, 'quid faciam?' inquit: in alieno indignatus est, in suo 'quid faciam?' ait; in alieno litigavit, hic ait 'quid agam?'; in alieno clamavit et questus est, quid huic in suo relinquitur praeter διαπόρησιν? in Aeschini peccato Micionem accusavit, in Ctesiphonis elementa cum dis omnibus ac toto mundo. 3 Mira αὔξησις, quam imitatus Vergilius in Orpheo post amissam rursus Eurydicen (Ge. 4. 504 sqq.) 'quid faceret' inquit; omnia enim consumpserat primus dolor; 'quo se rapta bis coniuge ferret?' nam quid praeter omnes terras atque inferos loci remanebat, quod non lugeret? <'quo fletu manes'> per quem fletum manes, qui omnes primis luctibus impleverat lacrimis, 'quae numina voce moveret?', cui nec ira quidem remanserat inexperta. 4 Et vide hic gradus doloris et iracundiae in tan-

tum auctos, ut iam crescere non possint: quippe in initio fabulae tantum tristis est Demea, nam sic audit a Micione (83) 'quid tristis es?' et ipse 'rogas me, ubi nobis Aeschinus siet? quid tristis ego sim?' inde Demea procedit in peius adeo, ut sic incipiat (355) 'disperii! Ctesiphonem audivi filium una fuisse in raptione cum Aeschino', inde postea dicit (540) 'ne ego homo sum infelix', ad postremum 'ei mihi! quid faciam? quid agam?' et naturali quodam modo postquam summus furor ad extrema pervenit, repente senex mutatur et mitis est.

790 1 O CAELUM O TERRA O MARIA NEPTUNI quod medius sit Neptunus inter caelum et inferos, dum utriusque regni particeps est, habetur elementorum potior omnium, nam ideo tridentem habet pro numero trium elementorum, et apud Vergilium idcirco dicit (Aen. 1. 133) 'iam caelum terramque m. s. n., u., m.' et apud Homerum sic idem (Il. 15. 193) 'γαῖα δ' ἔτι ξυνὴ πάντων καὶ μακρὸς Ὄλυμπος'. — 2 *Et* hoc est, quod ait Horatius in arte poetica (v. 93) 'interdum tamen et vocem comoedia tollit'. — 3 In haec enim tria rerum natura dividitur, ut (Verg. Aen. 1. 58) 'principio maria ac terras c. p.', et per hoc totum mundum accusavit. 4 O CAELUM O TERRA O MARIA NEPTUNI utrum de eo elementa invocat, quia dis quoque irascitur qui in his commorantur, ut dolentes solent, an, quia deos esse non putat, ideo haec omnia Neptuni dicit, quasi dicturus esset 'Neptuni fiant', nisi intercederet persona Micionis, quem videns ad aliud conversus desiit diluvium et interitum rebus optare obiecto fratre, cui maxime irascitur et propter quem detestabatur omnia? tale est apud Vergilium (Ecl. 8. 58) 'omnia vel medium fiat mare'; an omnia accusat, ut indignantes solent? ut (Verg. Aen. 2. 745) 'quem non incusavi amens hominumque deorumque?' et (Ecl. 5. 23) 'atque deos atque a. u. c. m.' 5 EM TIBI τῷ ἰδιωτισμῷ: nulli enim 'tibi' Micio loquitur.

791 ID NUNC CLAMAT 'id' ob id.

792 1 PARATAE LITES videtur et ipse pertimuisse dicendo 'scilicet paratae lites', sed ut rursus confirmet se ipsum, 'succurrendum est' ait, 2 et SUCCURRENDUM Ctesiphoni scilicet.

793 1 COMMUNIS CORRUPTELA NOSTRUM qui communiter ambos corruperit. 2 COMMUNIS CORRUPTELA NOSTRUM LIBERUM maior est

accusatio ista quam prior, quippe cum iam modo de ambobus accusetur Micio et non de uno.

794 1 TANDEM REPRIME IRACUNDIAM mire, quia reprehendere irascentem non potest, nimietatem reprehendit irati. 2 Et ira de causa est, iracundia de moribus. 3 ATQUE AD TE REDI quia, ira ab eo quod est ire dicitur, quod a se eat qui irascitur et furit. 4 Et proprie 'ad te redi', ut Vergilius (Ge. 4. 443) 'verum ubi nulla f. r. f., v. ad se redit' et Cicero (in Caecil. 57) 'redit ad se atque ad mores suos'.

795 REPRESSI REDII non quid dicatur, sed quo gestu dicatur specta et videbis neque repressisse adhuc iracundiam neque ad se rediisse Demeam. Sed quam mira perspicuaque moralitas in huiuscemodi rebus apparet!

796 1 REM IPSAM PUTEMUS videtur paulo ocius destomachatus quam res etiam <nunc> incerta poscebat; sed et hoc morale, nam iuste irati omissa saevitia ad ratiocinationes saepe festinant, et praeterea illud accedit, quod non invenit iam quod condigne dicat, simul etiam quia increpitus est a fratre, quod apud se ipsum ipse iam non sit per iracundiam vehementem. 2 REM IPSAM PUTEMUS tractemus, purgemus, nam hinc et putamina dicta sunt purgamenta, ut Plautus in Captivis (655) ait 'nucleum amisi, retinui pignoris putamina', et Vergilius (Aen. 6. 332) 'multa putans' dixit: putare est enim falsa et cassa a veris et utilibus resecare, unde arborum purgatores putatores dicuntur; 3 et 'rem' causam ipsam ostendit, ut (185) 'mitte ista atque ad rem redi'.

797 NE TU CURARES MEUM nam 'ambos curare propemodum reposcere illum est quem dedisti' (131).

798 FACTUM EST apparet Micionem minutim quidem fateri, sed facete contemnere obiecta.

800 1 CUR EMIS AMICAM MICIO inclamatio ista nominis magnam invidiam significat, ut (175) 'regnumne, Aeschine, hic possides?' et (Verg. Aen. 11. 362) 'pacem te poscimus omnes, Turne'. 2 NUM QUI MINUS MIHI IDEM IUS AEQUUM EST ESSE aut 'num' aut 'qui' abundat, et est ordo: qui minus aequum est esse idem ius mihi (*a*).

2 *a* 'qui' ergo quare vel cur significat.

803 NON NAM VETUS VERBUM HOC QUIDEM EST confidenter 'non' repetivit non habens rationem quam subiceret, nisi illi proverbium venisset in mentem, nam quia se videt in malam causam incidisse, totum verniliter et facete agit et subicit aequitatem, ubi iusto se tueri non potest; quod tamen a Demea statim convincitur dicendo 'nunc demum istaec nata oratio est', ut ostendat illum perturbatum contraria protulisse dictis suis superioribus.

804 COMMUNIA ESSE AMICORUM INTER SE OMNIA inter Pythagoreos ortum dicitur.

805 1 FACETE NUNC DEMUM ISTAEC ORATIO NATA EST alii totum iungunt, alii separant 'facete'; 2 et bene 'nata est', nam sic dicimus de rebus repentinis, ut supra (295) 'e re nata melius fieri haud potuit quam factum est, era'.

806 AUSCULTA PAUCIS NISI MOLESTUM EST DEMEA in duas partes dividitur tota persuasio: nihil passurum Demeam damni, nihil <filios> corruptelae.

811 ET ME TUM UXOREM CREDIDISTI SCILICET DUCTURUM ἐπαγωγή.

813 1 CONSERVA QUAERE PARCE FAC QUAM PLURIMUM ILLIS RELINQUAS hoc sic pronuntiandum est, ut appareat hanc ipsam voluntatem displicere Micioni. 2 CONSERVA parta, QUAERE nova, PARCE omnibus.

807 PRINCIPIO SI ID TE MORDET SUMPTUM FILII QUEM FACIUNT figurata locutio est, ut (Eun. 653) 'Eunuchum quem dedisti quas quas turbas dedit!'

808 QUAESO 'quaeso' modo obiurgatorium est.

809 PRO RE TUA pro patrimonii tui qualitate.

815 UTANTUR SINE aut deest 'his', ut sit: his utantur, aut 'mea utantur' antique locutus est.

816 DE SUMMA NIHIL DECEDET rei tuae scilicet.

820 1 MITTO REM 'rem' pecuniam; et haec exclamatio est moralis nimis adversum tardos ac non intellegentes homines.

819 DEMPSERIS pro 'demes'.

820 2 CONSUETUDINEM IPSORUM 'loquor' aut quid tale subaudiendum. 3 MITTO REM CONSUETUDINEM IPSORUM vel ab utilitate ad honestatem transit vel a rebus ad illos ipsos, de quibus agitur, cavet enim, ne aut rem perdant aut ipsi pereant. 4 MANE SCIO

ISTUC IBAM moralis et faceta correptio est continens in se latenter blandimentum, quo deleniatur auditor.

830 1 AT ENIM METUAS NE AB RE SINT TAMEN OMISSIORES PAULO oratorie, nam non paulo omissiores fore Demea, sed plurimum fore credit et metuit; 2 et AB RE id est a patrimonio.

831 1 OMISSIORES ἀνιέμενοι, ἀνετώτεροι, neglegentiores, sic in Heautontimorumeno (962) 'ubi te vidi animo esse omisso'. 2 O NOSTER DEMEA blanda et cum quodam complexu eius qui reprehenditur incusatio et de more sublata; 3 et sic hoc dixit, tamquam dicturus esset: multa te latent, simplex homo es, nam huiusmodi sententia latenter quandam dicentis auctoritatem fiduciamque designat.

821 MULTA ID HOMINE DEMEA SIGNA INSUNT obscurissimus sensus et re et verbis.

823 1 DUO CUM IDEM FACIUNT obscure locutus est, cum hic sit sensus: duo idem faciunt, quod uni licet facere, alteri non licet. 2 SAEPE UT POSSIS DICERE melius est 'saepe' ad superiora coniungere, nam possunt duo idem facere et casu, non ut simili studio idem facere videantur; tunc ergo erit signum 'saepe idem faciunt'; 'dicere' autem posuit pro i n t e l l e g e r e et s c i r e, (*a*) ut (Ph. 493) 'faeneratum istuc beneficium pulchre tibi dices' et (Ad. 251) 'memorem me dices esse et gratum'.

2 *a** ab eo quod praecedit id quod sequitur.

825 NON QUOD DISSIMILIS RES SIT an quia huic licet, <illi non licet>?

826 QUAE EGO ILLIS INESSE VIDEO ordo et sensus hic est: multa in homine, Demea, signa insunt, ex quibus coniectura facile fit; quae ego illis inesse video, ut confidam fore ita ut volumus.

823 3 DUO CUM IDEM FACIUNT nam ambo et sapiunt et intellegunt et in loco verentur: non ingenii vitium est, sed aetatis.

827 INTELLEGERE IN LOCO VERERI non 'in loco intellegere', sed 'in loco vereri'.

828 INTER SE AMARE cito dixit 'inter se', quod est: cum alter alterum invicem amat.

830 3 AT ENIM METUAS ἀντίθεσις ad priorem tractatum pertinens, qui est habitus de consumptione rei familiaris. 4 NE AB RE SINT TAMEN OMISSIORES PAULO quia amant, potant, olent unguenta (cf. 117).

832 AD ALIA OMNIA AETATE SAPIMUS RECTIUS praeterquam avaritiam, ac per hoc quod optas liberis, vitium senectutis est.

834 1 ATTENTIORES SUMUS AD REM OMNES proprie 'attentiores' reddit omissioribus; supra (830) enim dixerat 'ne ab re sint tamen omissiores paulo'. 2 QUAM SAT EST quoniam attentos esse non statim crimen est.

835 1 QUOD ILLOS SAT AETAS ACUET μεταφορικῶς 'acuet'. 2 NE NIMIUM BONAE TUAE ISTAE NOS RATIONES MICIO ET TUUS ISTE ANIMUS AEQUUS SUBVERTIT <si> 'ne' valde, 'subvertit' infra legendum est, si 'ne' pro coniunctione est 'subvertat' legendum est, ita ut subaudiamus 'timeo' vel aliquid tale. 3 Et 'tuae istae' quod ait, significationem habet nullius modi rationes et ineptae; nam apparet non eas probari ab eo qui sic loquitur, ut supra (754) 'iam vero omitte, Demea, tuam istam iracundiam'.

837 TACE NON FIET 'tace' nunc τῷ εὐφημισμῷ positum est, quasi diceret: non subvertet, ne dixeris quod mali ominis est verbum.

838 1 DA TE HODIE MIHI accommoda te ipsum voluntati meae; nam in animum transtulit, quod est corporis, ut in Eunucho (516) 'mihi sese dare, sermonem quaerere'. Cicero (Verr. 3. 49) 'cerviculam iactaturum et populo se ac coronae daturum'. 2 DA TE HODIE MIHI si non vis, inquit, propter te, vel propter me mitis esto.

839 1 EXPORGE FRONTEM quia contrahi in <verso> verbo dicitur; et verbo isto ostenditur, quanto conatu opus sit ad explicandam tantam contractionem et senectutis et severitatis. 2 SCILICET ITA FERT TEMPUS FACIENDUM EST vide si non hoc sit, quod Graeci μισοκαλήμερον dicunt; nam 'scilicet' et 'ita fert tempus' et 'faciendum est' dicendo ostendit se magis cogi necessitatibus, ut paulum sit tranquillior. 3 Et cum tanta difficultate promittit, tamquam mala subiturus sit, atque adeo maiorem partem secum disputat, necessario hoc velit nolit faciendum, ut sit laetior, et hoc quia 'tempus fert'.

840 1 CETERUM RUS CRAS CUM FILIO CUM PRIMO LUCI IBO HINC hoc facit, quasi gaudere interim non possit, nisi vicinae saevitiae proximitate solaretur.

2 FACIENDUM EST satis mire tamquam necessitate cogitur ad gaudendum agrestis senex et μισοκαλήμερος.

841 1 IBO HINC tamquam de malo loco. 2 DE NOCTE abundat 'de'. 3 CUM PRIMO LUCI ἀρχαϊσμός, nam 'cum primo luci' veteres dicebant, lucum pro sole ponentes. (*a*) 4 CUM PRIMO LUCI veteres masculino genere dicebant lucem.

3 *a* ergo 'cum primo luci' cum primum coeperit illucescere.

842 1 FACE TE eodem verbo utitur quo iamdudum (808), ut laborem ad laetitiam se convertentis ostendat, 2 id est: elabora, ut sis hilaris. 3 ET ISTAM PSALTRIAM UNA ILLUC MECUM ABSTRAHAM vide singulas syllabas imbutas amaritudine rustica atque agresti! nam 'istam' odium significat, 'psaltriam' saevitiam in nomen eius quam deliciosam esse oportet, et 'una mecum', quam cum adulescentibus esse convenerat, et 'illuc', ad quem locum psaltriam et quasi quo [1]) ire compellit; deinde ne vel in itinere poena cesset, 'cum filio ibo hinc' inquit, 'illam vero 'abstraham', nam 'illuc' eo animo dixit, quo supra 'ibo hinc'; et apparet illum quasi mancipium ducturum puellam, non ut fidicinam.

843 2 PUGNAVERIS magnam rem feceris, sic Lucilius (Marx 1323) 'vicimus, o socii, et magnam pugnavimus pugnam'.

1 *MECUM HINC ABSTRAHAM non 'abducam', sed quod est saevientis 'abstraham'.

844 1 EO PACTO PRORSUS ILLIC ALLIGABIS FILIUM haec cum risu dicit Micio; 2 et ligare est inicere alicui vincula, contra alligare <aliquem ligare> ad aliquid, sine quo esse non possit: ergo proprie ad amicam alligari adulescentem dixit amatorem; 'prorsus' autem recte, certe ac vere significat.

845 1 UT ILLAM SERVES acuendum 'illam', hoc est: non iam filium sed illam serva, in qua utrumque retinueris. 2 EGO ISTUC VIDERO hoc est: ut illam servem.

846 ATQUE IBI FAVILLAE PLENA FUMI AC POLLINIS ne ametur scilicet.

847 1 COQUENDO SIT FAXO ET MOLENDO atqui est prius molere quam coquere, sed illud prius posuit, quo pulchritudo magis foedatur. 3. COQUENDO SIT FAXO ET MOLENDO PRAETER HAEC ἀπόδοσις octava.

2 *An quia prius torreatur triticum, ut tundi possit? ut Vergilius (Aen. 1. 179) 'et torrere parant f. e. f. s.'

---

[1]) Wessn. sensum postulare dicit ut intellegatur 'quasi in servitutem' vel sim. Possis etiam supplere: 'et quasi quo animo' vel 'quo consilio?

848 1 MERIDIE IPSO cum sol vehementior est, et nomen fecit de adverbio; 2 *et* meridiem veteres dixerunt quasi medidiem, R pro D posita propter cognationem inter se harum litterarum. 3 UT STIPULAM COLLIGAT quod sub sole fieri necesse est.

849 1 TAM EXCOCTAM REDDAM ATQUE ATRAM ἰδιωτικῶς dixit 'reddam' pro 'faciam', et 'excoctam' ad tenuitatem siccati corporis, 'atram' ad colorem rettulit. 2 Et vide quam aspera clausula quamque ingrata sit, qua saevidici senis finitur oratio. 3 PLACET NUNC MIHI VIDERE SAPERE non contradicit, ne rursus provocet, timet enim suasor, ne laetitia provocet ad iurgium.

850 ATQUE EQUIDEM FILIUM TUM ETIAM SI NOLIT non solum suadet laetitiam, sed etiam ridere cogit invitum.

852 1 DERIDES FORTUNATUS QUI ISTO ANIMO SIES hoc verbum vultu Demeae sic profertur, ut subrisisse videatur invitus, sed rursus 'ego sentio' amare severeque dixit; 2 et ridet qui simpliciter ridet, deridet qui cum alterius irrisione et contemptu ridet. 3 FORTUNATUS QUI ISTO ANIMO SIES non laudantis est quod ait 'fortunatus', sed moraliter reprehendentis, ut si dicas, cum te aliquid cura offenderit, fortunatos stultos qui nihil sentiant; hoc quoque dixit in Eunucho (244) 'at ego infelix neque ridiculus esse neque plagas pati possum'.

853 IAM IAM DESINO et hic velut necessitatem queritur imponi sibi.

854 1 ET CUI REI EST cui rei est multus, hoc est ludo atque laetitiae votoque et gaudio imponatur[1]). 2 HUNC SUMAMUS DIEM non accipiamus, sed impendamus et consumamus, unde et sumptum dicimus pecuniam, quae insumenda est.

4.

855 1 NUMQUAM ITA QUISQUAM BENE SUBDUCTA RATIONE in hac scaena exemplum inducitur hominum, qui virtutem taedio deserunt ob contemptum eius apud omnes saeculumque vitiosius; et adeo favit Terentius clementioribus atque mitissimis patribus, ut hunc quoque ducat ad sententiam Micionis, non tamen hoc sentientem quod ita fieri oporteat, sed quod ita res cogat:

---

[1]) Ingeniose Schoellius correxit: 'cui rei est indultus, h. e. ludo ... et gaudio iam donatus'.

vult enim naturalem inesse veris patribus acrimoniam, sed eam semper invidiosam esse adulescentibus. 2 BENE SUBDUCTA RATIONE bene disposita, bene computata; ducere enim est digitis computare.

3 *Sed ducere apud alium quem et palam, subducere apud se ipsum atque secreto, quo magis in hoc verbo maioris attentionis et diligentiae signum est.

856 1 QUIN RES 'quin' modo cui non significat. 2 QUIN RES AETAS USUS tria posuit, ex quibus 'res' pro experientia ponitur, et hac se dicit esse mutatum, nam mox dicet (860) 're ipsa repperi facilitate nihil esse homini melius neque clementia'.

857 ALIQUID MONEAT σύλληψις per casus. (*a*)

a subauditur enim 'quem'.

858 ET QUAE TIBI PUTARIS PRIMA 'prima' ante alia eligenda, quae et primo loco ponenda ac per hoc optima.

859 1 VITAM DURAM QUAM VIXI ἀρχαϊσμός, ut Lucilius 'magnam pugnavimus pugnam' [1]. 2 NAM EGO VITAM DURAM QUAM VIXI USQUE ADHUC prius dixit quid faciat quam cur faciat.

860 1 PROPE IAM DECURSO SPATIO id est: ad calcem et prope ipsos decursus metasque vivendi, et est metaphora a cursoribus. 2 EXCURSO SPATIO id est: in summa senectute. 3 ID QUAM OB REM RE IPSA REPPERI quia secum loquitur, ideo multa reticet. (*a*)

3 *a* et deest 'faciam' et 'si quis quaerat' et 'dicam'.

861 1 FACILITATE iam se facilem infert. 2 Inter facilitatem et clementiam hoc interest: facilis est, cuius ira facile id est cito solvitur, clemens qui non irascitur.

863 ILLE SUAM SEMPER EGIT VITAM hic iam quasi comparativa qualitas inducitur de utroque; et ut ille initio fabulae locutus est, sic hic in fine loquitur.

864 1 CLEMENS PLACIDUS NULLI LAEDERE OS mira varietas et in locis et in partibus orationis. 3 NULLI LAEDERE OS ARRIDERE OMNIBUS voluptatis affectus est duplex: aut enim ex quiete voluptas est aut ex aliquo actu: ergo hic utrumque complexus est. 4 Id est: nullum praesentem laedere. [2]) 8 Et 'clemens

---

[1]) Vide schol. 843. 2.

[2]) Scholia 4, 8, 10 apud Donatum iuncta fuerunt, opinor: CLEMENS PLACIDUS NULLI LAEDERE OS id est: nullum praesentem laedere, et 'clemens' animo, 'placidus' vultu; et haec est, sqq.

animo, 'placidus' vultu; 10 et haec est figura *ἀναδρομή* cum recurrimus per ea quae diximus, *ἐξηγητικῶς* omnia repetitum.

2 Et 'clemens' est, qui c o l i t m e n t e m suam, ne eam urgeat irascendo. 5 Et vide quam grate a nominibus <ad> verba transeat. 6 CLEMENS PLACIDUS 'clemens' est circa recte agentes, 'placidus' etiam circa delinquentes. 7 Et c l e m e n t i s est 'nulli laedere os', p l a c i d i 'arridere omnibus'. 9 Et NULLI LAEDERE OS ut nullum secum tristem faciat.

866 1 EGO ILLE AGRESTIS bene addidit 'ille' quasi iam notus in hoc ipso, quod ferus atque agrestis. 2 Et 'saevus' factis est, 'tristis' animo, 'truculentus' vultu.

3 Et aliter potest, ut 'tristis' sit qui dolet, 'truculentus' qui terret, et ideo αὐξήσει mire decurrit per ista.

867 1 DUXI UXOREM pendet 'duxi uxorem', sed et cum magno significatu addendum est: maiore enim pondere subtrahitur coniunctio, nam 'duxi etiam uxorem' dicendum fuit. 2 QUAM IBI MISERIAM VIDI 'ibi' inquit, quasi uxor locus sit; 3 et hoc sine coniunctione, ut mala quae enumerat multa videantur.

868 ALIA CURA non altera.

871 PATRIA POTITUR COMMODA accusativo casu extulit, quod nos septimo casu dicimus, (*a*) Accius in Clytemestra (Ribb.^{3} fr. 9) 'seras potiuntur plagas'.

a id est patrio potitur commodo.

873 ILLUM DILIGUNT APUD ILLUM SUNT AMBO EGO DESERTUS SUM hic ostendit Terentius verum patrem et molestiorem et odiosum magis esse adulescentibus.

874 1 ILLUM UT VIVAT OPTANT *σύλληψις*, nam sic veteres; nos dicimus 'illi optant', non 'illum optant'. 2 ILLUM Micionem.

877 NUNC IAM EXPERIAMUR comice magis pluraliter 'experiamur' dixit, quam si diceret 'experiar'.

878 QUANDO HUC PROVOCAT non addidit q u i s, sed intellegimus Micionem significari.

880 1 SI ID FIT DANDO ATQUE OBSEQUENDO bene naturam secutus ignorat artem, putans agi veris [1]) omnia debere, non agi 'dando atque obsequendo'. 2 SI ID FIT id est: iam a liberis si magni pendor. 3 NON POSTERIORIS FERAM subauditur 'partes'. 4 (*a*) et translatio est a partibus histrionum in fabula. 5 NON POSTE-

---

[1]) Teuber coniecit 'severius', Wessn. 'vere', Beckius 'verbis'; num 'serio'?

RIORIS FERAM primus in his ero, inquit, in 'dando atque obsequendo'.

4 *a* Aut: non parvi fiam, id est: non vincar a Micione.

881 DEERIT ID MEA MINIME REFERT vide remanere in Demea non penitus eiectam severitatem.

5.

882 1 NE ABEAS LONGIUS hic ostendit poeta, quam absurde blandus conetur esse qui non soleat, et quam immodica sit repentina largitas, ubi animus a parcitate nimia in contrarium vitium profusionis excurrerit. 2 HEUS DEMEA ROGAT FRATER NE ABEAS LONGIUS ut apparet, iam edormivit crapulam Syrus; 3 et satis moraliter 'frater' dixit nec additit 'tuus'.

4 FRATER moraliter, nam deest 'tuus'.

883 O SYRE NOSTER SALVE QUID FIT iam non haec blanda sed dura sunt, nam 'salve' dixit ei non solum quem saepe viderit, sed cum quo totiens litigaverit, et 'quid fit? quid agitur?', cum et sciat et condemnet actus eius.

884 1 RECTE bene 'recte' respondit: hae enim interrogationes de salute atque incolumitate eius sunt, qui interrogatur. 2 HAEC TRIA deest 'verba'.

885 PRAETER NATURAM plus dixit quam si diceret 'praeter consuetudinem'.

884 3 OPTIME EST IAM NUNC HAEC TRIA PRIMUM ADDIDI PRAETER NATURAM O NOSTER QUID FIT QUID AGITUR hoc pressius dictum est.

886 1 SERVUM HAUD INLIBERALEM dura et importuna repente commutatio ex tanta vituperatione in laudem Syri ostendit contra naturam suam niti Demeam. 2 PRAEBES TE id est re ostendis, factis probas. 3 ET TIBI LIBENS BENE FAXIM 'libens' ad quam rem adiectum est? an εἰρωνικῶς addidit? quis enim credat tam subitis post saevitiam blandimentis, nisi factis quoque ostendantur? 4 ET TIBI LIBENS BENE FAXIM 'et' additum est, ut ostendat hanc esse sententiam: non solum te laudo, sed etiam iuvo, illud dicendo hoc faciendo. 5 ET TIBI LIBENS BENE FAXIM potest hoc et sic intellegi 'tibi bene faxim et libens'; multi enim b e n e,

sed non ex animo faciunt; ergo omnia addidit, quae placatum ostendant ipsum et clementem.

887 1 ATQUI SYRE 'atqui' abundat per παρέλκον. 2 SYRE asseveratio est non credentis.

888 1 HOC VERUM EST quasi falsum fuerit illud quod iurgabat et hoc sit verum quod nunc <est> mitis. 2 PROPEDIEM ὑφέν, nam 'propediem' adverbium est temporis, ut si diceret 'cito'.

6.

889 1 ERA EGO HINC AD HOS PROVISO 'ad hos' Micionem et Aeschinum scilicet. 2 'Proviso' duas res significat: procedo et video.

890 SED ECCUM hoc apud se.

891 1 O QUI VOCARE hac interiectione utimur, ubi ex intervallo notos videmus. 2 O QUI VOCARE post 'o' nomine vocaturus non habuit quid diceret et ideo subiecit 'qui vocare?' sic Vergilius (Aen. 1. 327) 'o quam te me., v.? n. h. t. v. m. n. v. h. s.' moris est autem inferiores proprio nomine vocare, si blandiri velis, sed hic nominis oblitus, dum dubitat et inquirit, inhaesit pronomini.

892 ANIMO MEO hoc est: secundum animi mei sententiam. (*a*)

a et quantum ad animum pertinet meum.

893 1 NAM IS MIHI EST PROFECTO SERVUS in hoc laudando quia non laborat, subiecit specialiter merita eius, at in Syro nihil habuit quod diceret praeter laudem sine ullius facti mentione.

2 Et MIHI id est: quantum ad iudicium meum pertinet.

894 1 CUI DOMINUS CURAE EST cum hic dominas habeat, 'dominus' dixit, quia et praevalet masculinum, Vergilius (Aen. 2. 632) 'descendo ac d. d. f. et h. exp.' et praeterea sententia generalis inducitur, cum nullum specialiter dominum significet. 3 Et quam grate, postquam audivit, bis nomine appellavit Getam!

2 ITA UT TIBI SENSI GETA maximum delinimentum infert eum nomine vocans, quemadmodum <in> superioribus.

895 1 ET TIBI OB EAM REM SI QUID USUS VENERIT 'et tibi' utrum quemadmodum aliis an quemadmodum Syro? [1]) 2 ET TIBI OB

[2]) Vide adn. ad h. l.

EAM REM SI QUID USUS VENERIT defectus quidam rustici est praeter naturam blandientis cogi dicta repetere sine gratia; hae autem promissiones ad hoc praemittuntur, ut cum in subiectis agi a Demea huiusmodi res coeperint non sit absurdum spectatoribus Demeam tam cito esse mutatum.

896 MEDITOR ESSE AFFABILIS sic hoc lentius ut illud supra (884) 'iam nunc haec tria primum addidi praeter naturam: o noster, quid fit? quid agitur?'

898 1 PAULATIM PLEBEM PRIMULUM moraliter inferiorum turbam dixit 'plebem', hoc est: ut in urbe vulgus, ita in familia servos, et fit translatio ab his, qui honores dolose ac non pro merito petunt ambitiosique sunt. 2 PLEBEM PRIMULUM FACIO MEAM hoc est: mihi faventem, ut e contrario Vergilius (Aen. 2. 396) 'vadimus inmixti Danais h. n. n.'

7.

899 1 OCCIDUNT ME QUIDEM adulescens et Demea inter se affabiles imaginem praebent et quam dulcis sit iunioribus assentatio et quam ingrata censura; ἰδιωτικῶς autem dixit 'occidunt me' pro: nimis laedunt et cruciant. 2 DUM NIMIS SANCTAS et 'nimis' et 'sanctas' ridicule additum in ea ducenda, quae iam pepererit, nam s a n c t u m est, quod omni observatione inviolatum est; 3 et bene additum est 'nimis', quia n i m i u m pro vitio ponitur propter illam sententiam, qua dicitur 'ut ne quid nimis' (An. 61). 4 OCCIDUNT ME QUIDEM 'quidem' pro exceptione est, tamquam in hac mora nullus alius occidatur nisi qui amat. (*a*)

4 *a* id est ego.

901 1 QUID AGITUR AESCHINE iam ipse docuit 'quid fit?' et 'quid agitur?' blandimentum esse (884) 'iam nunc haec tria primum addidi praeter naturam: o noster, quid fit? quid agitur?' 2 HEM PATER non sine consternatione respondet Aeschinus, etsi hic blande interrogat et miti vultu, nam et improviso obiectus est Demea et insperanti.

902 TUUS HERCLE VERO ET ANIMO ET NATURA PATER totum eripuit Micioni, cui ne animum quidem reliquit.

903 1 QUI TE AMAT PLUS QUAM HOSCE OCULOS magis comicum

quam ‘amo’. 2 SED CUR NON DOMUM UXOREM ACCERSIS bene subiecit, quae volenti esse credebat.

904 1 VERUM HOC MIHI MORA EST TIBICINA ET HYMENAEUM hoc est quod ait (899) ‘nimis sanctas nuptias student facere’. 2 Hymenaeum quidam Liberi ac Veneris filium dicunt esse, qui primus certas nuptias instituerit; ideo per laudem cantatur virginalibus nuptiis ob eiusmodi meritum; alii virum fortem Atticum dicunt fuisse, qui raptas praedonibus virgines oppressis latronibus intactas patriae restituerit; alii, quod hymen dicatur membrana quaedam, qua est munita virginitas, quae primo corrumpitur coitu, hymenaeum putant veluti hymnum vocari virginalium nuptiarum. 3 Ergo sic accipe hymenaeum in nuptiis, quemadmodum θρῆνον in funere et in sacris hymnum [1]).

906 VIN TU HUIC SENI AUSCULTARE contemnens se ipsum dixit hoc solum afferens causae cur credendum sit, quod sit senex, et totum hoc apparet laetissimo vultu dici.

907 TURBAS LAMPADAS TIBICINAS bene totum pluraliter, ut qui reprehendit sic multa, Plautus (Curc. 546) ‘quid tu mihi parasitos, luscos, quid summanos somnias?’ haec igitur vultu pronuntianda sunt, ut appareat ea displicere dicenti.

908 ATQUE IN HORTO HANC MACERIAM IUBE DIRUI maceries dicitur paries non altus de <materia> macerata.

911 EUGE IAM LEPIDUS VOCOR apparet Demeam experiendi causa assentari, non quod animo facit.

912 FRATRI AEDES FIENT PERVIAE elegantius quam ‘fratris’.

914 1 INEO GRATIAM in gratiam eo, hoc est amicos comparo. 2 EGO LEPIDUS irridens adulescentis animum sic inquit. 3 IUBE NUNC IAM insultantis est verbum ‘iube’, <et> tamquam praesto sit, Micioni hoc dicit Demea, 4 aut apud se [hoc]: 6 (IUBE NUNC IAM DINUMERET ILLE [2]) BABYLO VIGINTI MINAS) nimis morale est, cum de absente quasi cum praesente agimus; est autem hoc ‘iube nunc iam’ figura etiam apud Plautum frequentissima. [3])

---

[1]) Vide adn. ad h. l.

[2]) ILLE: concinit lemma Donati cum lectione versus Terentiani, quae est ‘ille’ in omnibus codd. (deest autem Bembinus), et sic omnes editores inde a Bentleio. Kauer (app. crit.) propter schol. 915. 1 et 3 legit ‘illi’. Vide adn ad h. l.

[3]) Most. 426.

5 IUBE quasi hoc dicere insultantes solemus † nunc minare hunc si abste tecum afflictum tenemus, ita et Demea Micioni dicit 'iube nunc' (vide adn. ad. h. l.).

7 IUBE NUNC IAM 'iube' sic dicit quemadmodum supra (908).

915 2 DINUMERET 'dinumeret' dixit quasi multum numeret. 4 BABYLO 'Babylonem' fratrem ob nimiam liberalitatem vocat.

1 ILLI cui, cum hic alius nemo adesset cui diceret? 3 ILLI 'illi' cui? Ctesiphoni <an> lenoni an Aeschino an Syro? 5 An Aeschinum nimis prodigum?

916 1 SYRE CESSAS [INTRO] IRE AC FACERE ἰδιωτικῶς dicitur. 2 DIRUE hoc vultu dicitur adhortante.

918 1 CUM TE VIDEO NOSTRAE FAMILIAE TAM EX ANIMO FACTUM VELLE ex animo alicui facere est id facere quod ille in animo suo velit. (*a*)

1 *a* *aut certe ex tota mente praestare, non perfunctorie. 2 Sed 'ex animo factum, bene factum intellegere debemus. ut sit 'ex animo' quasi ex sententia.

919 DIGNOS ARBITROR multa desunt: et 'vos' et 'esse' et 'quibus fiat'.

920 QUID TU AIS eo vultu dicitur 'quid tu ais?', quo videmus loqui eos, qui ab his interrogant gesticulante vultu quid sentiant de consilio suo, quos sciunt approbaturos esse.

923 SIC SOLEO potest εἰρωνεία videri quippe quando tale consilium dat Demea, quod probaret adulescens.

8.

924 1 IUBET FRATER apparet Micionem dixisse 'cur diruis?', Syrum respondisse 'quia hoc iubet frater tuus'. 2 IUBET FRATER dirui maceriam scilicet. 3 TU IUBES HOC DEMEA interrogative pronuntiandum totum; ita erit una persona et breviter ostendetur ex huius verbis, quid prior dixerit Syrus, 4 et mirum initium, ne prooemio opus esset Demeae ad profitendam mutationem voluntatis.

925 1 HAC RE maceriae disiectione. 2 ET ALIIS OMNIBUS in his nuptiis senilibus.

927 1 COLERE 'iubeo' subauditur per ζεῦγμα, 3 et adnotandum coli a superiore, ut (Verg. Aen. 1. 16) 'posthabita c. S.'

2 *COLERE ADIUVARE ADIUNGERE 'colere' ad Syrum pertinet, 'adiuvare' ad Hegionem, 'adiungere' ad Sostratam.

928 IMMO HERCLE ITA NOBIS DECET antiqui si addebant statim ver-

bum, 'nos decet facere' 'nos decet dicere', si non addebant, 'nobis decet' dicebant.

929 1 PRIMUM HUIUS UXORIS EST MATER incipit a persuasione sed latenter, ita ut ea quae proposito consilio dicenda erant ante demonstrarit quam dicat quid fieri velit; et hoc semper fit ab oratoribus in his rebus, <a> quibus incipere non oportet propter turpitudinem aut incommoditatem rei, quae persuadenda est; considera adeo apud Vergilium (Aen. 5. 606 sqq.), ubi persuadet Iris matribus, ut naves suas incendant, et invenies hoc ipsum consilium ultimum poni post argumenta quam plurima 'quin agite et m. inf. exu. p.' (v. 635).

2 Et initium a possibili factum est, nam dicit 'huius uxoris est mater'.

930 1 PROBA ET MODESTA 'proba' sibi, 'et modesta' apud alios; 2 et vide laudes conciliatoribus inventas et usitatas. 3 ITA AIUNT hoc ita respondet, quasi dicat 'sed quid mea?'

931 1 SCIO adhuc Micio non intellegit quo res tendat, sed tantum vultu quodam admirantis cur hoc dicatur respondet. 2 PARERE HAEC IAM DIU PER ANNOS NON POTEST recte, ne contra filios pater suadere videatur. 3 PER ANNOS NON POTEST bene 'per annos', quia non est sterilis.

933 1 HANC TE AEQUUM EST DUCERE 'te, Micio' scilicet. 2 ET TE OPERAM UT FIAT DARE 'te, Aeschine', nam ad illum conversus a Micione est; et quare Aeschinum dare aequum est? scilicet ut prosit socrui.

931 4 PARERE HAEC IAM DIU PER ANNOS NON POTEST hoc autem addidit, ne contra filios pater suadere videatur nuptias, si illis coheredes esse procreandos suadeat.

934 1 ME DUCERE AUTEM <TE> magna vis in pronominibus posita est, nam 'me' ille sic dicit quasi quem minime deceat, 'te' hic sic respondet quasi quem maxime oporteat. 2 INEPTIS verbum est, quod facit ineptio ineptis ineptit. 4 SI TU SIS HOMO Aeschine; 6 (SI TU SIS HOMO) hic facete et mire coegit Aeschinum ad persuadendum, non enim dixit 'si tu sis homo, persuade', sed 'hic faciat', ut ab illo non factum sed effectum exigeret.

3 SI TU SIS HOMO non 'si es' sed '<si> sis' dixit, quasi in eo se hominem sit Aeschinus probaturus. 5 SI SIS pro: si esse volueris et si credi homo esse volueris.

935 1 QUID TU AUTEM HUIC ASINE AUSCULTAS aptum convicium grandi et fatuo. 2 MI PATER 'mi' vocativus est casus ab eo quod est meus.

936 2 DELIRAS proprie ut vetulo.

1 FIERI ALITER NON POTEST a necessario.

937 1 INSANIS AUFER congrue seni 'deliras', iuveni 'insanis', 2 et AUFER vel 'te' vel 'manum', nam rogans manum admovet scilicet dicens 'mi pater'.

3 AUFER 'aufer': aut 'te' aut 'manum'. 4 Aut pro eo quod est abi, ut sit: aufer te.

938 1 EGO NOVUS MARITUS apud Menandrum senex de nuptiis non gravatur: ergo Terentius εὑρετικῶς.

2 EGO NOVUS MARITUS ANNO DEMUM QUINTO ET SEXAGESIMO FIAM ATQUE ANUM DECREPITAM DUCAM quis quid quando quomodo: quis 'ego', quid 'novus maritus', quando 'anno demum quinto et sexagesimo', quomodo 'anum decrepitam ducam'.

939 1 ATQUE ANUM DECREPITAM DUCAM facete hoc addidit, tamquam faciendum hoc esset, si puella duceretur seni.

938 3 ANNO DEMUM QUINTO ET SEXAGESIMO haec aetas est, ut Varro ait, etiam comicorum senum; 4 et 'demum' adverbium tarditatis est.

939 2 IDNE ESTIS AUCTORES MIHI id est persuasores, ut Vergilius (Aen. 12. 159) 'auctor ego a.' 3 DECREPITAM 'decrepitam' aut stomacho anili et iracundo aut 'decrepitam' obtusi animi et laesae senectutis aut 'decrepitam' cui saepe moribundae crepuerit planctu familia, id est conclamaverit.

940 1 LARGITOR imperativo modo temporis futuri. 2 DE TE LARGITOR PUER acutius 'de te' dictum est quam 'de tuo', 3 et bene in eum, qui promiserat puellae coniunctionem suam.

942 1 DA VENIAM praesta beneficium, concede quod petitur. 2 NE GRAVARE ne te difficilem praebeas, quia gravem se dicitur praestare, qui id facile non praestat in beneficio quod potest. 3 DA VENIAM NE GRAVARE FAC PROMITTE altrinsecus agentium fatigantiumque verba sunt.

943 AGE PROLIXE MICIO aut 'age prolixe' id est: age benigne, ut sit 'prolixe' benigne secundum veteres, aut per ἀσύνδετον et ἔλλειψιν 'age' correptivum, ut ad 'prolixe' subaudiatur 'noster esto' aut quid tale et 'Micio' velut 'insanis' dictum sit.

944 ETSI HOC MIHI PRAVUM 'pravum', si anum ducet nullo commodo suo, 'ineptum' qui non voto filiorum ducat uxorem, 'absurdum' homini, qui numquam duxerit et numquam ducere voluerit, <'alienum'> seni duci uxorem, quae adulescenti ducta non sit.

945 1 SI VOS TANTOPERE ISTUC VULTIS FIAT cur hic non quaeritur de voluntate Sostratae? an quia illam consentire necesse est vel propter pauperiem vel ob amorem filiae suae? 2 SI VOS TANTOPERE ISTUC VULTIS FIAT ridicule dixit et comice uxorem se ducere, non quia velit aut debeat, sed ut obsequatur iubentibus.

946 HOC CONFIT QUOD VOLO perficitur, inquit, quod volo, ut sumptum et turbam domum recipiat Micio et ego ineam gratiam (cf. 914).

947 1 QUID NUNC QUOD RESTAT pro 'quod sequitur', 2 an 'quod restat' tamquam reliquiae rerum priorum ac per hoc minimum? 3 HEGIO EST HIS COGNATUS PROXIMUS (*a*) [4 Et] bene addidit 'proximus', nam multi gradus et veluti rami sunt propinquitatis in affinitate et cognatione dispositi.

3 *a* commendatio personae quasi notae etiam Micioni ob merita sua.

948 1 AFFINIS NOBIS recte, nam uxoris cognati affines marito sunt. 2 PAUPER iam hoc nomine apparet aliquid flagitari.

949 1 QUOD LOCITAS FORAS 'foras' dixit locum pro persona ponens, quasi diceret 'nescio cui alieno', sic et nos dicimus 'audi: quid dicit ecce hac?' pro ecce hic, et Cicero (Verr. 2. 66) 'hic tum alius ex alia parte'. (*a*) 2 Aut si 'foris' foris posito, id est alieno. 3 SUB URBE EST AGELLI PAULULUM totum cum contemptione pronuntiandum.

1 *a* deest ergo aliquid, ut sit: quod locitas foras versum.

950 1 HUIC DEMUS QUI FRUATUR id est: qui fructum capiat, non proprietate potiatur; proprie ergo et quasi de iure dixit 'fruatur'. 2 'Fruatur' autem est *alatur*, quia *frumen* dicitur summa gula, per quam cibum lingua demittit in ventrem.

951 1 BONUS EST NOSTER EST RECTE DATUR ἐπιτροχασμός hortantis et ἀσύνδετον multa congerentis. 2 NOSTER EST bene addidit, namque dixit 'pro patre huic est'. 4 RECTE DATUR quasi non quaeratur, an dandum sit, sed illud solum, an *recte*, quaeratur.

5 BONUS EST NOSTER EST haec omnia vultuose, tamquam invidiam faciat parsimoniae Micioni.

3 BONUS EST potuit responderi 'quid mea?' 6 Et plus significat 'noster', quam si addatur 'quid noster?'

952 1 NON <MEUM> ILLUD VERBUM FACIO nunc 'verbum' pro ἀξιώματε posuit, quod uno stringitur verbo. (*a*) 2 NON MEUM ILLUD <VERBUM> FACIO nota 'verbum' pro sententia, ut (An. 45) 'uno verbo dic, si quid est quod me velis' et (An. 240) 'miseram me, quod verbum audio!' 3 'Verbum' dixit veram sententiam, nam v e r b a a v e r i t a t e dicta esse testis est Varro (cf. de l. l. I fr. 1 Wilm., p. 144).

1 *a* ergo 'verbum' brevis sententia.

954 1 HANC MACULAM NOS DECET EFFUGERE 'maculam' τῷ χλευασμῷ dicit irridens opinionem Micionis, quia parsimoniam maculam putet.

2 Et simul auxit primo 'vitium', deinde 'maculam' dicendo.

958 1 SUO SIBI GLADIO HUNC IUGULO ἀλληγορία. 2 Non 'suo' sed 'suo sibi' moraliter et ut veteres solent loqui.

9.

958 3 FACTUM EST QUOD IUSSISTI DEMEA id est: diruta est maceria.

959 1 FRUGI HOMO ES utilis ut fruges. 2 ERGO EDEPOL HODIE MEA QUIDEM SENTENTIA IUDICO SYRUM FIERI LIBERUM hoc est iamdudum quod promiserat Syro, sed nunc opportune: videtur enim modo meritum praecessisse; 3 et SENTENTIA IUDICO περισσολογία est.

961 1 MULTA oratorie maluit generaliter 'multa' dicere, quam quaerere specialiter, quod invenire non posset. 3 QUOD NAM OB FACTUM <a> iure: adscribi enim causas manumissionis in iure formula est. 4 EDEPOL VIR BONUS iurat bonum, quia praeter opinionem est.

2 Et Micio singulariter unum quaerit, hic pluraliter 'multa' respondet.

962 1 EGO ISTOS VOBIS USQUE A PUERIS intellegit Syrus laborantem pro se Demeam non habere quod dicat, et ideo ipse prosequitur ordinem meritorum. 2 SED. <D> apparet paedagogum fuisse.

963 1 DOCUI MONUI BENE PRAECEPI ridicule adduntur, sed tamen consuetudine, quia imputantur etiam facta prave pro bonis. 2 QUAE POTUI OMNIA bene 'quae potui' quasi plura vellet.

964 RES APPARET mire irridet Demea, sic tamen, ut serio agere videatur.

965 APPARARE DE DIE CONVIVIUM id est repente, neque ante praedictum aut pridie constitutum.

967 1 POSTREMO HODIE IN PSALTRIA HAC EMENDA et hoc totum serio dicitur, ut magis ridiculum videatur. 2 HIC ADIUTOR FUIT in re bona a d i u t o r e s, in mala i m p u l s o r e s dicuntur, ergo hic 'adiutor' dicitur Syrus a non irascente, a criminante autem et irato 'impulsor' (315, 559). 3 HIC ADIUTOR FUIT HIC CURAVIT de more repetitum est 'hic', cum dicitur 'hic adiutor fuit, hic curavit', sic enim solemus onerare audientem meritis eius, quem laudamus. (*a*)

3 *a* *deinde quid <non> praestitit, qui et officium corporis ut adiutor et curam animi praebuit ut consultor?

969 DENIQUE HIC VULT FIERI abutitur Demea sciens prodigam voluntatem adulescentuli.

970 1 SYRE ACCEDE HUC AD ME utrum ut eundem manu emittat an ut palam fiat, iubet propius accedere iuris publici consuetudinem ludens? 2 et vide quam comicam manumissionem quam facete induxerit atque condigne!

971 ET SEORSUM TIBI PRAETEREA DEMEA effecit Demea plus quam volebat: nam qui amari conabatur, praefertur his etiam qui amantur.

972 1 GAUDEO ET EGO gratulantium Syro voces sunt, quibus de more ille 'credo' respondet. 2 UTINAM HOC PERPETUUM FIAT GAUDIUM integrum, solidum et nusquam interruptum.

973 1 PHRYGIAM UT UXOREM MEAM ut ipse S y r u s, ita P h r y g i a uxor secundum veteres, qui servis nomina a nationibus imponebant. 2 UNA MECUM VIDEAM LIBERAM hoc sic pronuntiandum est, quasi gaudeat se recordatum de ea, quod cum ultro cogitare habuisset, paene oblitus fuit.

975 1 HODIE PRIMA MAMMAM DEDIT HAEC ridiculum meritum, siquidem oportuerit primam esse quamcumque. 3 HERCLE VERO SERIO adverbia sunt confirmantia cum παρέλκοντε.

2 *An quia causa est, qua ingenui dicuntur serio a nutricibus liberis educendi?

977 1 OB EAM REM hoc eo vultu dicitur, quo rem veluti excutimus et ostendimus momenti esse nullius. 2 ARGENTUM QUANTI

EST SUMITO quanto pretio valet: 3 (ARGENTUM QUANTI EST SUMITO) hoc verbo tenus, ut faciunt qui persuadere aliquid cupiunt.

978 DI TIBI DEMEA OMNES SEMPER OMNIA OPTATA AFFERANT 'omnes omnia' antiqua elegantia et figurata.

979 1 PROCESSISTI HODIE PULCHRE nunc vere pulchre processit Syrus. 2 SIQUIDEM TU TUUM OFFICIUM FACIES hoc est patroni, ut libertum non deseras sed alas manumissum: Plautus (Curc. 547) 'facis melius quam pars lenonum, qui libertos habent et eos deserunt'.

981 1 DEDERIS UNDE UTATUR 'utatur' vivat, quia usura vita dicitur, ut (Cic. Catil. 1. 29) 'unius usuram horae gladiatori isti non dedissem'. 3 ISTOC VILIUS hoc egit Terentius, ut conversis officiis usque adeo prodigum faceret Demeam, donec parciorem redderet Micionem. 4 ISTOC VILIUS quasi nihil minus; negatio est enim floccum ostendentis aut quid tale cum ἐλλείψει, qua subauditur 'quicquam' et 'non dabo'.

2 *An 'unde alatur' [1]) de quo fructum usumque capiat et cuius tibi sortem reddat? et hoc melius, nam ideo addidit 'reddet tibi cito'.

983 2 *Et* FACIET hoc potens et irridens quasi de prodigo dicit; 3 et mire ,faciet', quia nec credibile erat statim consensurum qui negaverat et perpetua negatio esse in fine non debuit.

1 FACIET ne quid negatum in fine fabulae videatur, addidit Demea 'faciet'.

984 QUOD ISTUC QUAE RES TAM REPENTE MORES MUTAVIT TUOS animadvertendum est, qua calliditate Terentius quaerens finem fabulae complere laetitia, per ipsum Demeam muneratur universos, qui in tota comoedia tristis ac saevus interturbavit et vociferatus est.

985 1 QUOD PROLUBIUM 'prolubium' Latine, quod Graeci προθυμίαν, id est promptus animus ad largiendum. 2 SUBITA EST LARGITAS repentina, ac per hoc ipsa est ingrata et immoderata, ut evenit, cum ex nimis parcis non largi <et> liberales, sed effusi prodigique redduntur.

986 1 UT ID OSTENDEREM abundat 'id', non ἔλλειψις est pro '<propter> id'. 2 QUOD TE ISTI FACILEM ET FESTIVUM PUTANT multum

[1]) Wessn. correxit 'utatur'. Cur.? cf. 950. 2.

detraxit Micioni dicendo 'te isti putant', per quod significatur errare adulescentes et hunc non esse festivum. 3 QUOD TE ISTI FACILEM ET FESTIVUM PUTANT bene in postremo dignitas personae huius (i. e. Demeae) servata est, ne perpetuo commutata videretur, ut Truculenti apud Plautum.

988 1 INDULGENDO attendendum est indulgentiam a Demea culpae ascribi denuo. 2 ET LARGIENDO MICIO severe additum nomen est verbis ex animo plorantis.

990 1 QUIA NON IUSTA INIUSTA PRORSUS OMNIA OMNINO OBSEQUOR proverbiales sunt huiusmodi elocutiones: fanda nefanda, digna indigna, velis nolis etc.

2 Fuit veteribus usitatum iusta iniusta, digna indigna, fas nefas.

991 2 FACITE QUOD VOBIS LIBET prope rediit rursus ad amaritudinem pristinam. 3 Haec ἐπιτροπή est figura, qua invitos nos permittere ostendimus quod nolumus fieri.

1 *EFFUNDITE EMITE FACITE 'effundite' ad Aeschinum pertinet, 'emite' ad Ctesiphonem, 'facite' ad omnes.

992 QUAE VOS PROPTER ADULESCENTIAM MINUS VIDETIS hic ostendit Terentius magis Demeam simulasse mutatos mores quam mutavisse.

993 MINUS VIDETIS MAGIS IMPENSE CUPITIS CONSULITIS PARUM ποικιλία: 'minus' 'magis' 'parum'.

994 1 HAEC REPREHENDERE ET CORRIGERE ET OBSECUNDARE IN LOCO tribus tria redduntur et utraque αὐξητικῶς, illa in malam partem superiora, haec in bonam quae inferiora sunt; non tantum enim culpae est minus providere quam impense <cupere>, nec tantum mali est impense cupere quam parum consulere: item reprehendere bonum est, melius corrigere, optimum secundare; nam qui reprehendit, non continuo et corrigit, qui corrigit, non illico secundat, id est laetissimum reddit et fidelissimum; alii 'secundare' obsequi dictum putant et ideo additum 'in loco', quasi non semper faciendum sit.

2 Ergo 'obsecundare' vel in melius convertere vel obsequi intellegimus.

995 TIBI PATER PERMITTIMUS noluit Terentius ab amoribus filiorum perpetuo repulsum patrem.

996 SINO HABEAT IN ISTAC FINEM FACIAT haec quidem permissio

est, sed exceptionem in se continet et cum quodam stomacho et velut minaci denuntiatione profertur.

997 IN ISTAC FINEM FACIAT hoc est aut: ne aliam amet, aut: ne alteram comparet, ne post istam luxuriet cura alterius. 2 RECTE bene et Micio non discessit de proposito suo, qui ut peccasse alias ostenderet fratrem ob nimiam asperitatem, cum exceptione quadam laudans verba eius 'istuc recte' dixit, quasi diceret 'non ut cetera', et simul reposuit ei, qui supra (986) dixerat 'quod te isti facilem et festivum putant'.

HECYRA

PROLOGUS

I

1 1 HECYRA EST HUIC NOMEN FABULAE a nomine coepit, ut incognitam probaret et ideo spectandam. 2 HECYRA EST H. N. F. nominativo casu figuravit, cum in usu sit, ut dativo dicamus, quamvis praesto sint exempla, quibus veteres per omnes fere casus hoc genus locutionis enuntiabant. 3 HECYRA EST H. N. F. haec primo data est sine prologo ludis Megalensibus, quos Sextus Iulius et Cornelius Dolabella ediderunt, sed occupato populi studio <in> funambulis displicuit; post denuo data est ludis funebribus L. Aemilii Pauli, quos fecerunt Q. Fabius Maximus et Cornelius Africanus; tunc quoque non peracta est per studium populi circa gladiatores; tertio ad postremum introducta Q. Fulvio L. Marcio aedilibus virtute actoris L. Ambivii Turpionis est commendata. 4 HECYRA EST H. N. F. totus hic prologus subtilem conquestionem continet ob hoc, ne aperte populum neglectae fabulae reum faciat et facile revocet in favorem. 5 HAEC CUM DATA EST NOVA ita dicitur 'data est fabula', ut 'data cena est' et 'datum est prandium'. (*a*) 6 HAEC CUM DATA EST NOVA NOVUM INTERVENIT sic et Homerus (Od. 24. 40) '*κεῖσο μέγας μεγαλωστί λελασμένος ἱπποσυνάων*'. 7 Et dari dicitur fabula cum agitur, stare cum placet. 8 HAEC CUM D. E. N. N. I. V. *σύλλημψις* prima: deest enim 'huic', et est figura *παρονομασία* 'nova novum'.

5 *a* et edidit a dato descendit.

2 1 VITIUM ET CALAMITAS bene secundum augures: 'vitium' enim est, si tonet tantum, 'vitium et calamitas' vero, si tonet et grandinet simul vel etiam fulminet. 2 VITIUM [ET CALAMITAS] 'vitium' translatio ab augurio, ut vitio creati consules dicuntur. 3 Calamitas παρὰ τὴν καλάμην dicitur, clades quia clam datur, ut aliud sit grandinis culmum frangentis, aliud furti aut doli mali: sic Probus.

3 2 UT NEQUE SPECTARI NEQUE COGNOSCI mira defensio, siquidem non iudicio comoedia exacta est, sed spectari cognoscique non potuit, placitura scilicet si audiretur. 3 UT NEQUE SPECTARI NEQUE COGNOSCI ideo theatrum, ideo spectatores, ideo actores, quia maior pars in gestu est quam in verbis. 4 COGNOSCI vel probari vel sciri an Hecyra dicatur hoc est quae sit omnino [1]).

1 *UT NEQUE SPECTARI 'vitium' quod non spectata est, 'calamitas' quod non cognita.

4 1 ITA POPULUS STUDIO STUPIDUS a derivatione causae: non quia mala est, inquit, exclusa est, sed quia populus funambuli admiratione obstupuit, quod infra de gladiatoribus dicet ad commutationem causae inducendam. 2 ITA POPULUS <STUDIO> STUPIDUS hic excusatur et populus, qui neque iudicavit de fabula neque tamen stulte erravit. 3 STUPIDUS pro 'stupens', ut (Verg. Ecl. 6. 20) 'timidisque supervenit Ae.'

5 PRO NOVA recte: iam enim non est nova.

6 ET IS QUI SCRIPSIT HANC OB EAM REM id est ob eam causam, quasi dicat: non iterum acta est sine causa; cur ergo non post funambulum relata est, si ille cessarat? an quia maluit avarum poetam inducere quam suo operi diffidentem?

7 1 ITERUM REFERRE <'re'> supervacuum est. 2 UT POSSET ITERUM VENDERE aliis scilicet ludis. (*a*)

2 *a* *hoc, ut diximus (v. 6), ad laudem fabulae refertur, postquam tantum fiduciae poetae dedit.

8 ALIAS COGNOSTIS EIUS QUAESO HANC NOSCITE mire illi favorem ex aliis petit, quae spectatori notae sunt eiusdem poetae, quasi haec omnino <non> nota sit; at in Andria, quae omnium prima est, aliter: ait enim (prol. 25) 'ut pernoscatis, ecquid spei sit reliquum, <posthac> quas faciet' etc.

[1]) De scholio misere corrupto vide Wessn. in var. lect. et in Appendice. Fortasse: an omnino Hecyra dicatur quae facta sit.

II

9 1 ORATOR AD VOS VENIO ORNATU PROLOGI magna arte hic prologus scriptus et nimis oratorie, nam totiens expulsa fabula quomodo honeste revocari potuit, nisi primo ipsa impudentia pro fiducia proferretur et deinde actor peritissimus ipse Ambivius probaret et poetam et comoediam, cuius auctoritas elucet ex verbis, tum deinde subtiliter novo poetae a vetusto et magnae auctoritatis Caecilio peteretur exemplum et peteretur ingeniosissime? nam quod rudi Terentio contigit, dicit accidisse veteri Caecilio, quod huic semel, illi saepe, quod huic in aliis numquam, hoc illi fere in omnibus, quod huic Hecyra exacta probatae sunt ceterae, illi partim exactae partimque vix probatae; itaque his omnibus argumentis id actum est, ut neque desperandum sit de Terentio, quod expulsus est, et nihilominus tantum illi attribuendum sit, ut aut par Caecilio, (*a*) aut ultra etiam melior esse possit. Hic autem L. Ambivius histrio fuit, actor comoediarum. 2 ORATOR AD VOS VENIO oratorem audire oportere ius gentium est, oratorem non licet iniuriam pati, ideo ergo, ne expellatur, non se prologum sed oratorem nominat; Plautus (Poen. 384) 'impias, ere, te: oratorem verberas'.

1 *a* magno tunc poetae.

10 1 EODEM UT IURE UTI SENEM LICEAT ut (Verg. Aen 5. 350) 'me liceat casus miserari i. a.' 2 SINITE EXORATOR SIM 'orator' est dum rogat, 'exorator' cum impetraverit: ita illud dicentis, hoc iam effectus significationem habet.

3 Et 'orator' est, cui causa defendenda mandatur.

11 1 QUO IURE SUM USUS ADULESCENTIOR tamquam aliud agens affert exempla, quibus ostendat turpe non esse Terentio exclusam esse unam illius fabulam, cum multorum poetarum multae exactae sint et in his Caecili, cuius illo tempore magna auctoritas fuit. 2 ADULESCENTIOR haec comparatio minus a positivo sonat et vim diminutivam exprimit, ut (Verg. Aen. 6. 304) 'iam senior, sed cruda deo v. q. s.'

12 1 NOVAS QUI EXACTAS FECI UT INVETERASCERENT σύλληψις, 2 et INVETERASCERENT agerentur denuo, quia nondum [1]) acta nova

[1]) Sic Steph. pro codd. lect. 'dum'. Wessn. correxit 'denuo', vix recte.

dicitur fabula. 3 INVETERASCERENT in consuetudinem venirent, spectarentur, amarentur. 4 EXACTAS expulsas.

13 NE CUM POETA SCRIPTURA EVANESCERET causa facti honestior non se poetae unius sed ipsius poeticae causa laborare.

14 IN HIS QUAS PRIMUM CAECILI DIDICI NOVAS a simili argumentum, quod fit per comparationem artificiosam et oratoriam rerum ac personarum.

15 1 PARTIM SUM EARUM vide plus esse in exemplo, siquidem partim exactae sunt Caecili fabulae, partim vix admissae, cum una Hecyra exclusa sit; (et est sensus: aut displicui, inquit, aut aliquibus vix placui)[1]. 4 et proprie locutus est, nam fabulae aut stare dicuntur aut exigi.

2 PARTIM SUM EARUM EXACTUS pro: in aliis aut timidis[2]; et simul splendida locutio est. 3 PARTIM adverbium est.

16 QUIA SCIEBAM DUBIAM FORTUNAM non igitur poetae culpa sed casus est; nam ideo <ad> fortunam eventum rettulit.

17 1 SPE INCERTA CERTUM MIHI sententiose, 2 et verum, nam ubi certa spes est, nihil opus est labore certo ac vehementi. 4 INCERTA CERTUM honesta figura, quae ἀνάκλασις dicitur.

3 SPE INCERTA pro 'spei incertae'. an deest 'in'?

18 1 EASDEM exactas. 2 COEPI τὸ 'coepi' difficultatem facti et molimen ostendit. 3 AB EODEM Caecilio scilicet.

19 1 NOVAS STUDIOSE NE ILLUM AB STUDIO παρόμοιον. 2 NE ILLUM AB STUDIO ABDUCEREM iterum causa honestatis. (cf. ad 13).

20 1 PERFECI UT SPECTARENTUR attende quantum pondus habeat, quod non 'feci' dixit sed potius 'perfeci', ut molem difficultatis ostenderet. 2 UBI SUNT <COGNITAE> PLACITAE SUNT nota participium sine verbo.

21 1 ITA POETAM RESTITUI IN LOCUM mire non 'Caecilium' sed 'poetam', ut hoc generaliter populo praestitisse, non uni homini videatur.

20 3 UBI SUNT C. P. S. elegans promissio, et hanc placituram, si cognoscatur. (*a*)

3 *a* et est coniectura a futuro tempore.

21 2 RESTITUI IN LOCUM quia 'remotum' et exclusum dixit.

---

[1]) Verba in parenthesi suspecta sunt propter 'inquit' et quia interrumpunt continuum scholium 1 + 4.

[2]) Pro 'timidis' Rabb. et Wessn. 'dimidiis', vix recte; in scholiis spuriis a coniecturis potius abstineo.

22 PROPE IAM REMMOTUM geminavit secundum antiquos, qui omnes in verbis liquidas duplicabant.

23 1 AB STUDIO ATQUE AB LABORE bene ostendit populo se profuisse Caecilium poetam ad laborem revocando. 2 ATQUE ARTE M. 'ab' etiam in tertio commode audiendum est, ut (Verg. Aen. 1. 427) 'hic portus alii effodiunt, h. a. t. f. e. a. i. c. r. e., s. d. a. f.'

24 IN PRAESENTIA statim ut a populo eiciebatur.

26 UT IN OTIO ESSET POTIUS QUAM IN NEGOTIO ipsis rerum nominibus ostendit facilitatem deterrendi.

28 1 NUNC QUID PETAM MEA CAUSA bene 'petam' et 'mea causa' quasi o r a t o r.

2 MEA CAUSA AEQUO ANIMO commendatio personae levis per aliam personam gravem secundum praecepta in rhetoricis.

29 1 HECYRAM AD VOS REFERO a causa principium narrationis inducitur. 2 HECYRAM AD V. R. principium a quaestione principali, an cognita sit et an spectanda sit. 3 QUAM MIHI a persona dicentis.

30 2 ITA EAM OPPRESSIT CALAMITAS EAM CALAMITATEM 'calamitatem' repetiit, ne nos f a b u l a m dicere illum putaremus.

1 ITA EAM OPPRESSIT CALAMITAS hoc succedit pro illo, quod est a persona adversariorum; simul ad fortunam rettulit populi culpam; non enim dixit, quod praesto erat.

31 VESTRA INTELLEGENTIA SEDABIT a iudicum persona.

32 2 *Et* bene περιφράσει usus est, ne diceret 'vos . . nobis'.

1 NOSTRAE INDUSTRIAE rursus a sua.

33 1 CUM PRIMUM EAM AGERE COEPI iam hic narratio subtilis inducitur et ut non laedat populum et ut defendat poetam. 2 PUGILUM GLORIA περίφρασις ἀντὶ τοῦ 'pugiles'; sed etiam g l o r i o s i, ut minus turpe sit antelatos eos esse, sicut Vergilius (Aen. 5. 368) 'magnis cum viribus e. o. D. m. q. v. s. m. t., s. q. P.' etc. (*a*)

2 *a* haec est gloria pugilum, gloria funambuli.

34 1 ACCESSIT EXSPECTATIO narratio, cur exclusa sit: hanc non poetae culpa deiectam nec iudicio populi et ideo nunc admittendam.

33 3 PUGILUM GLORIA F. <E.> A. EXSPECTATIO πολυλογία: 'pugilum gloria f. <e.> a. e. comitum conventus' <etc.>

34 2 EXSPECTATIO desiderium, ut Vergilius (Aen. 2. 283) 'exspectate venis'. 3 FUNAMBULI EODEM duplex causa ad unam exclusionem adhibetur.

35 1 COMITUM CONVENTUS utrum eos comites dicit, qui sunt pugilum assectatores an servos qui dominos sequuntur? 2 STUDIUM certamen diversis faventium. 3 CLAMOR MULIERUM bene 'mulierum': non enim timet eas, quibus suffragari vel refragari non licet in theatro.

36 UT ANTE TEMPUS EXIREM FORAS τῷ ἐξουθενισμῷ, ne gravem passus videatur iniuriam.

33 4 PUGILUM GLORIA pugil dictus a pugna et pugna a pugno, veteres namque ante usum ferri et armorum pugnis et calcibus et morsibus corporumque luctatione certabant.

37 1 VETERE <IN N.> ἀντίθετον primum. 2 VETERE IN NOVA COEPI UTI CONSUETUDINE nisi 'novam' comoediam intellexeris, non erit aperta sententia, nam et supra (prol. 1. 5) dixit 'nunc haec plane est pro nova'; 3 an in Terentio 'nova', quia numquam alias exclusus est? 4 et bene 'vetere', ut ostendat turpe non esse, quod et aliis poetis saepe contigerit.

38 REFERO DENUO aut 're' abundat aut 'denuo'.

39 1 PRIMO ACTU PLACEO rationabiliter dixit 'primo', quia quinque sunt actus, partes fabulae. 2 PLACEO studio dixit 'placeo' pro eo quod est 'fabula placet' aut 'Terentius'; 3 et mire: non diu, inquit, pependit iudicium, sed statim placui, ut quod sequitur non iudicio sed perturbatione factum sit. 4 CUM INTEREA RUMOR VENIT DATUM IRI hoc abhorret a nostra consuetudine, verumtamen apud antiquos gladiatores in theatro spectabantur.

40 DATUM IRI 'datum iri' dixit ut fabulam, quoniam haec omnia spectatori et populo dantur.

42 NON POTUI TUTARI LOCUM facete repetit 'locum'.

43 2 TURBA id est θόρυβος. 3 NUNC TURBA NON EST 'turbam' rettulit ad id quod ait supra (40) 'populus c. t.', 'otium' ad illud (41) 'pugnant de loco', 'silentium' ad illud quod dixit (35) 'clamor mulierum'. (*a*) 4 NUNC TURBA NON EST OTIUM ET SILENTIUM quae adhortatio per enumerationem!

1 *NUNC TURBA NON EST ἀνταπόδοσις πρὸς τὸ 'tumultuantur'; 3 *a* *OTIUM πρὸς τὸ 'pugnant'; ET SILENTIUM πρὸς τὸ 'clamant'.

44 1 AGENDI TEMPUS MIHI DATUM EST ab aedilibus scilicet. 2 VOBIS DATUR POTESTAS CONDECORANDI LUDOS SCAENICOS quasi et populus aliquid agat, cum spectet.

46 1 NOLITE SINERE PER VOS σχῆμα διανοίας· ῥητορικὴ ἐπίπληξις. 2 ARTEM MUSICAM oratorie, quasi non Terenti causa agatur sed artis musicae.

48 1 MEAE AUCTORITATI quia iam senex est. 2 <MEAE AUCTORITATI> FAUTRIX ADIUTRIXQUE SIT qua Terentium probo, et est figura analogia; vult autem se esse eius auctoritatis, ut et populo placere iam debeat, qui ipsi placet.

49 3 SI NUMQUAM AVARE per haec verba vult Terentius demonstrare, quam gravis auctor sit qui suas comoedias probet; sic Horatius (Ep. 2. 1. 81) 'ea cum reprendere coner, quae gravis Aesopus, quae doctus Roscius egit'.

1 SI NUMQUAM AVARE commendatio ab ante actis, id est a personae attributis. 2 SI NUMQUAM AVARE a meritis defensoris argumentum ad laudem fabulae.

50 1 ET EUM ESSE QUAESTUM IN ANIMUM INDUXI modo non 'numquam' subauditur sed 'si', ut sit: et si eum esse etc.

2 ET EUM ESSE QUAESTUM IN ANIMUM INDUXI a <*****>.

51 VESTRIS COMMODIS plus dixit 'commodis' quam si diceret 'voluptatibus'.

50 3 QUAESTUM MAXIMUM QUAM MAXIME <ut> (v. 54) 'inique iniqui', παρόμοιον.

52 SINITE IMPETRARE ME QUI IN TUTELAM MEAM ordo: sinite impetrare me, ne eum circumventum inique iniqui <irrideant, qui> in tutelam meam s. s. et s. i. v. c. f.

55 1 MEA CAUSA C. quasi orator, 'causam' dixit [1]). 2 MEA CAUSA CAUSAM HANC ACCIPITE oratorie: sic enim fit, cum persona pro persona ad commendationem affertur. 3 ET DATE SILENTIUM quasi fabulae ac poetae. 4 MEA CAUSA CAUSAM παρονομασία.

56 1 UT LIBEAT SCRIBERE ALIIS oratorie ἀπὸ τῆς ἰσότητος. 2 MIHIQUE UT DISCERE proprie: *docet* enim poeta, *discit* scaenicus.

57 2 Et bene 'ut expediat', tamquam facturus sit, etsi non expedierit, dum quaestum maximum *servire populo* putat. 3 PRETIO EMPTAS MEO aestimatione a me facta, quantum aediles darent, et proinde me periclitante, si reiecta fabula a me ipso aediles quod poetae numeraverint repetant; nam, quomodo alibi dixit (Eun. prol. 20), [postquam] *aediles emerant*. 5 Et bene, ut

---

[1]) Cf. adnotatio ad h. l.

sequatur populus iudicium eius, qui aestimare vere fabulas potuerit. 6 PRETIO EMPTAS MEO ut quidam volunt periculo.

1 NOVAS EXPEDIAT POSTHAC ab utili argumentatio est. 4 Ergo 'meo' a me facto, a me statuto.

I

1.

58 1 PER POL QUAM PAUCOS REPERIAS MERETRICIBUS FIDELES novo genere hic utraque προτατικὰ πρόσωπα inducuntur, nam et Philotis et Syra non pertinent ad argumentum fabulae: hoc autem maluit Terentius quam aut per prologum narraret argumentum aut θεὸν ἀπὸ μηχανῆς induceret loqui. 3 PER POL QUAM P. animadvertendum est in hac fabula Terentium bonam meretricem inducturum, ne id contra morem videatur facere, etiam aliam meretricem non malam inducere, ut id exemplis fiat tritius et usu verisimile. 4 PER POL QUAM PAUCOS R. ordo: pol perquam paucos reperias; nam 'perpol' non est Latinum, sed τὸ ἑξῆς 'perquam', id est nimis. 5 QUAM PAUCOS quidam non 'paucos' sed 'paucis' legunt; sic enim Apollodorus 'ὀλίγαις ἐραστὴς γέγον' ἑταίραισιν, Σύρα, βέβαιος'. 6 REPERIAS aptum verbum ad raritatem et ideo non dixit 'pauci sunt', sed 'paucos reperias', si quos quaeras; non autem reperietur nisi quod quaeritur, non quaeritur nisi quod praesto non sit.

2 PER POL QUAM PAUCOS REPERIAS haec persona Terenti more extrinsecus assumitur, ut sit per quam argumenti obscuritatem spectator effugiat.

59 1 FIDELES huiusmodi sententias rhetores διανοίας vocant. 2 Et mire non 'esse' sed 'evenire' dixit, ut non rationis sed casus sit, id quod rarissimum est. 3 FIDELES fidi in maximis, fideles in minoribus negotiis.

60 1 VEL HIC PAMPHILUS transitus a generali sententia ad specialem. 2 VEL nunc veluti, alias coniunctio disiunctiva est, alias correptionem significat, ut apud Ciceronem (Verr. 4. 3) 'vel optima Messanae', 3 (VEL) aut etiam, <ut> (Verg. Ecl. 8. 69) 'carmina vel c. p. d. L.' aut velut, <ut> modo. 4 IURABAT Q. B.

Q. S. tria sunt: quae iurabat et quotiens et quam sancte; quod totum de more amatorum ac meretricum, quae iureiurando teneant quos lege non possunt.

61 UT QUIVIS non modo Bacchis, quae amica erat.

62 NUMQUAM ILLA VIVA DUCTURUM UXOREM παρένθεσις prima: iurabat numquam illa viva uxorem ducturum.

63 1 EM DUXIT pronuntia, ut mirantem ostendas. 2 ERGO PROPTEREA modo 'ergo' affectum exprimit reprehendentis tarde sibi assentientem, sic Vergilius (Aen. 2. 707) 'ergo age, care pater, c. i. n.' 3 PROPTEREA TE SEDULO 'sedulo' instanter et ex animo vel sine dolo. 4 EM DUXIT 'em' adverbium demonstrantis est, ut (Eun. 459) 'em alterum'.

64 1 ET MONEO ET HORTOR monemus consilio, hortamur impulsu. 2 NE CUIUSQUAM MISEREAT deest 'te'.

65 1 QUIN SPOLIES MUTILES LACERES 'quin' quominus, et magna persuasio est ad male faciendum. 2 SPOLIES <M. L.> spoliare est non minimam partem auferre, mutilare aliquid detrahere, sine quo res esse non possit, lacerare autem cum omnino non habeas quod imminuas. 3 MUTILES imminuas, unde mutili dicti boves aut capri sine cornibus — nam male qui a multa putant dici —; et inde Mulciber Vulcanus, quod sit mutilatus ac debilis. (*a*)

3 *a* an proprie Mulciber dictus est, quod omnia mulceat, id est molliat ac vincat?

66 1 UTIN EXIMIUM NEMINEM HABEAM 'utin' pro 'ut ne' ἀπόστροφος, 2 et perseverat in allegoria, nam eximia pecora dicuntur, quae a grege excepta sunt ad usus dominorum suorum, ut uberius pascantur; 3 sed proprie eximii sunt porci maiores, qui ad sacrificandum excepti uberius pascuntur, etenim boves, qui ad hoc electi sunt, egregii dicuntur et oves lectae, ut Vergilius (Aen. 4. 57) 'mactant lectas de more bidentes'. (*a*) 4 UTIN EXIMIUM deest 'censes', ut sit: censes utin eximium neminem habeam?

3 *a* ita et porci eximii. 5 Vel certe 'mones'. 6 UTIN EXIMIUM 'eximium' separatum ex omnibus: proprie eximius porcus est exemptus a grege atque signatus macula aut nota. 7 HABEAM deest 'censes' aut 'vis' aut 'mones'.

67 1 NAM NEMO QUISQUAM παρέλκον tertium, nam abundat 'quisquam'. 2 SCITO AD TE VENIT bene additum 'scito' et moraliter

et acutius pronuntiandum: est enim verbum illorum, qui familiares corrigunt.

68 1 QUIN qui non. 2 ITA PARET hoc verbum adversum munificos et segnes sumitur, ut alibi (Eun. 240) 'itan parasti te, ut spes n. r. in t. s. t.?' 3 ABS TE pro 'ex te'.

69 SUAM VOLUPTATEM EXPLEAT bene 'expleat', quod contrarium meretrici est amatorem voluptate satiari.

70 1 HISCINE TU ἐρώτησις. 2 <HISCINE> Id est talibus. 3 Et vide si pulchra meretrix puella est [1]). 4 INSIDIABERE insidiari malum est, sed contra insidiari iustum est.

71 1 TAMEN POL EANDEM INIURIUM EST idem aliter et vehementius intulit, nam peius est eandem esse omnibus quam nullum excipere. 2 INIURIUM iniquum. (*a*)

2 *a* *'iniurium' autem indignantis modo significatio est et vim adverbii habet.

72 ULCISCI ADVERSARIOS de more 'adversarios' mutato nomine posuit: durum enim fuerat, si 'amatores' diceret.

73 AUT QUA VIA TE CAPTENT ILLI qui te captant saepe, tu eos vel semel cape.

74 1 HEU ME MISERAM bene, quia non persuasit, affectum doloris expressit; intellegit enim ex vultu eius non se persuasisse quod voluit. 2 HEU ME MISERAM CUR N. A. I. M. AE. E. F. EST ἐμπαθῶς ait, quod reliquum est, quia quod volebat persuadere non potuit; 3 et bene, quia utrumque non habet. 4 et mire e contrario descripta est deformitas lenae et formam et voluntatem malam gerentis.

75 AUT TIBI HAEC SENTENTIA δεικτικῶς, simulque ostendit secundum φυσιογνώμονας difficile deformem reperiri bonum.

2.

76 1 SENEX SI QUAERAT ME MODO ISSE DICITO AD PORTUM hoc servus dixit in scaenam de proscaenio respiciens. 3 SENEX SI QUAERAT ME magis expressit consuetudinem dicendo 'senex' quam si diceret 'dominus maior'. 4 SENEX SI QUAERAT ME ut ex verbis suis tam meretrix quam lena descripta est, ita et Parmeno ipse qualis sit ostenditur ex sua sibi locutione; exeundi autem causa

[1]) Vide adn. ad h. l.

de argumento sumitur, quia Pamphilus absens est et exspectatur in dies eius adventus.

2 SENEX SI QUAERAT ME duae coniecturae sunt in hac scaena: an verae sint nuptiae et an verisimile sit adulescentem abstinere potuisse a virgine sibi nuptum tradita.

77 1 PERCONTATUM ADVENTUM PAMPHILI honestam causam dixit, 2 et 'percontatum' scribitur et 'percunctatum': si 'percontatum', a c o n t o, quo nautae utuntur ad <exploranda> loca navibus opportuna; si vero 'percunctatum', ab eo quod a c u n c t i s perquiratur.

1 *a* id est post adventum Pamphili.

76 5 SENEX SI QUAERAT ME MODO ISSE D. A. P. haec omnia et submissa et veloci pronuntiatione afferenda sunt; hoc enim desiderant huiusmodi verba utpote et servi et festinantis.

78 1 AUDIN QUID DICAM SCIRTE 'audis' modo s e n t i s, i n t e l l e g i s, ut Vergilius (Aen 1. 19) 'progeniem sed enim Troiano a sanguine duci audierat', item Vergilius alibi (Go. 1. 514) 'neque audit currus h.' 3 SCIRTE κωφὸν πρόσωπον inducitur. 4 AUDIN QUID DICAM SCIRTE convenit nomen servo puero παρὰ τὸ σκιρτῶσαι, quod est gestire et ludere.

2 AUDIN QUID DICAM 'audis' modo pro 'advertis'.

79 NULLUS pro 'non'.

80 1 ALIAS UT UTI POSSIM inter 'alias' et 'alia' hoc interest, quod 'alias' a l i o t e m p o r e significat, 'alia' a l i t e r aut p e r a l i a. 2 INTEGRA non dicta.

81 1 SED VIDEON EGO PHILOTIUM sic solent dubitare advenientibus ipsis, quos post multum temporis intervallum vident. 2 SED VIDEON EGO PHILOTIUM mire inventa causa narrandi est ideo, qüia peregre venit meretrix; alioquin si Athenis esset, omnia sciret. 3 UNDE HAEC ADVENIT cum quodam contemptu eius hoc sibi dicit Parmeno.

83 1 SALVE MECASTOR PARMENO olim salutantes addebant iusiurandum, ut hoc sedulo facere viderentur; 'me' autem aut adiectio est et abundat aut positum est pro 'μά' syllaba, ut Graeci 'μὰ τὸν Ἀπόλλωνα' dicunt. 2 ET TU EDEPOL SYRA irrisit 'ecastor' addendo 'edepol', et quod illa 'Parmeno', hic addidit 'Syra'. 3 SYRA 'Sura' veteres legerunt, <U> pro <Y> ponentes, ut M u s i s, S u r u s.

84 1 UBI PHILOTIS TE O. vide licentiam: supra 'Philotium' hic 'Philotis' dixit. 2 OBLECTASTI TAM DIU facete dictum meretrici: non 'ubi fuisti' sed 'ubi te oblectasti'.

85 MINIME EQUIDEM ME OBLECTAVI 'me' acutius proferendum est, quia respondet πρὸς τὸ 'te'.

86 1 CORINTHUM HINC SUM PROFECTA τὸ 'hinc' magnum dolorem ostendit habere Philotium, quod relictis Athenis Corinthi habitaverit. 2 HINC SUM PROFECTA I. multa dixit: et 'milite' et 'hinc' et 'inhumanissimo'. 3 INHUMANISSIMO quid potuit de milite dici sine superlativo? namque omnis miles inhumanus, hic vero inhumanissimus.

4 CORINTHUM HINC SUM PROFECTA haec argumenta sunt, an se oblectare potuerit: a persona quod miles inhumanissimus, a loco quod hinc profecta, a tempore quod biennium, a re id est ab iniuria quod tuli.

87 1 BIENNIUM IBI PERPETUUM ut continuationem sui casus ostenderet, 'perpetuum' dixit. 2 MISERA muliebris interpositio τὸ 'misera'. 3 ILLUM TULI non 'cum illo fui' sed 'illum tuli': adeo non me oblectavi [1]).

88 2 ATHENARUM ARBITROR quod dixit 'hinc', ἀνταπέδωκεν 'Athenarum'. 3 *Et* amphibolia 'te desiderium cepisse'.

1 DESIDERIUM ATHENARUM quod 'Corinthum profecta' es. 4 <TE DESIDERIUM .... CEPISSE> quod 'cum milite inhumanissimo'.

90 *Et* CONSILIUM CONTEMPSISSE paenitudine esse possessam.

91 1 HUC REDEUNDI iterum a loco; ABEUNDI A MILITE a persona.

92 VOSQUE HIC VIDENDI a re.

91 2 HUC REDEUNDI ... ABEUNDI ... VOSQUE HIC VIDENDI oratorie unam rem in tria divisit: 'huc redeundi' 'abeundi a milite' 'vosque hic videndi', ut diceret 'huc veniendi'.

94 2 Hic ostendit quid dixerit supra 'tuli' et quid sit 'agitare convivium libere' (cf. 87 et 93).

1 NISI PRAEFINITO L. a tempore.

93 1 AGITAREM INTER VOS LIBERE C. inter agere et agitare hoc interest, quod agere est aliquid vel necessarium facere, agitare voluptarium; 2 ergo 'agitarem' exercerem.

94 3 NAM ILLIC HAUD LICEBAT N. P. legitur et 'illi', ut sit circumflexus accentus et significet illic, ut (Verg. Aen. 2. 548) 'illi mea

---

[1]) Vide adn ad h. l.

tristia facta'; 4 et absolutum est 'praefinito'. (*a*) 5 NISI PRAEFINITO LOQUI ILLI Q. P. duo dixit: et 'praefinito' et 'quae illi placerent', ut neque quantum velles neque quod velles diceres.

4 *a* deest 'tempore' aut aliquid tale.

95 HAUD OPINOR COMMODE pro 'blande' et 'bene', ut (108) 'numquam tam dices commode'.

96 FINEM STATUISSE ORATIONI MILITEM argute 'militem', quia quasi inimicus est orationi, quae in pace plurimum potest.

97 1 SED QUID HOC NEGOTI EST MODO QUAE NARRAVIT M. <ad> argumentum nunc descendit, <ut> in Phormione (57) 'sed quid tu es tristis?', praelatis scilicet allocutionibus et separatarum et permixtarum personarum, ne ieiune ad argumentum venire et non agere fabulam sed narrare videretur. 2 SED QUID HOC NEGOTI bene addidit 'negoti', ut augeret invidiam facti, nam potuit dicere 'quid hoc est?' (*a*) 4 MODO QUAE N. M. 'quae' legendum [1]) est ut sit q u a l i a et q u a n t a; et hoc ὑπερβολικόν.

2 *a* *sed ut diximus ad invidiam et magnitudinem rei 'negoti' dixit. 3 QUAE NARRAVIT MIHI 'quae' q u a l i a scilicet et q u a n t a.

98 QUOD EGO NUMQUAM CREDIDI hoc totum cum invidia pronuntiandum ex animo meretricis, quae facinus indignum nuptias putat.

99 1 UT ILLE HAC VIVA POSSET mire ostendit ex iisdem verbis eandem hanc esse, quae supra dixerat (62) 'numquam illa viva uxorem ducturum d.' 2 POSSET ANIMUM INDUCERE quasi in rem duram et immanem.

100 HABERE AUTEM ostendit pronuntiatione, quod prope est ut non habeat.

101 1 SED FIRMAE HAE VEREOR UT SINT N. bene pro persona servi, qui vult dominum uxorium esse magis quam amatorem Bacchidis. 2 UT ne non. 3 SED FIRMAE HAE VEREOR animadverte Terentium in nuptiis hoc dictum servare, utrum firmas an infirmas dicat nuptias.

102 1 SI IN REM EST BACCHIDIS bene additum 'si in rem est Bacchidis', ut ostenderet se non malignitatis sed benivolentiae causa talia vota suscipere. 2 IN REM pro utilitate, 'ab re' contra utilitatem.

---

[1]) Wessn. cum Teubero legit 'acuendum'; sed ex 'ut' supple 'ita': est admonitio fabulae lectoribus destinata.

103 1 SED QUI ISTUC CREDAM nuptias esse infirmas. 2 ISTUC CREDAM ITA ESSE DIC M. P. superiore voto excusavit crimen curiositatis, ut iam videretur propter Bacchidem audire velle.

104 1 NON EST OPUS PROLATO HOC PERCONTARIER DESISTE vide quam convenienter poeta cum id agat, ut narrantem Parmenonem inducat, tamen multis diverticulis morales facetias internectat. 2 NON EST OPUS PROLATO H. incerta distinctio, utrum 'prolato hoc' an 'hoc percontarier.'

106 ITA ME DI AMABUNT 'amabunt' pro 'ament', ut (Verg. Aen. 1. 273) 'donec regina s. M. g. g. p. d. I. p.'

107 1 UT HOC PROFERAM p r o d a m, Bacchidi scilicet vel cuilibet. 2 MECUM GAUDEAM 'mecum' intra me, Vergilius (Aen. 1. 37) 'haec secum'.

108 1 NUMQUAM TAM D. C. haec pronuntiatio eiusmodi esse debet, ut ex ea appareat prope delenitum Parmenonem vix se posse continere quin narret. 2 NUMQUAM TAM DICES COMMODE quasi ex parte labefactus est. (*a*)

2 *a* sic enim loquitur.

109 AH NOLI PARMENO artificiose fingit audire nolle, ut tacitura credatur, si audierit, quia curiositas signum est loquacitatis, sic Horatius (Ep. I 18. 69) 'percontatorem fugito, nam garrulus idem est'.

110 1 QUASI TU NON MULTO MALIS deest 'ita dicis', ut sit: ita dicis quasi; 2 et nunc Philotis non est instantior ea calliditate, ut magis servum provocet ad dicendum.

111 [QUAM EGO QUAE PERCONTER SCIRE] [1]) ἔλλειψις: deest enim 'ita gravaris dicere' aut 'ita negas te locuturum'.

112 1 ET ILLUD MIHI VITIUM EST MAXIMUM servile vitium est tacere non posse. 2 ET ILLUD M. V. E. M. hoc lentius apud sese, illud clare 'si mihi fidem das' [2]), 3 et iam alia se habere vitia exceptione significat in hoc quod dicit 'illud mihi v. e. m.' 4 SI MIHI FIDEM DAS animadverte his dilationibus etiam spectatorem suspendi, quo libentius audiat. 5 SI MIHI F. D. fideliter spondes.

113 AD INGENIUM REDIS quia a se discesserat si taceret, Cicero (div. in Caec. 57) 'redit ad se atque ad m. s.'

114 1 HANC BACCHIDEM AMABAT UT CUMMAXIME eiusmodi haec tota

---

[1]) Lemma est v. 35: 'quasi tu non multo malis?'

[2]) Vide adnot. ad hoc scholium.

narratio est, ut defensionem adulescentis continere videatur, quod meretricem amicam necessitate coactus deseruerit, mire igitur unde quaestio est, inde coepit: amabat, inquit, Bacchidem; sic et in secundo Vergilius, an fortiores Graeci Troianis, 'fracti bello' inquit 'f. r. d. D.' (Aen. 2. 13). 2 BACCHIDEM AMABAT ordo et sensus hic est: hanc Bacchidem ut amabat Pamphilus, tum cummaxime amabat, cum pater uxorem ut ducat orare occipit; 3 et 'ut' positum est pro 'quemadmodum', 5 et 'cummaxime' una pars orationis est.

4 Et 'maxime' bis numero subauditur. 6 Et 'cummaxime' pro 'nimis'.

116 1 CUM PATER 'cum' modo adverbium temporis est pro 'quando'. 2 ORARE OCCIPIT maxima necessitas: orans pater.

117 ET HAEC COMMUNIA OMNIUM quid si iniustum est quod orabatur? ostendit iustum et frequentatum quod dicebat pater.

118 1 SE SENEM ESSE DICERE omnem causam adulescentis senex amputavit pro suo senili commodo rogans; potuisset enim adulescens dicere (Verg. Aen. 12. 48) 'quam pro me curam g., h. p., o., p. m. d.'; 2 (SENEM ESSE DICERE) illud posset agere amator contra utilitatem suam, sed non poterat filius contra utilitatem patris: ergo ut cogeret, pater suam causam interponebat.

119 PRAESIDIUM VELLE SE praesidium senectutis subolem et successionem dicit.

120 1 *SED POSTQUAM ACRIUS PATER INSTAT tria dixit: et 'acrius' et 'pater' et 'instat'.

122 1 PUDORIN ANNE AMORI ἀνακόλουθον, non enim praeposito 'utrum' intulit 'anne'.

120 2 ILLE PRIMO SE NEGARE utrum deest 'ducere' an 'negare se' nuptiis? 3 SED POSTQUAM ACRIUS PATER INSTAT postquam, inquit, acrius pater instat, non compulsus est Pamphilus, sed tantum deliberavit.

121 PATER INSTAT maior vis est cum pater instat, iam non rogat.

122 2 PUDORIN ANNE AMORI OBSEQUERETUR MAGIS sic ostendit in utramque partem [1] ut tamen in animo honesti adulescentis pudor amorem vincere debuisset. 3 PUDORIN ANNE AMORI latens excusationis ratio explicata est. 4 PUDORI patris scilicet, AMORI meretricis.

---

[1]) Fortasse intercidit 'incertum esse', vel, ut Beck proponit, 'eum deliberare'.

123 1 TUNDENDO ATQUE ODIO tundere est idem saepe repetere: translatio a fabrorum malleo. 2 ODIO assiduitate: attendenda difficultas uniuscuiusque verbi. 3 TUNDENDO ATQUE ODIO DENIQUE EFFECIT 'denique' temporis longitudinem significat, ut <***>, efficimus vero, quod cum magno conatu et molimine vix per nos accipit finem. 4 TUNDENDO ATQUE ODIO D. E. mire interposuit moras, ad postremum confessurus uxorem ductam: primo, inquit, negavit, post deliberavit, ad postremum duxit; non, inquit, ipse sed effecit hoc senex: ita mutatione personae totam voluntatem adulescentis absolvit. 5 DENIQUE EFFECIT oratorie tempus apposuit. (*a*)

5 *a* nam hoc significat 'denique'. 6 ODIO hoc est instantia.

124 DESPONDIT EI GNATAM vide non hic dici 'duxit uxorem Pamphilus', sed totum ad patrem referri.

125 NE UTIQUAM non nimis.

126 1 DONEC IAM IN IPSIS nota locutionem sensu magis quam verbis manifestam, 2 (DONEC IAM IN IPSIS NUPTIIS) deest 'positus constitutusve ita doluit et aegre tulit'. 4 DONEC IAM IN IPSIS NUPTIIS in mentione nuptiarum effervescit animus amatoris.

3 Aut repetere debemus sic: in ipsis, inquam, nuptiis.

127 1 NEC MORAM ULLAM QUIN DUCAT nec aliquam dieculam vel dilationem videt ad nuptias. 2 QUIN quominus.

128 1 IBI DEMUM denique, postremum, 2 et mire additum 'ibi', quia male pendebat 'in ipsis nuptiis', et sic est, quasi dixisset; in ipsis, inquam, nuptiis. 3 DEMUM ITA AEGRE TULIT UT IPSAM BACCHIDEM SI ADESSET hoc hyperbolicum, Vergilius (Aen. 9. 259) 'vel Priamo miseranda m.' 4 UT IPSAM BACCHIDEM quae nunc accusatrix est. (*a*) 5 AEGRE TULIT idem Vergilius (Aen. 2. 6) 'quis talia fando M. D.'

4 *a* et est argumentum ab animo.

129 CREDO IBI 'ibi' pro 'tum'.

131 1 UT <CON> LOQUI MECUM UNA P. παρέλκον tertium. 4 PARMENO moraliter et a nomine inc<ipit> et nomen repetit. 5 *Et* significanter fecit non addendo 'dicebat' et sic in μιμητικόν a διηγηματικῷ transeundo; 6 et mire interposuit nomen, ut affectum doloris ostenderet, sic Vergilius (Aen. 4. 9) 'Anna soror' etc.

2 Et argumentum a persona, quod ait 'mecum'. 3 PARMENO argumentum a dictis.

133 PARMENO PERII MISER ἐν ἤθει repetit nomen.

134 1 AT TE DI DEAEQUE P. obtinuit et persuasit servus, nam iam meretrix seni irascitur, non Pamphilo. 2 CUM ODIO cum instantia et molestia.

135 1 UT AD PAUCA REDEAM tamquam multa sint, quae de Pamphili amore dici possint. 2 UT AD PAUCA REDEAM praeceptum oratorium in longa narratione: pro<fessio b>revitatis; reddit enim acriorem auditorem, quem spes finis reficit fatigatum. 3 UXOREM DUCIT DOMUM u x o r dicitur vel ab ungendis postibus et figenda lana, id est quod cum puellae nuberent, maritorum postes ungebant ibique lanam figebant; vel quod lotos maritos ipsae ungebant, cuius rei Ennius testis est 'exin Tarquinium bona femina lavit et unxit' (Ann. 3. 4 M. = 155 V).

136 2 NOCTE ILLA PRIMA pronuntiandum 'illa prima' id est plena dulcedinis, ut mirum sit quod inferetur non contactam virginem; 3 et hoc argumenti est, quanti fecerit Pamphilus amicam suam. 4 VIRGINEM NON ATTIGIT 'virginem' emphasis est: quamvis non amatam, virginem tamen.

1 *NOCTE ILLA PRIMA pronuntia 'illa' quasi dicat: plena desiderii, plena cupiditatis; similiter addidit 'virginem' et expresse 'non attigit'. 5 *Et non dixit 'non est amplexatus' sed 'ne attigit quidem'.

137 3 *Et* NIHILO MAGIS asseverationis est.

1 QUAE CONSECUTA EST NOX EAM primam noctem scilicet. 2 NIHILO MAGIS quasi possit in nihilo esse magis aut minus.

138 1 QUID AIS CUM VIRGINE UNA invenitur quasi intentio 'una' id est simul, uno loco.

2 CUM VIRGINE a persona; UNA a loco; ADULESCENS a persona; CUBUERIT ab habitu et occasione.

139 PLUS POTUS ab impulsione et ex accidentibus.

138 3 CUM VIRGINE UNA ADULESCENS argumenta in coniecturam necessario posita, quibus Terentius ex utraque parte disputans τὸ ἀπίθανον purgat, ne quis illum stulte posuisse hoc iudicaret; haec enim meretrix tarde credit, argumentis ne a Parmenone vincatur; hinc est quod ait Horatius (Ep. 2. 1, 59) 'vincere Caecilius gravitate, Terentius arte'.

140 1 NON VERI SIMILE DICIS αὔξησις perversa: prius est enim verum quam veri simile; 2 et ideo sic dixit, quia est saepe

<non> veri simile, verum tamen, ut Decios pro alieno commodo mori voluisse. 3 NON VERI SIMILE DICIS hoc iam plus est tantum amatam esse Bacchidem, quantum credi non possit.

141 CREDO ITA VIDERI TIBI NAM NEMO AD TE VENIT magno compendio usus est non ostendens cur hoc falsum sit quod putet meretrix, sed cur hoc putet: ita ex eius persona totum refellitur quod obicit.

142 ILLE INVITUS 'invitus' dicendo quasi admonet iterum iterumque, ut Vergilius (Aen. 4. 361) 'Italiam non sponte sequor'.

143 1 QUID DEINDE F. interponitur persona ad exitum festinans, ut alibi (Andr. 127) 'quam metui quorsum e.'

DIEBUS SANE PAUCIS hic est exitus.

144 2 ME SOLUM SEDUCIT FORAS familiaris in servo iactantia de dominorum familiaritate; simul quia decens est, ut per eum quid gestum sit spectatores sciant.

1 *POST[QUAM] PAMPHILUS ME ne testis quisquam et arbiter secretorum interveniat.

145 NARRATQUE UT VIRGO AB SE hoc est illud quod supra (136) dixerat 'nocte illa prima virginem non attigit'.

146 SEQUE ANTE QUAM EAM UXOREM DUXISSET bonus color purgationis; diceretur enim: quare, si odio illam habebat, duxit uxorem?

147 TOLERARE POSSE 'tolerare' verbum est mala patientis.

148 1 DECREVERIM statuerim et defixerim. 2 SED QUAM DECREVERIM ME NON POSSE DIUTIUS HABERE *ἀποστροφὴ καὶ ἠθοποιΐα ἀπὸ διηγήματος εἰς μιμητικήν.*

149 1 EAM LUDIBRIO HABERI honesto verbo et pudoris pleno est usus, 2 et nove pro 'vitiari'.

150 1 QUIN quominus. 5 INTEGRAM est hic honestam: non enim duxit spoliatam virginitate aut mulierem. 3 UT ACCEPI A SUIS vigilanter, quod est 'integram . . . ut accepi a suis': potuit enim et vitiata venisse, ut venit.

4 Ergo non abundat 'ut accepi a suis', sed habet significationem.

152 1 PIUM ET PUDICUM INGENIUM erga meretricem 'pium', 'pudicum' erga virginem. 2 Cogitur dicere 'pium', quem periurum putabat.

3 *PIUM ET PUDICUM I. <in> eadem virgine et 'pium' et 'pudicum'? an 'pium' erga meretricem, 'pudicum' erga virginem?

153 1 HOC EGO PROFERRE verba Pamphili sunt, non ut quidam putant ad personam Parmenonis referentes. 2 HOC EGO PRO. amorem scilicet meretricis.

154 CUI TU NIHIL DICAS VITI nunc 'vitii' culpae uxoriae.

156 ABITURAM DENIQUE 'denique' moram significat et postremam tarditatem. (*a*)

a itaque postremo vel sero abituram dicit.

157 1 QUID INTEREA exsultantis est et gestientis audire, 2 et INTEREA inter eos dies.

158 1 SED UT FIT POSTQUAM HUNC ALIENUM 'alienum' pro a l i e n a t o dixit, ut in Phormione (545) 'quid? ego vobis, Geta, alienus sum?' (*a*) 2 POSTQUAM HUNC ALIENUM oratorie non tam excusat Bacchidem quam a verisimili causam vult inducere, quod ipsa fuit in Pamphilum durior.

1 *a* nam quomodo 'alienum', si amabat? 3 ALIENUM AB SE VIDET id est maritum, nam hoc nomen a meretricibus alienum est.

159 1 MALIGNA MULTO 'maligna' difficilis, <nam> malignus est qui difficultatem sui ostendit. 2 PROCAX dispoliatrix et petax; p r o c a r e enim est petere, (*a*) unde et p r o c i dicti sunt, qui filias alienas in matrimonium petierunt.

3 *a* Vergilius (Aen. 1. 536) 'procacibus austris' id est impudentibus; nam qui multum petit, impudens est et procax.

160 1 ATQUI EA RES 'atqui' immo; legitur et 'atque'. 2 NON EDEPOL MIROR obtinuit quod volebat Parmeno, nam credidit Philotis iniuriam factam Pamphilo. 3 ATQUI EA RES MULTO MAXIME opportune concitatius Pamphilum defendit Parmeno, postquam Philotis inducta est, ut fateretur iniuriam factam.

162 1 ET HANC QUAE DOMI ERAT uxorem modestam; ET ILLAM meretricem malam. 2 ET ILLAM ET HANC QUAE DOMI ERAT 'illam' quae meretrix esset, 'hanc' id est uxorem. 3 COGNOVIT consideravit diligentius et attentius. (*a*) 4 COGNOVIT SATIS bene 'satis': ex ipsius moribus et ex meretricis.

3 *a* nam cognoscere est diligenter et attente considerare.

163 1 AD EXEMPLUM quasi ad imaginem et collationem speciemque comparationis. 2 EXISTIMANS intellegens.

164 HAEC ITA UT LIBERALI ESSE INGENIO qualitas comparativa.

165 1 PUDENS MODESTA haec contra vitia meretricia posuit: 'pudens'

haec, illa 'procax', 'modesta' haec, illa 'maligna'; reliqua vero superadduntur ornamenta uxoria laudesque matronae. 2 INCOMMODA ATQUE INIURIAS caute laudata uxore non repetit vitia meretricis apud meretricem et simul contentus de uxoris laudibus vitia meretricis intellegit. 3 INCOMMODA ATQUE INIURIAS VIRI OMNIS FERRE figura ἔλλειψις est.

166 3 *Et* plus dixit 'tegere' quam 'celare', 'tegere' enim ad hoc dixit, non solum ne cui ediceret, sed et ne quis sciret.

1 TEGERE hoc plus est quam 'ferre'. 2 Et TEGERE quod meretricem amaret.

167 1 HIC ANIMUS Pamphili; 2 oratorie dixit, non enim Pamphilum sed animum dixit Pamphili. 3 UXORIS MISERICORDIA amphibolia. 4 HIC ANIMUS 'hic' pro 'tum', Vergilius (Aen. 9, 246) 'hic annis gravis a. <a.> m. A.' 5 UXORIS MISERICORDIA recte, quia <ex> misericordia amor nascitur, sic et in Phormione (99) 'misertum est; virgo ipsa facie egregia' et Vergilius (Aen 4. 13) heu quibus ille iactatus f.'

168 2 DEVINCTUS PARTIM VICTUS de proximo repetivit παρόμοιον: 'devinctus' 'victus'.

1 PARTIM VICTUS HUIUS INIURIIS qualitas relativa.

169 1 PAULATIM ELAPSUS EST adeo tardus est amor Pamphili et magnus, ut etiam post iniurias difficile discedat; 2 et ELAPSUS EST animus, non Pamphilus.

170 3 PAR INGENIUM NACTUS EST 'par ingenium' eandem voluntatem, Sallustius (Iug. 31. 14) 'quos eadem odisse et eadem metuere in unum coegit', idem alibi (Catil. 20. 4) 'nam idem v. a. i. n., e. d. f. a. e.'

1 *POSTQUAM PAR INGENIUM NACTUS EST an sibi par? an absolute b o n u m, ut dicimus 'sic par est facere te'? 2 Ergo aut s i b i par aut u x o r i, id est liberali feminae.

171 1 INTEREA IN IMBRO MORITUR COGNATUS SENEX causa abitionis Pamphili narratur. 2 COGNATUS SENEX bene quod 'senex', nam acerbum funus non conveniebat fabulae; in comoedia itaque apud Terentium aut meretrix molesta aut ex duabus una uxor moritur aut senex: ita ex huiusmodi mortibus vel incommodum vitatur vel lucrum insuper nascitur, ut non sit causa lugendi.

172 1 HORUNCE maluit 'horum' quam 'dominorum' dicere. 2 EA

AD HOS LEGE REDIBAT HEREDITAS verbo iuris usus est: ea enim legitima est hereditas, quae familiae debebatur.

173 1 EO AMANTEM modo iam uxorem, non enim amicam. 2 INVITUM PAMPHILUM invitum recessisse vis verbi demonstrat; nam proprie *extrudere* dicitur, qui manibus expellit, sed hic translatione usus est, ut ostenderet tantum importunitatis verbis senis fuisse, quantum impulsio manuum efficere potuisset.

3 EXTRUDIT verbum necessitatis.

174 1 RELINQUIT ἐνάργεια praesentis temporis; legitur et 'reliquit'. 2 RELINQUIT CUM MATRE HIC UXOREM praeparatio ad futurum errorem. 3 NAM SENEX RUS ABDIDIT SESE 'nam' hic inceptiva particula est, ut 'nam meus conservus est homo haud magni preti' Plautus in Milite glorioso (145).

175 1 RUS ABDIDIT SESE verbum reprehendentis senem, quod 'sese abdidit' dixit. 2 HUC RARO IN URBEM COMMEAT 'huc' bene dixit, ut ostendat Parmenonem in urbe esse. 3 Mira οἰκονομία: fac enim praesentem et nullus error in fabula est. 4 COMMEAT *commeare* est abesse inde, ubi te esse oporteat, quippe *commeatus* est ex aliqua commoratione temporalis abscessus.

4 *a* hoc ergo dicto ostendit, quam raro ad urbem veniat senex.

176 1 QUID ADHUC HABENT I. bene usque adhuc suspensa narratio est; et in hac interrogatione quasi substomachatur Philotis decepta, quod nihil videat infirmitatis in nuptiis, quod optaverat. 2 QUID ADHUC HABENT hoc tristior meretrix dixit.

177 1 NUNC AUDIES sic ait quasi iamdudum audire cupienti.

2 Vel ad molestam percontatricem.

178 1 BENE CONVENIEBAT SANE 'sane' bene pro 'multum'; 2 et SANE satis, valde, quia qui sanus, idem validus.

179 MIRIS MODIS miris exemplis.

178 3 INTERIM MIRIS MODIS ODISSE huc usque Parmenonem poeta verba passus est dicere cetera actibus servaturus. 4 INTERIM MIRIS MODIS mire ad finem comoediae rerum explanatio reservatur, namque si quaeras, fallitur Parmeno, cum non odio socrus sed pudore simultatem adversus socrum Philumena assimulaverit. 5 INTERIM modo *repente*, et est adverbium temporis.

180 1 POSTULATIO expostulatio, querela. 2 Sed proprie *expostu-*

latio est apud illum ipsum qui peccaverit, postulatio de illo apud alterum.

181 1 QUID IGITUR recte dixit: si hoc non fuit, quid ergo? (= 2).

180 3 POSTULATIO querela et quasi iusta interpositio querelarum.

181 2 QUID IGITUR recte dixit: si hoc non fuit, quid ergo?

182 1 FUGERE E CONSPECTU ILICO bene 'e conspectu', utpote quae caveret gravida intellegi; sed tamen subiungitur 'videre nolle', ut ignorantia Parmenonis appareat, qui argumentum odiorum credidit, quod Philumena neque videri iam vellet neque videre.

2 FUGERE E CONSPECTU ne videretur.

183 3 Utrum: postquam non potuit sustinere socrum? an: postquam illa ferre non potuit sic se celantem nurum? 4 Potest etiam sic intellegi: ubi non potuit augmenta odii sui ipsa nurus pati et continere, migravit a socru.

1 VIDERE NOLLE ne videret. 2 DENIQUE UBI NON QUIT PATI 'pati' et sustinere et sustineri intellegi potest hoc loco.

5 NON QUIT PATI tolerare aut tolerari, quia patior commune est; nam patior te et a te dicimus.

184 ABIIT proprie 'abiit', quia non exspectavit, ut mitteretur.

185 1 UBI ILLIC DIES EST C. ἀρχαίως 'dies', non 'diebus' dixit. 2 ACCERSI IUBET non addidit quae, quia intellegitur.

186 DIXERE CAUSAM TUNC NESCIO Q. ideo '<nescio> quam', quia nullius momenti ac falsam.

187 1 NEMO REMISIT hic iam apertius odium videtur, ubi iam nec fingitur causa. 2 POSTQUAM ACCERSUNT subauditur 'nostri', id est missi a socru.

189 1 IT VISERE A. <E.> ut (Verg. Aen. 1. 527) 'populare penates venimus'.

187 3 POSTQUAM ACCERSUNT missi a nobis scilicet, et mira varietas.

189 2 IT VISERE AD EAM visere officii est, videre quaerentis aliquem. 3 ADMISIT NEMO iniuriosa etiam ipsa pronuntiatio est. 4 HOC UBI SENEX RESCIVIT scimus quae ad nos deferuntur, rescimus celata.

190 HERI EA CAUSA bene 'ea causa', quippe qui se ruri abdidisset.

192 1 NONDUM ETIAM SCIO παρέλκον tertium.

193 1 deest 'scire' (= 4). 2 *Et* est σύλληψις 'scio' 'scire' cum ἀναβάσει.

192 2 NONDUM ETIAM recte servavit reliquis partibus fabulae pendulum et attentum spectatorem.

193 3 NISI SANE CURAE EST QUORSUM EVENTURUM HOC S. bene, quia curiosus est Parmeno et idem garrulus; nam per totam fabulam talis inducitur.

4 CURAE EST QUORSUM EVENTURUM HOC S. deest 'scire'.

194 1 HABES OMNEM REM quasi dicat 'quam audire expetisti'. 2 PERGAM QUO COEPI HOC ITER 'pergam iter' ut (Verg. Aen. 6. 240) 'tendere iter'. 3 QUO COEPI HOC ITER ad portum scilicet.

195 1 NAM CONSTITUI CUM QUODAM HOSPITE dicit causam cur in reliqua fabula non appareat persona huius meretricis. 2 CONSTITUI 'constitui' proprie, nam 'constitutum' de huiusmodi rebus dicitur. 3 Convenire et constituere: <de> eiusmodi rebus apud extraneos meretrices agunt.

196 DI VORTANT BENE QUOD AGAS saepe enim res aliter quam volumus eveniunt, et ideo Vertumnus colitur, qui praeest rebus se vertentibus.

II

1.

198 1 PRO DEUM ATQUE HOMINUM FIDEM in hac scaena accusatio socrus est, quae se coniecturaliter defendit dicens nihil a se factum in perniciem nurus; [1] 3 QUOD HOC GENUS EST QUAE EST HAEC CON. conatur Terentius adversum famam socrum bonam reperire, 4 et incipit a generali exclamatione, quo vehementior sit eius accusatio paulatimque ad speciale crimen descendit. 6 CONIURATIO consensio bonae rei est, coniuratio malae, inde et Catilinae coniuratio dicta est.

2 *PRO DEUM ATQUE HOMINUM FIDEM ἐμπαθῶς ab exclamatione coepta scaena est; senex enim est difficilis et iratus. 5 QUOD HOC GENUS EST accusatio a persona, cui accidit ex sexu, quod socrus est. 7 QUAE EST HAEC <C.> accusatio a re.

199 1 UTIN OMNES MULIERES AEQUE <E> S. bono argumento utitur: laesisti nurum, quia socrus es et nulla socrus nurum diligit. 3 EADEM STUDEANT maioris operis est studere quam velle.

2 UTIN OMNES MULIERES accusatio a causa.

200 NEQUE DECLINATAM QUICQUAM id est flexam vel inflexam, ab eo

---

[1]) Vide adn. ad h. l.

quod declinaverit, ne parum sit 'diversam' vel 'dissimilem' dixisse, ut est [1]) 'illum tumultum inflexit.'

201 1 ITAQUE ADEO UNO ANIMO nescias, an ex sententia hac vel adeo ex hac scaena nomen fabulae sit inventum. 2 ITAQUE A. necessaria sententiae amphibolia ad describendam utramque personam.

202 1 VIRIS ESSE ADVERSAS aliud argumentum: laesisti nurum, ut mihi adversareris, nam mulier es et omnes mulieres adversantur viris. 2 SIMILIS PERTINACIA EST αὔξησις, nam 'studium' et malum et bonum est, 'pertinacia' vero numquam non mala. 3 AEQUE STUDIUM EST dedita opera. 4 STUDIUM EST voluntas hominis attentior atque impensior.

203 IN EODEM OMNES MIHI VIDENTUR tria in accusatione posuit, ex quibus duo sunt communia, unum ipsius: quod mulier est et quod socrus, communia, quod ipsa specialiter magistra est ad malitiam, Sostratae; ex his colligit iniuriam passam nurum per coniecturam.

204 ET EI LUDO SI QUIS EST MAGISTRAM magna amplificatio criminis: dubitat an sit ludus malitiae et magistram non dubitat Sostratam, sed 'certe scio' inquit.

205 1 ME MISERAM et haec ἐμπαθῶς coepit, sed ad misericordiam spectat defendentis oratio. 2 QUAE NUNC QUAMOBREM ACCUSER NESCIO oratorie pro se loquitur mulier, siquidem maioris innocentiae est nescire crimen quam defendere, et his verbis ostenditur sine noxa esse etiam Philumenam, non solum hanc quae loquitur, Sostratam.

207 1 ITAQUE modo duae partes sunt orationis.

206 1 NON ITA ME DI BENE AMENT <M. L.> modo 'mi Laches' non est blandientis sed eius qui periclitetur innoxius. 3 NON ITA M. D. A. animadvertendum veteres non minus εὐφημισμόν in verbis quam κακέμφατον neglexisse, velut hic 'non ita me di bene ament'.

2 NON ITA ME DI AMENT ἄτεχνος πίστις per iusiurandum.

207 2 DI MALA PROHIBEANT seniliter odit uxorem, cuius amor optabilis fuit in adulescentia. 3 DI MALA PROHIBEANT 'ut una <inter> nos agere ae. l.'

---

[1]) Intercidit nimirum nomen auctoris exempli quod sequitur.

208 1 POSTMODUM RESCISCES haec figura ab oratoribus ἐπαγγελία nominatur, in qua aliquid promittimus iudicibus nos probaturos, cum metuimus, ne quid illis temere persuasum sit. 2 POSTMODUM RESCISCES fiducia innocentiae. 3 Resciscere est, <cum> quod de industria celatur, vix argumentorum vi agnoscitur.

209 AN QUICQUAM PRO ISTIS F. amare παρ' ἀξίαν.

210 1 QUAE ME ET TE ET FAMILIAM iam sic accusat, quasi probaverit crimen; (*a*) 2 (QUAE ME ET TE ET F.) haec exaggeratio est, quae δεινότης appellatur, cum ex uno maleficio multa fiunt ab oratoribus crimina. 3 DEDECORAS dedecoratur quod honestum est animo, turpatur quod honestum est corporale.

1 *a* et est amplificatio.

212 2 DIGNUM CUI LI. CO. multum sonanter et accusatorio strepitu nec masculinum nec femininum genus posuit nec unam sed 'liberos', sic Cicero (Verr. 1. 93) 'en cui tuos liberos committas', cum de uno ageret, et (ibid. 153) 'habemus enim liberos omnes' de puella. 3 DIGNUM sic dixit 'dignum', ut honoris sit genus accipere uxorem meruisse.

1 SUOS CUI LIBEROS COMMITTERENT nota 'liberos' in significatione et unius filiae.

213 1 TU SOLA <E.> emergis, repeririris; verbum hoc impudentiam notat, Cicero (pro Deiot. 3) 'exortus est servus, qui, quem in eculeo a. n. p., e. a. s.' 3 Exoriri dicitur, qui non exspectatus invadit aliquem.

2 EXORERE exsistis.

214 1 TU INQUAM MULIER QUAE ME τὸ 'mulier' ἔμφασιν malitiae habet et omnino expressio consuetudinis est ad indignationem; 2 et lapis numquam utilis nisi ad telum: quam magis ad iniuriam delegit, nam saxum melius quam lapis, ut Vergilius (Aen. 11. 131) 'saxaque subvectare humeris' etc. 3 TU INQUAM MULIER sic Εὐριπίδης (Androm. 35) 'πολλὰς ἂν εὕροις μηχανάς· γυνὴ γὰρ εἶ' et Vergilius (Aen 4. 569) 'varium et mutabile semper femina'. 4 LAPIDEM NON HOMINEM sufficeret 'lapidem putas', sed de stomacho additum 'non hominem'. Plautus (Mil. glor. 235) 'erus meus elephanti corio circumtectus est, non suo'. 5 NON HOMINEM PUTAS ἐν ἤθει, sic Apollodorus 'σύ με παντάπασιν ἥγησαι λίθον'.

215 AN QUIA RURI ESSE CREBRO memor sui est, qui dixerat (175) 'rus ab. s.'

216 QUO QUISQUE PACTO VESTRORUM 'vestrorum' pro 'vestrum', sic veteres.

217 MULTO MELIUS HIC QUAE FIUNT ὑπερβολῇ usus est, ut in Adelphis (396) 'aut non totis sex mensibus prius olfecissem?'

218 1 IDEO QUIA UT VOS MIHI DOMI ERITIS mire confirmat unde sciat, ne suspiciose crimen obicere videatur; 2 et bene 'mihi', quia commoditas familiae ad hunc redundat.

219 IAM PRIDEM EQUIDEM AUDIVI CEPISSE ODIUM TUI PHILUMENAM primo obiurgatio est Sostratae cur non amet nurum, secundo est cur non ametur a nuru, tertio cur usque adeo, <ut> puella nupta deserat domum.

220 MINIMEQUE ADEO MIRUM satis amare pro merito dicit 'odium', contra meritum amorem; [1]) simulque excusat nurum, quae oderit talem socrum. (*a*)

a et simul praevenit: quid si non laesa est, sed odio me habet?

221 SED NON CREDIDI ADEO deest 'osuram fuisse'.

222 ILLA HIC MANERET <*****>.

223 1 <AT VIDE QUAM IMMERITO AEGRITUDO HAEC ORITUR MIHI ABS TE SOSTRATA> ἠθικῶς post acrem invectionem se ipsum miseratur, ut invidiam durae inclamationis in illam convertat; sic in Andria (866) 'age nunciam: ego pol h., <s.> v., t. o., e. q. s. p. <f.>' et continuo (ibid. 867) '<o> Chreme, pietatem gnati! non te miseret mei? t. l. c. o. t. f.?' 3 AEGRITUDO HAEC ORITUR 'oritur' et magnitudinem rei significat et repentinum impetum, ut supra (213) 'tu sola exorere'.

2 QUAM IMMERITO AEGRITUDO HAEC ORITUR MIHI ABS TE SOSTRATA postquam de iniuria dixit, de persona eius, cuius fama est in discrimine [2]).

224 1 RUS HABITATUM ABII quia dixit (174) 'senex rus abdidit se'. 3 VOBIS melius pluraliter quam si diceret 'tibi'.

2 CONCEDENS VOBIS ne diceretur: quid si voluptatis causa?

225 1 SUMPTUS VESTROS OTIUMQUE 'sumptus vestros', (*a*) 3 ut in Adelphis (ibid.) 'ego hanc clementem vitam urbanam atque o. s. s.'

---

[1]) Wessn. coniecit: '<minimeque> a <deo> mirum'; fortasse corrigendum: 'contra meritum <fore> amorem'; cf. adn. ad h. l.

[2]) Elegans correctio Wessneri cum codd. habeant 'id est cum'.

1 *a* idem quod alibi (Ad. 42) 'vitam urbanam'. 2 Vel quod nihil acquiritis.

224 4 CONCEDENS VOBIS ET REI SERVIENS 'concedens vobis', id est: ut vos in urbe essetis. 5 REI SERVIENS res servit divitibus quia abundant, rei serviunt pauperes, quia se coartant ad angustias rei, ita ergo res pro qualitate sua et servit et ei servitur, Horatius (Ep. I. 10. 47) 'imperat aut servit collecta pecunia cuique'.

225 4 OTIUMQUE hoc amare quasi nihil agentibus. 5 UT NOSTRA RES POSSET <P.> mediocris scilicet ut comici patris familias.

226 PRAETER AEQUUM ATQUE AETATEM MEAM 'praeter aequum' quia vos estis domi vel quia vos fruimini, cum ego delaborarim [1]), 'aetatem' quia senex, Vergilius (Aen. 6. 114) 'vires ultra s. s.'

227 1 NON TE PRO HIS CURASSE REBUS mirus sensus: pro his, inquit, tot rebus unam et facilem redderes: curares, ne quid aegre esset mihi; 2 et 'te' sic pronuntiandum, quasi dicat: etsi alii non curarent, <tu> curare debuisti.

228 1 NON MEA OPERA NEQUE <POL> CULPA vellet dicere 'nurus culpa evenit', sed melius dixit 'non mea', ne accusando confirmaret quod dixit senex 'omnes socrus oderunt nurus'. 2 NEQUE POL CULPA EVENIT bene additum 'neque pol culpa': potuit enim fieri, ut non fecerit ipsa iniuriam, sed tamen permiserit fieri, mire tamen nec ipsa accusat nurum. 3 Videtur unum dixisse 'opera' et 'culpa', et tamen non est idem: opera enim est, si scientes laeserimus, culpa, si nescientes; quorum alterum sceleris, alterum stultitiae est.

229 1 SOLA HIC FUISTI nova ratio. (*a*) 3 SOLA quantum pertinet ad regendam domum; ceterum et filius et nurus erant. 5 IN TE OMNIS HAERET CULPA si est in nuru iniuria aliqua, culpa in te omnis est tamen, Sostrata. 6 SOLA SOSTRATA optime geminavit 'sola', more irascentium non nudum posuit; 7 et 'Sostrata' additum ad amaritudinem inclamantis.

1 *a* et deest 'enim', ut sit: sola enim hic fuisti. 2 Quod ad filium et maritum pertinet, nam non sola, cum qua nurus. 4 Sed SOLA id est sine me.

230 1 CUM EGO VOS SOLVI CURIS CETERIS 'vos' pro 'te', ut (Verg. Aen. 12. 60) 'desiste m. c. T.'

[1]) Sic docte Schoell pro 'deleverim', olim edd.: 'doluerim'.

231 1 CUM PUELLA ANUM SUSCEPISSE INIMICITIAS hoc dicit, tamquam concesserit etiam nurum iniquam esse.

230 2 CUM EGO VOS SOLVI nova figura 'sola' 'vos'.

232 1 ILLIUS DICES CULPA FACTUM praevenit defensionem et eam pronuntiavit ut crimen.

231 2 CUM PUELLA <ut illam> 'puellam' blande dixit, ita hanc cum amaritudine 'anum'.

232 2 HAUD EQUIDEM DICO MI L. 'mi Laches' modo dixit quasi gravissimum accusatorem arguens et quasi defatigata et delassata eius inclamationibus; non ergo blandimentum est modo 'mi', sed invidiose rogitantis.

233 1 GAUDEO ITA ME DI AMENT quod similis filius non sit an quod talem uxorem habeat, quam nec inimica accusare possit? 2 et 'gnati causa' dixit, quia talem uxorem habens sua causa quod gaudeat non habet.

3 NAM DE TE QUIDEM SATIS SCIO id est: nihil detrimenti fit, si tu pecces. 4 Id est: numquam, inquit, peccando peior fieri potes, sed es eadem quae semper es. 5 Sensus: iam talis es, ut peior fieri non possis, sic Cicero (Verr. 2. 1) 'est idem Verres, qui fuit semper[1]).

234 2 SATIS PECCANDO DETRIMENTI hic sensus obscurus est, attamen hoc dicit: quantumcumque, inquit, sceleris admiseris, quantumcunque peccaveris, nihil de tua aestimatione minuitur, nihil de pudore derogatur: eadem es, quae fuisti, quia peior fieri non potes, sic Cicero (in Verr. 2. 1) 'est idem Verres, qui fuit semper'. 3 PECCANDO DETRIMENTI quidam hanc putant ironiam, quasi dicat: certus sum, quod ex nullo peccato tuo damnum possumus pati; sed male.

1 PECCANDO DETRIMENTI servas, inquit, numerum peccatorum nec fit ullum copiae detrimentum, sed cum plurimum delinquas, tantundem semper admittis.

235 QUI SCIS AN EA CAUSA MI VIR defensio a derivatione causae, in qua ostenditur non hanc esse quam obicit causam senex, cur abierit nurus ad matrem suam.

236 1 UT CUM MATRE ESSET deest 'sua'. 2 UT CUM MATRE ESSET PLUS UNA ἰδιωτικῶς dixit, id est: diu ac maiorem partem.

237 QUOD HERI VISENTEM NEMO VOLUIT bene infirmavit defensionem

[1]) Cf. 234. 2.

senex dicendo: si propter matrem abiit, cur tu exclusa es, cum venires?

238 1 ENIM LASSAM OPPIDO infirmius defenditur socrus, ut error senis usqne ad καταστροφήν perseveret. 2 ENIM LASSAM OPPIDO 'enim' pro <'δή'> dixit: supervacua ponitur interdum haec coniunctio aut pro altera coniunctione. 3 OPPIDO valde: translatio a rusticis, qui interrogati, quemadmodum fruges venirent, respondebant 'oppido', id est: quae et sibi et oppido sufficere potuissent. 4 EO id est propterea.

239 TUOS ESSE EGO ILLI MORES acerbissime institit senex et accusationi uxoris et defensioni nurus, siquidem hoc sensu dicat nurum nec mendacii culpam incurrere, quae vere aegrotet ex moribus malae socrus.

240 1 NAM VESTRARUM NULLA EST pro 'vestrum', hoc enim venit ab eo quod est vester. 2 QUIN GNATUM VELIT 'quin' quae non.

241 1 ET QUAE VOBIS PLACITA EST CONDICIO DATUR imago hic quaedam argumentationis, quae dicitur ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους, quod Latine dicitur ab initio ad finem. 2 Et ut generaliter coepit invectionem, ita generaliter conclusit in socrum, et est sensus: eo improbius illas quas elegeritis odistis.

242 1 UBI DUXERE IMPULSU VESTRO V. I. bene verba eadem stomachose et significanter repetivit, ut improbitas ex proximo appareat 'impulsu'. 3 IMPULSU impudentiam socruum impulsus repetitio demonstravit. 4 IMPULSU VESTRO <VESTRO I.> sic et in Heautontimorumeno (206) 'scortari crebro n., n. c. c.'

2 *UBI DUXERE IMPULSU VESTRO videtur, ut supra (201) diximus haec tota scaena ad hoc interposita, ut fabulae nomen hinc intellegeremus inventum.

2.

243 1 ETSI SCIO EGO PHILUMENA MEUM IUS ESSE in hac scaena moralis allocutio Phidippi est ad filiam mitissimi patris colorem ostendens. 2 ETSI SCIO PHIL. apparet et hic multa prius patri suo Philumenam locutam esse, ergo haec responsio est, non principium. 3 UT TE COGAM etiam invitam. 4 SCIO EGO MEUM IUS ESSE UT TE COGAM hoc idem in Adelphis (51) 'non necesse habeo omnia pro meo iure agere'.

244 1 PATRIO ANIMO VICTUS bene 'victus', quia non ratione facit.

2 Victus est undecumque, qui recedit ab iure, tale est in Adelphis 'non necesse habeo <o. p. m. i. a.>'

245 1 NEQUE TUAE LIBIDINI A. libido est quaelibet voluntas temere suscepta; 2 et bene 'libidini': est enim non aequum a domo mariti abesse nuptam, etsi enim pro voluntate posuit libidinem, tamen subaccusavit hoc nomine.

246 1 OPTIME opportune. 2 EX HOC IAM SCIBO legitur et 'hinc' locale adverbium; 3 et quasi comminatur uxori modo se inventurum ipsam peccasse, non nurum. 4 QUID SIET (*a*) utrum innocens an iniqua? et videtur hoc Sostratae dicere; nam vicini sunt inter se proximi Laches et Phidippus.

4 *a* *utrum: quid siet rei, an: quid siet nurus?

247 2 APPRIME vehementissime.

1 PHIDIPPE ETSI EGO MEIS ME O. expostulatio Lachetis apud Phidippum accusationem continens, tamquam causam iniuriarum intendat. 3 SCIO ESSE APPRIME OBSEQUENTEM principium a persona eius cum quo agitur et sua, et an utile sit nimis obsequi hominem suis.

248 1 SED NON ADEO UT MEA FACILITAS 'facilitas' indulgentia. 2 SED NON ADEO UT MEA FACILITAS deest 'tamen', et est ἀνακόλουθον tertium.

250 1 EIA VERO modo adverbium est corripientis. 2 EIA VERO παρέλκον. 3 NUNC VIDEO I. I. P. iucunde temperat eius culpam, quem accusat, cum dicat illum coactum a suis facere sibi iniurias.

251 2 *Et* memoriter poeta, quia dixit (190) 'heri ea causa r. h. a., p. c. c.' 3 ITIDEM INCERTUM AMISTI pro 'amisisti' συγκοπή; 5 incertus, inquit, veni, incertus a te recessi.

1 ADII TE HERI DE FILIA narratio. 4 Et 'itidem' quid est? an: itidem incertum me amisisti, ut ad te incertus veni? iungendum est ergo 'ut veni itidem', ut sit: ut veni, amisisti itidem incertum.

252 1 HAUD ITA DECET non usque adeo decet. (*a*) 2 HAUD ITA DECET bene 'ita' additum: etsi enim celandae, non usque adeo, ut discordiam pariant.

1 *a* et est confirmatio.

254 1 AUT EA REFELLENDO AUT PURGANDO refellit qui negat, purgat qui idem fatetur et sic defendit.

2 Ergo refellimus per coniecturam, purgamus per ceteros status.

255 1 TE IUDICE IPSO sic Vergilius (Ecl. 4. 58) 'Pan deus A. m. s. i. c.', quid est enim 'te ipso' nisi scilicet reo culpae et tibi ipsi ac tuis faventi?

2 Vel: qui in me asper es et iniquus [1]).

254 3 VOBIS CORRIGEMUS plus dixit 'vobis' quam 'tibi'.

255 3 SIN EA EST CAUSA RETINENDI APUD VOS reprehensio.

256 ARBITROR PHIDIPPE bene addidit nomen excitans audientem.

258 1 AT ITA ME DI AMENT HAUD mire addidit iusiurandum: vix enim credibile est tantundem amare socerum quantum patrem.

257 UT MEAE DOMI CURETUR DILIGENTER 'ut' ne non, et iungendum est 'satis diligenter'. (*a*)

a non enim 'metuis satis'.

258 2 ETSI ILLI PATER ES Sallustius in primo libro (Hist. I fr. 45 M.) 'et liberis eius avunculus erat'. 3 ETSI TU ILLI PATER ES compendium attulit, ut Vergilius (Aen. 2. 289) 'heu fuge, nate dea'; hoc enim sentit: quamvis natus dea sis, fuge tamen.

259 1 ID ADEO GNATI honeste amori nurus rationem subiecit piam, nam non continuo rectum est nimis amari a socero nurum, nisi propter filium diligatur; 2 bene ergo 'gnati causa': incredibile est enim patrem non patris pietate superari.

260 1 QUEM EGO INTELLEXI I. H. M. et causam sui amoris ostendit et mariti nullam erga coniugem culpam, quippe qui amet. 2 Et a Parmenone dictum (173) 'eo amanten i. P. e. p.'

3 *QUEM EGO INTELLEXI <I.> H. MINUS QUAM SE I. M. hic subtiliter oneratur culpa nurus, siquidem indignis faciat iniuriam socero et marito.

261 NEQUE ADEO CLAM ME EST QUAM ESSE ingeniose poeta iam praeparat causam simulaturo ob hanc rem iracundiam Pamphilo.

262 HAEC PRIUS QUAM ILLE HUC REDEAT hic subtiliter etiam terrorem iniecit iracundiae mariti.

263 3 LACHES ET DI. V. ab eo coepit, quo maxime notus est et quod inprimis sibi purgandum fuit, ne suspectam aut voluntatem aut diligentiam habere videatur affinium; 4 et cum affectu quodam et gemitu dixit 'Laches', quod ille ait (256) 'Phidippe', 5 (*a*) et 'diligentiam', quod ille ait (257) 'sin metuis, satis ut meae' etc. 6 (*a*) et 'benignitatem', quod ait (258) 'haud tibi concedo, etsi illi pater es, ut tu illam' etc.

---

[1]) Vide Wessn. in var. lect.

1 LACHES ET DILIGENTIAM VESTRAM principium similiter a personis factum est. 2 LACHES ET DILIGENTIAM VESTRAM remotivo statu agit Phidippus pro persona sua, nam in filiam removet culpam, cur non redeat, et relativam simul temptat qualitatem; potest enim videri eam iniuria socrus ad hanc voluntatem esse collapsam. 5 *a* Et bene a nomine coepit, ut consentire ille videatur. 6 *a* VESTRAM melius quam 'tuam', cum ille de se dixerit tantum. 7 *ET DILIGENTIAM VESTRAM ET BENIGNITATEM ἀνταπόδοσις ad utrumque: 'diligentiam' quia dixit (v. 15) 'ut meae domi curetur diligenter', 'benignitatem' quia dixit (v. 16—17) 'haud tibi concedo, etsi illi pater es, ut <tu> illam <salvam> magis velis quam ego'.

264 ET QUAE DICIS OMNIA ESSE UT DICIS quod iuravit et quod dixit 'gnati causa' et quod addidit, quod illam amet Pamphilus.

265 1 ET TE MIHI HOC CUPIO CREDERE melius, quam si et hic iuraret. 2 ET TE HOC MIHI CUPIO CREDERE bene coegit ex vicissitudine, quod volebat.

266 2 Mollius dixit quam si <'nec facere possum' dixisset>. hoc enim vult intellegi: volo, at non possum facere.

1 SI FACERE POSSUM <V. M.> hic est remotio 'si facere possum ullo modo'.

267 1 EHO NUM QUID NAM ACCUSAT VIRUM gesticulatio quaedam secretiora quaerentis; saepe enim de maritis puellae parentibus queri solent eiusmodi aliquid, quod solis ipsis committendum est. 3 NAM POSTQUAM ATTENDI institi, 4 et vide an desit 'animum', ut sit: attendi animum. (*a*)

2 EHO NUM QUID NAM ACCUSAT VIRUM 'eho' interiectio est ponentis aurem propiorem; nam illa quaerit, quae solent de maritis puellae matribus queri. 4 *a* non enim plenum est sed nudum, <ad> 'adverti' enim 'oculos' aut 'animum' subauditur.

268 SANCTE [TE] ADIURAT <τὸ> 'ad' nunc auctivum est, significat enim v a l d e.

269 1 NON POSSE APUD VOS PAMPHILO S. A. bene hic poeta verba addidit Philumenae, ad quae Phidippus <respondebat>, cum diceret (243) 'etsi scio ego, Philumena, meum ius esse' etc. 2 NON POSSE APUD VOS PAMPHILO S. A. magnifice contra illud, quod Laches dixit a e g r e l a t u r u m P a m p h i l u m (261), et ita locutus est, quasi hoc Pamphilo gratius esse debeat. 3 PERDURARE proprie et muliebriter.

270 1 ALIUD FORTASSE ALIIS VITIUM EST sic dixit, ne diceret 'sed coge, ut redeat', 2 et mollius dixit 'aliis' quam si 'tibi' dixisset. 3 EGO SUM ANIMO LENI N. hoc contra illud, quod primum

dictum est (247) 'etsi ego me <meis> omnibus s. <e.> adp. o.' 4 ANIMO LENI <N.> hoc est plenum, nam 'animo leni', ut dicimus, ἐλλειπτικῶς profertur. [1])

271 1 NON POSSUM conclusio.

270 5 EGO SUM ANIMO LENI qualitas venialis.

271 2 EM SOSTRATA scilicet quae dixisti (228) 'non mea opera neque pol. c. e.' 3 HEU ME MISERAM ad se rediri totiens quasi delassata conqueritur.

272 1 CERTUMNE EST ISTUC quod Philumena non redeat. 2 NUM QUID VIS discedentis verbum.

273 TRANSIRE dicit <cit>o ire.

3.

274 1 EDEPOL NE NOS SUMUS INIQUE AE. O. I. in hac scaena est allocutio, qua inducitur secum loquens anus, per quam orationem mores eius et animus mitis intellegi possit. 2 INIQUE AEQUE comicum παρόμοιον. 3 Et vide sententiam defensionem accusatarum socruum continentem contra illud, quod ait (201) 'itaque uno animo omnes s. o. n.'; officium enim poetae boni est nullum genus hominum specialiter laedere, sic Vergilius (Ge. 3. 282) 'quod saepe malae legere novercae', id est: non omnes novercae, sed tantum malae. 4 EDEPOL NE NOS SUMUS Laches generaliter socrus incusavit, haec plurimas defendit: accusas, <inquit>, inique, nam non omnes sumus malae.

276 1 NAM ITA ME DI AMENT bene iurat, quia sine iureiurando incredibile est bona socrus. 2 QUOD ME ACCUSAT deest 'in eo', ut sit: in eo, quod me accusat nunc vir, sum extra n.

3 An 'quod' propter quod?

277 1 SOCRUS OMNES ESSE INIQUAS intellegitur quibus iniquas, id est nuribus, quia socrus nomen est ad aliquid dictum. 2 ITA ANIMUM INDUXERUNT inducere animum est ita tenere, ut admittant, id est persuadere animo suo.

278 1 HAUD POL ME QUIDEM 'esse iniquam' subaudiendum est a superiore, ut sit 'pol' pro pleno iureiurando. 2 HAUD POL ME

---

[1]) Vide adnot. ad hoc scholium.

QUIDEM subaudiendum 'scio esse' aut 'novi ita esse' aut tale quid secundum ἔλλειψιν, quae familiaris est his, qui secum locuntur.

279 NEC QUI HOC MIHI EVENIAT 'qui' unde.

280 1 MULTIS MODIS vehementer. 2 IAM EXSPECTO UT REDEAT quia nihil mirum in matre est exspectare filium, idcirco <ad 'e. ut> redeat' additum 'multis modis'.

III

1.

281 1 NEMINI EGO PLURA ACERBA hic allocutio est per conquestionem, 2 et bene non se amatoribus modo sed infelicibus amatoribus comparavit. 5 NEMINI EGO PLURA ACERBA nimis coturnati et tragici in hac scaena dolores essent, non comici, nisi adderet 'ex amore'. 6 ACERBA CREDO ESSE EX AMORE 'acerba ex amore' dupliciter evenerunt Pamphilo: ex praeterito de meretrice, ex praesenti de uxore.

3 Et principium a summa totius mali. 4 NEMINI <EGO> PLURA ACERBA ab eo loco conquestionis, in quo dicitur, quod nulli fere talia adversa contigerint.

282 3 PARSI PERDERE si 'parco' conservo, parsi facit, <si> 'parco' veniam do, peperci; 4 modo ergo continui abstinui significat.

1 HEU ME INFELICEM ab ipsa simplici exclamatione. 2 HANCINE EGO VITAM ab eo quod ab adversis ad adversa delatus sit.

283 CUPIDUS REDEUNDI DOMUM ab eo quod contra spem contigit malum.

282 5 HEU ME INFELICEM lacrimans hoc dicit.

284 2 UBIVIS GENTIUM AGERE detestatio magna praesentis loci eligere quamvis terram vel quamvis gentem, quam eam in qua est, Vergilius (Aen. 3. 601) 'tollite me, Teucri quascumque abd. t.' 3 *Et* 'gentium' hic abundat, 4 et bene 'ubivis gentium agere aetatem', quia supra dixerat 'hancine ego vitam parsi perdere!'; nimis enim tragicum fieret 'satius erat in mari perire'.

1 UBIVIS GENTIUM AGERE a malorum suorum comparatione.

285 ATQUE HAEC ITA ESSE MISERUM ME RESCISCERE quod ait, lacri-

mantis est; 'resciscere' autem est vix reperire, quod <quis> de industria quaerat celatum.

286 1 NAM NOS OMNES QUIBUS EST ALICUNDE aut deest 'apud', ut sit: apud nos omnes, <aut> 'nos omnes' dixit pro 'nobis omnibus'. 2 NAM NOS OMNES ratio superioris sensus. (*a*) 3 NAM NOS OMNES QUIBUS EST constat hanc *σύλληψιν* esse: rettulit enim 'lucri est' non ad 'nos omnes', sed ad 'quibus est alicunde', ut sit ordo: nam quibus est alicunde aliquis obiectus labos, lucri est tempus. (*a*) 4 NAM <NOS> OMNES QUIBUS <E.> A. hac figura usus est etiam Tullius pro Murena (26) 'praetor quoque, ne se pulchrum ac beatum putaret, ei quoque carmen compositum est'; nam ille dativum casum subiecit, cum praeposuisset nominativum; 5 et totum Apollodori est, qui sic ait '*οἱ γὰρ ἀτυχοῦντες τὸν χρόνον κερδαίνομεν, ὅσον ἂν ποτ' ἀγνοῶμεν ἠτυχηκότες*'. 6 QUIBUS EST ALICUNDE hoc genus locutionis absolutum dicitur, tale est apud Vergilium (Aen. 10. 264) 'crastina lux, mea si non irrita dicta putaris, ing. R. s. c. a.'

2 *a* et deest 'apud' vel 'penes' vel quid tale. 3 *a* hoc est 'nos omnes'.

287 RESCITUM EST *σχῆμα ἀνακόλουθον*.

288 1 AT SIC sed sic. 2 AT SIC CITIUS QUI TE at hoc modo, quod venisti et discordias esse didicisti, celerius reperire poteris, quomodo his aerumnis te absolvas; 3 et bene 'expedias aerumnis': aut enim solvunt nos curae abeuntes aut impediunt et ligant advenientes, ut (Verg. Aen. 1. 562) 'solvite <c.> m., T., s. c.' 4 AT SIC CITIUS QUI TE sententia sententiae contraria, nam supra sic collegit: si ignorare mala sua unicuique bonum est, sequitur ut malum sit cito ea cognovisse; infra sic: si malis suis succurrere unicuique quam primum bonum est, sequitur ut cito ea cognovisse sit perquam optimum.

290 SED NUNC ADVENTUM TUUM AMBAS ne accusare alteram videretur <Parmeno, adiecit 'ambas>, Pamphile, s. r.'

291 1 REM COGN. melius 'rem' quam 'litem'. 2 REM COGNOSCES IRAM EXPEDIES R. I. G. R. *τρίκωλος* sententia et bono ordine: prius enim fit querela, deinde ponitur iracundia, postremo reditur in consilium.

---

[1]) Scholium pertinet ad vss. 286 sq.

292 2 QUAE TU PERGRAVIA ESSE bene additum contra 'levia' non 'gravia' sed 'pergravia'. 4 QUAE TU IN ANIMUM IND. persuasisti tibi.

1 LEVIA SUNT QUAE TU PERGRAVIA ESSE genus consolationis non a substantia sed a quantitate est: non dicit non esse causam sollicitudimis sed levem dicit. 3 LEVIA SUNT a quantitate.

293 1 QUID CONSOLARE ME AN QUISQUAM USQUAM ut solet in vero angore, ipsa consolatione aegrescit dolor; 2 et ingeniose non inquit 'verum dicis' sed 'consolaris me' et hoc ipso ostendis scire te quod miser sum.

294 1 PRIUS QUAM HUNC UXOREM DUXI hoc refert ad illud caput, in quo ait (281) 'nemini plura ego acerba c. e. e. a.' etc. 4 HABEBAM ALIBI gravius dixit 'alibi' quam si 'in meretrice' diceret.

2 PRIUS QUAM HANC UXOREM D. ante rem. 3 HABEBAM ALIBI ANIMUM AMORI DEDITUM an miser sit in amore ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους: ante rem, in re, post rem. 5 Et maluit 'alibi' dicere quam 'ad meretricem'.

296 1 QUAM MIHI OBTRUDIT recte, dici enim potuit: quomodo ergo uxorem duxit, si amabat? 2 et bene 'obtrudit', quia invito, sic alibi (Andr. 250) 'aliquid monstri alunt: ea quoniam nemini obtrudi p., i. a. m.', 3 et 'obtrudit' pro 'obtrudebat': ἐνάργεια temporis.

297 1 VIX ME I. A. 'vix' vel μόλις vel statim significat.

2 * ATQUE EXPEDIVI ANIMUM MEUM curae, ut diximus (ad 288), aut ligant aut solvunt, ut Vergilius (Aen. 4. 479) 'quae mihi r. e. v. e. m. s. a.'; amoris enim curae vincula dicuntur.

298 1 VIXQUE HUC <'huc'> maluit quam <'ad'> uxorem' dicere. 2 EM NOVA RES ORTA PORRO 'porro' deinde, et vim habet [deinde] modo implicationem continuarum miseriarum referentis.

300 1 QUAE CUM ITA ESSE INVENERO Q. R. N. P. U. F. servavit ordinem allocutionis, in quo a praeteritis, a praesentibus, a futuris inducitur personae loquentis oratio. 2 NISI PORRO UT FIAM 'porro' postea vel in postremum, alii coniunctionem putant.

301 PIETAS IUBET apte, quia 'ferre' dixit, addidit 'iubet'.

302 1 TUM UXORI OBNOXIUS SUM 'matris' cum dixisset, non intulit 'uxoris', sed mutavit casus. 2 ITA OLIM SUO ME INGENIO 'olim' ad diuturnitatem rettulit, non ad spatium temporis praeteriti.

303 1 TOT MEAS INIURIAS hae sunt iniuriae, quas supra dixit (136) 'nocte illa p. v. n. a.; q. c. e. n. e., n. m.' et deinde (127) quid? i. i. n. a. B.? — c.' 2 TOT MEAS INIURIAS aliam vim habet, quod dixit 'me pertulit', aliam quod adiecit 'iniurias

meas', aliam quod reticuit; 3 non dixit 'quas' sed 'quae', ut ad omnia, non ad iniurias referatur extrema conclusio.

304 SED MAGNUM NESCIO QUID NECESSE EST bene de ambabus sentiens putat magnam causam esse, quae iram fecerit et iram diuturnam.

305 QUAE TAM PERMANSIT DIU et a re et a tempore.

306 1 HAUD QUIDEM HERCLE PARVUM E. servilis scilicet ratio et sordida et iam non his respondens omnibus, quae dixit Pamphilus, sed tantum novissimae parti. 2 SI VIS VERO VERAM RATIONEM 'vero' vel nomen est vel coniunctio vel adverbium [1]).

307 1 NON MAXIMAS QUAE MAXIMAE SUNT INTERDUM IRAE IN. F. <iniuriae faciunt> iras, non irae iniurias, sed hic 'faciunt' ὑπαλλακτικῶς dixit secundum rationem superiorem increpans errorem Pamphili, qui de irae magnitudine aestimet iniuriae quantitatem; alii 'faciunt' probant, ostendunt intellegunt. 2 Caute dixit 'interdum': plerumque enim sic.

306 3 PARUM subaudiendum 'necesse est evenisse' vel 'evenit', nam consequens sententia tollit, quod dixit ille 'necesse est'.

307 3 NON MAXIMAS Q. S. M. sensus est, in quo primum 'non irae iniurias faciunt' accipiendum est, secundum 'non maximas maximae'. 4 FACIUNT pro 'ostendunt'.

309 1 CUM DE EADEM CAUSA EST rectum erat, si diceret 'cum in isdem rebus', 2 adiciendo 'causa' obscuravit elocutionem suam, sed convenit servo haec humilitas orationis. (*a*) 3 'Est' autem pro 'evenit' dixit [2]), 4 et ordo: quom in quibus rebus alius ne iratus <quidem> est, de eadem causa est iracundus factus inimicissimus. 5 IRACUNDUS F. I 'iratus' est, qui ex aliqua re lacessitus irascitur, 'iracundus' est, qui ex parva re aut nulla causa praecedente irascitur.

2 *a* *nam planum erat, si diceret 'nam saepe est quibus in rebus alius ne iratus quidem est, cum de isdem rebus est i. f. i.'.

310 2 QUAM PRO LEVIBUS NOXIIS interrogative. 3 NOXIIS iniuriis, culpis.

1 PUERI INTER SESE argumentum a simili.

311 1 QUAPROPTER ἐξεταστικὴ ὑπόκρισις, id est interrogat διαλεκτικῶς 2 QUIA ENIM QUI EOS αἰτιολογικὴ ἀπόκρισις. 3 QUIA ENIM QUI EOS

---

[1]) Vide adn. ad h. l.

[2]) Scholium pertinet ad 'saepe est' v. 308, et 4 ad 308 sq.

GUBERNAT ANIMUS <l. G.> ἐσχηματισμένως ἀντὶ τοῦ 'infirmus est'. <sed> ἀνακολουθία ista convenit servo.

312 1 *ITIDEM ILLAE MULIERES SUNT F. V. P. artificiose: a persona <'mulieres'>, a similitudine 'pueri', a facto 'iras gerunt', ab accidentibus similitudinis 'animus infirmus', a collatione personae mulieris accidentium 'levi sententia', a facto 'fortasse unum aliquod verbum inter eas iram h. c.': qua sententia totum hic sublatum est, quod ait (304) 'sed magnum nescio quid necesse est <e.>, P., u. i. i. e. i.'

313 1 FORTASSE UNUM ALIQUOD <VERBUM> I. E. I. H. <CONSCIVISSE> sic Plautus (fragm. dub. XI) 'fortasse te amare suspicarier'; nam veteres infinito modo adiungebant 'fortasse' [conscivisse]. 2 CONSCIVERIT commoverit.

310 4 QUAM PRO LEVIBUS N. I. G. interrogative. 5 NOXIIS iniuriis, culpis.

312 2 ITIDEM I. M. sexus alius, at ingenium et sensus idem est, 3 et mire similitudinem contulit ad id quod agitur.

313 3 IRAM HANC CONSCIVERIT legitur et 'conscivisse', 4 et 'conscivisse' est rem novam fecisse [1]). 5 CONSCIVERIT decreverit, fecerit.

315 1 ET CURSARI RURSUM PRORSUM 'rursum prorsum' retro ante significat, et est proverbiale, ut dicimus 'sursum deorsum' 'intro foras' 'hac illac' et similia, Graeci 'ἄνω κάτω'. 2 TREPIDARI SENTIO ET CURSARI trepidatio ad vocem refertur loquentium, cursatio ad sonum pedum, 3 et trepidatur primo ab his, qui morbum putant, cursatur ab his, qui partum sciunt.

317 TUTE LOQUERIS ME VETAS mire expressus est mos auscultantium.

318 1 TACE OBSECRO MEA GNATA non solum hic Iuno Lucina <non> inducitur, sed etiam insuper silentium parturienti imponitur, quia furtiva conceptio est, et tamen eiusmodi verba sunt matris, ut dumtaxat argumentum scientibus manifesta sint, Pamphilo vero et Parmenoni tamquam aegrotam continentis filiam videantur. 2 TACE OBSECRO MEA GNATA conceptum furtivum furtim convenit nasci.

319 1 QUIA PERII satis amatorie.

318 3 MATRIS VOX VISA EST haec omnia, quae sensu percipi pos-

---

[1]) Hoc potius convenit de verbo 'concivisse' quae est iusta lectio, quam igitur Donatum utroque loco habuisse opinor; scholium 5 recte se habet, cf. e. g. Livius in l. 10.18.1 et 34.13. Vide Wessn. in app.

sunt, visa dicimus, Vergilius (Aen. 6 257) 'visaeque canes ululare per u.'

320 UXOREM PHILUMENAM PAVITARE τῷ ἐξουθενισμῷ.

321 1 PAVITARE NESCIO QUID pavere et timere et ad corporis et ad animi perturbationem veteres referebant, Plautus in Bacchidibus (106) 'nam ut ex mari timida es'; 2 ergo PAVITARE aegrotare, quasi horruisse et palpitare venis.

322 1 QUIA NON POTERAM UNA OMNIA deest 'dicere'.

319 2 NULLUS SUM rursum se infelicem et miserum appellavit hic. 3 NULLUS SUM <PERII> [1]) αὐξητικῶς.

322 2 QUIA NON POTERAM UNA OMNIA cum stomacho profertur, et deest 'dicere'.

323 1 NEMONE MEDICUM ADDUXIT scilicet ex quo scire posses. 2 NESCIO perturbatus Parmeno idem repetit verbum, et aptum est personae servili.

324 CESSO HINC IRE INTRO cultum proloquium; sic autem agit poeta, ut gravem morbum in uxore suspectans maritus protinus ingrediatur et partum improvisus offendat.

325 1 QUONAM MODO PHILUMENA amatoria ἀποστροφή, sic in Phormione (201) 'quod si eo meae fortunae redeunt, Phanium, abs te u. d., n. e. m. u. e'.

326 1 NAM SI PERICULUM ULLUM IN TE INEST multum dixit 'si in te periculum inest, me perisse non dubito'; tantus autem affectus non est mariti tantum sed amatoris quoque. 2 NAM SI PERICULUM ULLUM non permisit amor dicere perituram, sed 'si periculum'.

325 2 OFFENDAM AFFECTAM lassam possessamque morbo, ab eo quod est affici, unde affectus dicuntur, propter quos afficimur.

327 1 NON USUS FACTO EST vide artificem Terentium [2]), quemadmodum alias per Pamphilum, alias per ipsum Parmenonem invenit, quemadmodum nesciatur a ceteris virginem ante nuptias ab ipso Pamphilo vitiatam esse. 2 NON USUS non utile. 3 FACTO EST 'facto' abundat.

328 NAM INVISOS OMNES NOS ESS ILLIS SENTIO acute eiusmodi cau

---

[1]) Inserui.
[2]) Vide mox adnot. ad v. 727.

sam repperit, quae vel curiosum hominem contineret quaeque non Parmenonem modo sed <per> Parmenonem mox etiam Sostratam arceat ab ingressu.

329 1 HERI NEMO VOLUIT SOSTRATAM quasi alius dixerit 'unde intellegis?' 2 HERI NEMO V. S. argumentum odii.

331 MAXIME ERI CAUSA M. quam bene 'maxime', qui et propter ipsam vel propter invidiam socrus non vult fieri graviorem morbum!

332 SERVUM ILICO INTROIRE mire, ut criminosius suspiciosumque sit, non Lachetis aut Pamphili servum sed Sostratae nec Parmenonem saltem.

333 COMMINISCENTUR dicent, confinxerint.

334 1 CAPITI ATQUE AETATI I. bene τῷ εὐφημισμῷ maluit 'illorum' quam 'puellae' dicere, quod utique intellegitur. 2 QUI 'qui' unde.

335 1 ERA Sostrata. 2 IN <CRIMEN in> litem. 3 EGO VERO IN MAGNUM MALUM in quaestionis tormenta.

2.

336 2 HIC quia nimis vicini sunt.

1 NESCIO QUID IAMDUDUM AUDIO HIC TUMULTUARI in hac scaena quasi quaedam deliberativa est continens suasionis dissuasionisque partes, quas in subditis considerabimus.

337 1 MAGIS MORBUS <ADGRAVESCAT> gravior fiat: proprie, quia morbi graves dicuntur, Vergilius (Ge. 3. 95) 'ubi aut morbo g.', Sallustius (Hist. 3 fr. 38 M.) 'et morbi graves ob inediam insolita vescentibus'. 2 MALE METUO NE PHILUMENAE MAGIS instat Terentius bonam socrum facere, ut bonam facit meretricem.

338 QUOD TE AESCULAPI ET TE deest 'propter' ut sit: propter quod.

339 1 NUNC AD EAM VISAM sic Vergilius (Aen. 7. 454) 'respice ad haec'. 2 HEM interiectio est novas res audientis. 3 HEUS SOSTRATA vide quemadmodum per se ipsum <Parmeno, per> Parmenonem arceatur Sostrata, quae neque deesse propter officium neque ingredi propter socrum inducitur. 4 ITERUMNE ISTINC EXCLUDERE bene 'iterum', ut illi pudorem incuteret de repetitione iniuriae; et memoriter: iam enim dixit (188) 'nostra ilico it v. a. <e.>: a. n.' 6 Et simul vide quam vehementius ad iniuriam sonet excludi quam non admitti.

340 HEM PARMENO 'hem' interiectio est eius, quae commota sit nova re.

341 NON VISAM UXOREM PAMPHILI ut supra (332) 'servum Sostratae' dixit, non 'Parmenonem', sic hic 'uxorem Pamphili' maluit quam 'Philumenam' dicere, ut animum et officium eiusdem socrus et matris breviter demonstraret.

342 1 NON VIAS NE M. unam rem Sostrata consuluit, hic <dicit> de duabus, namque et illam non vult ingredi et cavet, ne ipse mittatur. 2 Et bene 'quemquam', ne aperte pro se loqui videatur.

343 1 NAM QUI AMAT CUI ODIO IPSUS EST aliam causam subiunxit: quia durum fuerat ipsi Sostratae dici quod supra dictum est. 3 CUI ODIO IPSUS EST deest 'eam' vel 'eum'.

2 NAM QUI AMAT causa a sententia morali.

344 1 ET ILLI MOLESTIAM AFFERT bene adiecit, ne qui amet hoc dicat 'laborem, dum promerear quem amo'.

345 2 VIDERE UT VENIT QUID AGAT quod supra 'visere'; 3 an visere officii est apud aegros, videre cognitionis et ideo additum 'quid agat'?

1 TUM FILIUS TUUS alia causa ab eventu.

346 AN VENIT PAMPHILUS bene imitatur affectum.

347 1 HEM interiectio feminea ac matronalis. 2 EX CORDE EXCESSIT geminavit praepositionem.

344 2 LABOREM INANEM IPSUS CAPIT ET ILLI MOLESTIAM A. hoc validissimum ad dissuadendum fuit.

348 NUNC HUC INTROIRE NOLO cur, si venit Pamphilus, non sit introeundum, causa narratur.

349 1 NAM SI REMITTENT QUIPPIAM verbum activum quasi neutrum posuit. 2 PHILUMENAE DOLORES δραματικῶς errat: non enim vere dolor morbi est, cum sit partus.

350 1 SCIO CONTINUO SOLA SOLI ut (Verg. Aen. 1. 387) 'haud, credo, invisus c. a. v. <c.>'; 2 et sic 'sola soli' dicitur, quomodo (Ad. 668) 'praesens praesenti', sic Vergilius (Aen. 4. 83) 'illum absens abs. a. v.'

351 1 UNDE ORTUM EST pro 'sit': ἀνακόλουθον tertium. 2 QUAE INTER VOS INTERVENIT melius sic, quam si diceret 'quae illi feceris'.

352 1 QUAM TRISTIS EST χαρακτηρισμός locuturi Pamphili. 2 O MI GNATE ordo est: o mi gnate, gaudeo te salvum venisse; sed intercedit Pamphilus tristis.

353 1 SALVAN PHILUMENA EST cito probat Pamphilo amare se nurum, cum post salutationem nihil prius quam de salute uxoris eius inquirit. 2 SALVAN PHILUMENA EST mire obviam sibi exeuntem filium nihil aliud nisi de Philumena interrogavit, ut ostenderet, eius morbum sibi curae esse.

354 1 MELIUSCULA EST verum est, quantum ad morbum pertinet. 3 UTINAM ISTUC ITA DI FAXINT diligentiore officio loquitur ut rea apud filium socrus.

2 *MELIUSCULA EST hoc et ad morbum et ad eventum partitudinis verum est: ita non mentitur Pamphilus matri.

355 1 QUID TU IGITUR LACRIMAS mire 'igitur', quo significat: si ita res est, quare ergo tu tristis es? 2 RECTE MATER sic dicimus, cum sine iniuria interrogantis aliquid reticemus. 3 (*a*) alii 'recte' sic accipiunt, ut intellegant n i h i l est m a l i.

3 *a* *Et bene additum 'mater', ut duritia reticentiae blando nomine molliretur.

356 1 QUID FUIT TUMULTI antiqui sic declinaverunt t u m u l t i, s e n a t i, ut Sallustius (Catil. 53, 1) 'senati decretum fit'. 2 Et τὸ 'dic mihi, curiosius interrogantis est, Vergilius (Ecl. 3. 1) 'dic mihi, Damoeta, cuium pecus?'. 3 DOLOR REPENTE INVASIT proprie 'invasit', quia 'repente'.

357 1 ITA FACTUM EST moris est assentiri ad dicta interrogantium, qui quae vera sunt celant. 3 ITA AIUNT in hac tota interrogatione et responsione colorem induxit secretum aegre obiurgantis. 4 ITA AIUNT religiose mendacium ad rumorem rettulit: 'aiunt' inquit, ne ipse falsum dicere videretur.

2 ITA AIUNT bene aliis adscripsit, si falsum sit, ut ipsis adscribatur mendacium.

358 1 I SODES INTRO <veretur>, ne ingrediatur mater ad soceros, et ideo 'i sodes' dicit 'intro', 2 et apparet 'intro' dicentem manu annuere, ut domum redeat, et simul quo magis faciat, addit causam. 3 CONSEQUAR IAM TE MEA MATER adiecit et tempus 'iam'. 4 MEA <M.> necessario additum 'mea mater' et 'sodes', quia 'i intro' durum est. 5 FIAT abiens dixit hoc mater 'fiat', ne omnino iussis alienis parere videatur, quia sic imperamus et nos, quae ipsi facturi sumus.

359 1 TU PUERIS CURRE P. probabilis causa, qua ablegat etiam Parmenonem, dum iubet eum pueris occurrere, et simul notan-

dum, quod in hac fabula ridicule vexatur usque ad ultimum servus et ablegatur, cum sit et piger et curiosus. 2 ATQUE EIS ONERA ADIUTA locutio antiqua. 3 ATQUE EIS ONERA ADIUTA figura est ὑπαλλαγή pro 'ipsos onera portantes'.

360 1 QUID NON SCIUNT IPSI VIAM DOMUM QUA REDEANT iam vide, quemadmodum servetur Parmenoni persona loquacis, curiosi, pigri. 2 DOMUM adverbiale est. 3 DOMUM QUA REDEANT 'qua' si locum significet, videbitur reliquum praeceptum servus non audisse; sin audivit, 'qua' quomodo intellegimus, id est quemadmodum onus portent de navi, ut <sit> quid fieret, qua fieret. 4 CESSAS de industria omnes ablegavit suos, ut non audirent, quae intus post scaenam sunt acta, quae tamen populo est narraturus.

3.

361 1 NEQUEO MEARUM RERUM INITIUM ULLUM INVENIRE IDONEUM in hac scaena conquestio est ad deliberationem descendens, an habeat Pamphilus an excludat uxorem, in qua tota oratio Pamphili ad argumentum spectans amatoria magis quam maritalis est: nam aliter non perveniretur ad ultimam cognitionem omnium rerum nisi adulescens furtivum conceptum uxoris et partum aliquanto lenius, quam coniugalis dolor expetit, toleravisset. 2 NEQUEO MEARUM R. haec est Homerica illa διαπόρησις (Od. 9. 14) 'τί πρῶτόν τοι ἔπειτα, τί δ' ὑστάτιον καταλέξω; 3 NEQUEO MEARUM RERUM INITIUM hoc principium magna διαπορήσει oneratur, ut ostendantur aerumnae et multae et graves. 4 IDONEUM aptum, conveniens.

362 UNDE a quo.

363 1 PARTIM QUAE PROSPEXI HIS OCULIS 'his' quasi miseris vult intellegi: quibus prospexi vel audivi mala; 2 an sic dictum est, ut apud Vergilium (Aen. 4. 359) 'vocemque his auribus h.'?

364 QUA ME PROPTER EXANIMATUM inter exanimatum et exanimum hoc interest: exanimatus est conterritus, conturbatus, ut (Andr. 234) 'sed quidnam Pamphilum exanimatum video?' et Vergilius (Aen. 5. 805) 'exanimata s. i. a. m.'; exanimus est occisus, ut Vergilius (Aen. 9. 30) 'corpus ubi e. p. P. A. s. s.'

365 1 ME I UT C. raptim ingressus sum. 2 TIMIDUS pro 'timens', nomen loco participii.

366 1 MORBO ME VISURUM AFFECTAM quia et hic morbus est. 2 EI MIHI interiectio dolentis. 3 Vergilius (Aen. 3. 39) 'eloquar an sileam?' et dicitur haec figura ἐπιμονή. 4 EI MIHI mire interposuit σχετλιασμόν. (vide adn. ad h. l.)

368 1 ID QUOD ME REPENTE deest 'propter', ut sit: propter id, ac per hoc ideo. 2 ID QUOD ME REPENTE ASPEXERANT causa cur laetae exclamaverint.

3 'Id' ergo: ob id.

369 1 SED CONTINUO VULTUM EARUM SENSI IMMUTARI OMNIUM mire Pamphilus etiam ancillarum metu impellitur, ut alienum nasci puerum suspicetur nec ullo modo in memoriam redeat hanc se puellam vel huiusmodi vitiasse. 2 VULTUM EARUM quae viderint.

370 1 FORS OBTULERAT oblatum dicitur in utramque partem, quicquid exspectationem praevenit. 2 OBTULERAT offerri dicuntur tam bona quam mala, si insperata obiciantur aspectibus.

372 1 EGO EIUS V. C. non erit plena vis repentini doloris, si praesentiens aliquid suspicatur, et ideo addidit 'ego eius videndi cupidus recta consequor'. 2 RECTA CONSEQUOR adsolute et sine adiectione. (*a*)

2 *a* non enim addidit 'via'.

373 1 EXTEMPLO EIUS MORBUM 'morbum' mitiore animo quam 'vitium' dixit aut 'probrum', 2 et recte, quia dixit (365) 'alio me suspicans m. v. a. quam s. e. u.'

374 SPATIUM moram.

375 AC RES MONEBAT partus.

376 1 O FACINUS INDIGNUM 'facinus indignum' non ad illam, hoc est Philumenam, sed ad auctorem vitii refertur. 2 ET CORRIPUI ILICO ardens scilicet dolore, et est causa cur cito exierit.

377 2 ATQUE ATROCI vehementi.

1 LACRIMANS non 'furens' sed 'lacrimans', non 'iratus' sed 'percitus'.

378 1 MATER CONSEQUITUR IAM U. L. E. ostendit affectum misericordiae suae 'matrem' dicendo potius quam 'Myrrhinam' et addendo 'misera: misertum est', ut recte supra (77) dictum sit de illo 'pium et p. i. n.' 2 AD GENUA ACCIDIT accidere

est gestu corporis ostendere humilitatem cadentis, propter 'ad', quod est iuxta, et 'cadere'; Sallustius autem sine praepositione dixit (Iug. 14) 'quo accidem aut q. a.'

379 1 LACRIMANS MISERA miserabiliter se habens. 2 MISERTUM EST hoc ipse sibi.

380 OMNIBUS NOBIS UT RES DANT S. I. M. A. mire dixit 'dant sese', Homerus (Od. 18. 136) '*τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων, οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγῃσι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε*'. hic ex illo et validus dixit [1]) et est haec catholica sententia: Apollodorus '*οὕτως ἕκαστος διὰ τὰ πράγματα σεμνὸς ἦεν καὶ ταπεινός*' [2]).

382 1 O MI PAMPHILE ABS TE QUAMOBREM a nomine incipit et blandimento, quia secreta confitetur, ut Vergilius (Aen. 4. 20) 'Anna, fatebor enim, m. p. f. S.'; a principio idem elaboravit, ut adversus pudorem conscientiae voce et confessione duraret.

2 O MI PAMPHILE ABS TE QUAMOBREM venialis status, in quo confessio est et precatio. 3 ABS TE QUAMOBREM morale blandimentum ante confessionem.

383 3 *Et* 'oblatum' ad repentina pertinere superius (370) adnotavimus. 4 OBLATUM quasi non exspectatum et nolenti. 5 VIRGINI quasi quae falli possit. 6 OLIM recte 'olim', quia facilis venia circa vetera iam delicta; unde temptat temporis longinquitate extenuare peccatum. 8 AB NESCIO QUO IMPROBO mire contempsit personam dicendo 'nescio quo', id est nescio quem dixit, ut ostendat ignobilem et abiectum; nam si nomen est, habet et dignitatem, ut (Verg. Aen. 2. 89) 'et nos aliquod nomenque decusque g.'; et ne placere videatur is qui fecit, 'improbum' dixit.

1 NAM VITIUM confessio est. 2 NAM VITIUM EST O. coepit a causa. 7 'Olim' ergo id est: ante menses novem.

385 1 NEQUEO QUIN LACRIMEM MISER videtur quasi destillantes fletus detergere. 3 SED CUM ORATA EIUS bona *παρένθεσις*.

2 NEQUEO deest 'continere'.

386 2 FORS FORTUNA *ὑφέν*, (*a*) 3 et 'fortuna' in incerto, 'fors fortuna' in bono ponitur, Vergilius (Aen. 9. 41) 'si qua inte<rea> fortuna fuisset' et ipse (Phorm. 841) 'o Fors Fortuna'.

1 QUAEQUE FORS FORTUNA precatio. 2 *a* id est subita fortuna.

---

1) De corruptela cf. Wessn. in var. lect.

2) Van Leeuwen cum Meinekio legendum censet *οὕτως ἕκαστός <ἐστιν> διὰ τὰ πράγματα ἢ σεμνὸς, ἢ ταπεινός*, aut sic: *Ἀπολλόδωρος οὕτως*.

387 1 PER EAM TE O. oratorie inducuntur et pro tacentibus preces. 2 PER EAM TE O. obtestatio est precatio cum mentione earum rerum, per quas petimus, ut (Verg. Aen. 10. 45) 'per eversae, g., f. T. e. o.' 3 SI IUS SI FAS EST utrum hoc invidiose an quasi femina, quae leges nesciat? 4 UTI ADVERSA EIUS mire non 'crimen', sed 'adversa'.

388 1 PER TE TECTA TACITAQUE (*a*) 2 an idem significant? an potius: neque re neque verbo indices?

1 *a* 'tecta' si reducis, 'tacita' si repudias sub alia excusatione. 3 An 'tecta', ne videantur, 'tacita', ne dicantur?

389 1 SI UMQUAM ERGA TE Vergilius (Aen. 5. 798) 'si concessa p., s. d. e. m. p.' Terentius sic (Andr. 292) 'si te in germani fratris d. l. s. h. t. s. s. f. m.'

2 SI UMQUAM ERGA TE ab ante acta vita.

388 4 TECTA TACITAQUE 'tecta' sint, ne ex odiis sciant, 'tacita', ne ipse indicet.

390 UT SIBI DES PRO I. subauditur 'gratia'.

391 1 CETERUM DE REDUCENDA I. F. temptat etiam hoc persuadere, sed oratorie et verecunde, 2 et mire 'de reducenda' dixit, non 'de respuenda'. 3 QUOD IN REM SIT <T.> nam reddenda dos erit.

392 SOLUS CONSCIUS a possibili, nam hoc nomine ostendit tacere eum posse, quod conscius sit ipse solus.

393 1 NAM AIUNT honestius 'aiunt' pro 'ait' dixit, nam qui aiunt, scire <* * * *>[1]) dicere potuit nisi Philumena? 3 POST DUOBUS CONCUBUISSE EAM MENSIBUS 'post duobus' simpliciter accipiendum, non 'post duos': (*a*) 4 POST D. non statim ut nupta sit, sed postquam nupta est, post duos menses nuptiarum, ut sint <reliqui> quinque menses; 5 et hinc apparet eam ante menses duos quam nuberet vitiatam, quinque mensibus cum Pamphilo fuisse, ex quibus duobus prioribus amatam esse, tribus reliquis peregrinatum esse Pamphilum; 6 (*a*) ut Plautus (Pers. 452) 'post principio denique' et (cf. Pseud. 310 vel Trin. 191) 'post paulo'?

2 Ergo recte: 'aiunt' enim potius honestum est quam 'ait'. 3 *a* est enim <ἀναστροφή, non> ἀντίπτωσις. 6 *a* An 'post duobus' pro 'post duos'?

---

[1]) Vide adn. ad h. l.

395 QUOD TE SCIRE IPSA INDICAT RES quia contristatus es et corripuisti te foras.

396 EVENIAT PARTUS Philumenae scilicet.

398 1 ABORTUM ESSE non est Latinum 'aborta[1] est' sed 'abortum fecit'. 2 ABORTUM ESSE deest 'natum' vel 'factum'; 3 vel absolute, quomodo dicimus (Ad. 295) 'e re nata' vel quemadmodum dicimus 'ex te mihi orta est iniuria' (cf. Ad. 189). 4 DICAM ABORTUM ESSE rationabiliter dixit: fit enim abortus etiam septimo mense sine pernicie feminae. 5 SUSPECTUM FORE suspicabile, suspiciosum.

399 1 EX TE RECTE EUM NATUM PUTENT nove dixit 'natum abortum', quasi abortus nascatur, 2 'natum' ergo pro facto conceptoque dixit.

400 1 CONTINUO EXPONETUR[2] cum alienus exponitur et non tollitur pro tuo. 2 Et mire necandi pueri non fit mentio, quia Pamphili filius invenietur, cum ei etiam per patrem puellae poeta succurrit. 3 EXPONETUR ad mortem scilicet. 4 HIC TIBI NIHIL EST QUICQUAM INCOMMODI (*a*) et est παρέλκον quartum, ut (Ad. 256) 'nihil quicquam vidi laetius'.

3 *a* ab utili.

401 1 ET ILLI MISERAE INDIGNE ut non sit ἀνακόλουθον, et superiori versui τὸ 'et' addendum est, ut sit: et tibi nihil <est> quicquam incommodi. 2 FACTUM INIURIAM mire 'iniuriam' dixit, ut non condemnanda sit, sed dolenda.

402 1 POLLICITUS SUM plus quam 'promisi'.

401 3 ET ILLI MISERAE I. conclusio per enumerationem: et non laederis, inquit, et proderis miserae.

402 2 QUOD DIXI FIDEM quod promisi.

403 ID VERO NEUTIQUAM ESSE ARBITROR 'neutiquam' non est omnino negativum, sed aliquid assertionis habet; est enim 'neutiquam' non nimis, non valde.

404 1 NEC FACIAM bene addidit 'nec faciam': multa enim etiam <in>honesta amore suscipimus. 2 ETSI ME AMOR GRAVITER CONSUETUDOQUE hoc cum gemitu. 3 *Et* τὸ 'etsi' non est complexivum neque praepositivum sed subiunctivum, id est pro 'tametsi'.

---

[1]) Sic cod. C. Wessn. 'aborsa'.

[2]) Scholium pertinet ad versus initium.

4 <AMOR> CONSUETUDOQUE duae res contra honestum et utile validissimae; 5 et bene 'tenet', non 'tenuit'.

405 1 LACRIMO QUAE POSTHAC FUTURA EST VITA bene propensior in affectum est, ut verisimile fiat potuisse reticere; 2 et 'lacrimo' non pendet a superiore, sed interpositis diu fletibus dixit. 3 LACRIMO QUAE POSTHAC 'quae' modo non vim pronominis continet sed querelae, 4 et 'lacrimo' sic dixit, ut Vergilius (Aen. 4. 30) 'sic effata sinum l. i. o.' 5 et est ordo: lacrimo, cum in mentem venit.

406 1 O FORTUNA hic *fortunam* pro bona posuit. 2 UT NUMQUAM PERPETUO ES BONA legitur et 'data', nam et sic pro 'bona' intellegitur necessario.

408 1 IDEM NUNC HUIC legitur 'idem' et 'eidem'; <si 'idem'>, *ego*, si 'eidem', hoc est *amori*. 2 OPERAM DABO difficultatem rei ostendit dicendo 'operam dabo'.

409 1 ADEST PARMENO CUM P. quia idem Parmeno est secretorum conscius, addidit 'cum pueris'. 2 MINIME EST OPUS id est: omnino non est opus.

413 ALIQUO MIHI EST HINC ABLEGANDUS DUM PARIT PHILUMENA in tota comoedia nec cessabit, cum sit piger, nec resciscet, cum sit curiosus, Parmeno.

414 DUM PARIT PHILUMENA 'dum' alias *dummodo*, alias *donec*; nunc *quamdiu*.

4.

415 1 AIN TU TIBI HOC INCOMMODUM EVENISSE ITER alia ratio est currentis ad argumenta, alia actuum comicorum; sed perfecti poetae est ita servire argumento, ut tamen spectator novis delectationibus teneatur: nam in hac scaena, donec perveniat ad Pamphilum Parmeno, hoc εὕρημα inducitur, cum ostenditur, quid mali sit navigatio. 2 AIN TU TIBI pro 'aisne tu', et sic aliquid iam dixisse magni <in> praecedenti oratione ex respondentis sermone monstratur. 3 AIN TU <aut> in scaena nascitur oratio aut in scaenam defertur.

417 TANTUM QUANTUM RE IPSA N. I. ἀνακόλουθον quartum: non enim intulit 'quantum', ut Vergilius (Ge. 4. 411) 'quanto ille

magis formas s. u. i. o., tam tu, nate, magis contende tenacia vincla'.

418 O FORTUNATE NESCIS QUID MALI P. bene: maiore <respondit> affectu dicens 'o fortunate', quam si responderet 'ita'.

419 QUI NUMQUAM ES INGRESSUS MARE proprie dixit 'ingressus' <ut> qui iam navigavit 'egressus' dicitur, sic Vergilius (Aen. 1. 172) 'egressi optata potiuntur Troes harena'.

420 1 NAM ALIAS UT OMITTAM MISERIAS παράλειψις oratoria. 2 MISERIAS navigationis scilicet.

421 1 DIES TRIGINTA accusativus casus plenum numerum et continuationem rei significat. 2 DIES TRIGINTA AUT PLUS EO hoc exitiosum vel sine periculo videri potest; sed vide quid addat. 3 AUT PLUS EO IN NAVI absolute 'eo', ut alibi (Heaut. 62) 'annos sexaginta natus es, aut plus eo, ut c.'

422 1 MORTEM S. E. dura est exspectatio mali; Vergilius (Aen. 6. 614) 'i. p. e.'. 2 SEMPER M. EXSPECTABAM id est omnibus horis cum continuatione triginta dierum.

423 ITA USQUE 'usque' vel diu vel valde.

424 1 ODIOSUM esse scilicet ita in mari dies triginta, 2 et nomen posuit pro adverbio: 'odiosum' pro 'odiose'. 3 HAUD CLAM ME EST λιτότης pro: ego maxime intellego, quam odiosum sit; nam qui iungunt et sic legunt, errant et non intellegunt. 4 AUFUGERIM coniunctivum modum posuit pro indicativo futuro vel, ut alii dicunt, promissivo. 5 AUFUGERIM sic veteres, quod nos 'fugerim'.

426 1 OLIM QUIDEM TE CAUSAE IMPELLEBANT LEVES mire in servum fugitivum, qui ob vitium eiusmodi, non ob causam fugiat; 2 et bene 'leves' dixit: haec enim non est levis.

427 1 QUOD NUNC MINITARE FACERE UT FACERES ordo: olim quidem te causae impellebant leves, Sosia, ut faceres, quod nunc facere minitaris, hoc est hac occasione, et in Andria sic ait recusanti periurium servo Mysis (730) 'nova <nunc> r. i. t. i.' 2 FACERE UT FACERES 'facere ... faceres' comicum est et Terentianum.

428 SED PAMPHILUM IPSUM VIDEO a quo mis<sus> sum, vel dominum, ut Graeci dicunt αὐτόν.

429 EGO HUNC ADIBO vel nova curiositate ait Parmeno.

430 1 EQUIDEM TE E. bene excepit Pamphilus Parmenonem, ut videatur vera dicturus. 2 ET QUIDEM TE E. apparet Pamphilum Parmenonis absentiam desiderare eo, quod nunc prior Parmenonem alloquitur.

431 1 IN ARCEM TRANSCURSO OPUS EST (*a*) 2 *et* bene 'in arcem', <quam> Minerva condidit, 3 et TRANSCURSO pro 'transcurrere'. 5 CUI HOMINI cum recusatione pronuntiandum, et est pigri responsio laborem ad alium transferentis. 6 IN ARCEM pronuntia, ut ostendat quam longe sit in arcem transcurrere.

> 1 *a* ostendit quam longe sit, cum 'in arcem' dicat. 4 CUI HOMINI haec verba cum sua pronuntiatione vim recusationis in se continent.

433 QUI MECUM U. V. E. apparet eum cum eo aliquid negotii habere, cum dicit 'qui mecum una v. e.'

434 VOVISSE HUNC DICAM SI SALVUS D. R. facete dixit: more enim hoc fit eorum, qui longis itineribus maris periclitaturi vovent aliquid si pervenerint, et convenit hoc Pamphilo, quem supra (417) male navigasse audierat.

436 1 QUID VIS NUNTIEM AN CONVENIAM MODO non enim mandaverat quicquam, qui sine causa mittebat oblitus bene dissimulare ut qui mentiuntur; 2 et sic pronuntiandum 'an conveniam modo', ut reprehendere dominum Parmeno videatur.

437 1 IMMO QUOD INSTITUI ME HODIE deest 'nuntia', ut sit: immo nuntia, et sumitur a superiore sententia, qua dixit 'quid vis nuntiem?'

436 3 AN CONVENIAM MODO εἰρωνικῶς dixit, nam non hoc interrogantis simpliciter.

437 2 IMMO QUOD CONSTITUI ME HODIE apparet eum hanc conquisitam et vix corrasam invenisse causam.

438 1 VOLA ἠθικῇ ὑπερβολῇ usus est: ita curras, ut volare magis quam currere videaris. 2 Et transcurrere iusserat (431), nunc adiecit imperio: iam non curre sed vola [1]).

439 1 AT NON NOVI HOMINIS FACIEM moralis expressio pigritiae in tot excusationibus posita est. 2 AT FACIAM UT NOVERIS stomachose pronuntiandum 'at', quod et Pamphilus repetit dicens 'at <f. ut n.'>.

---

[1]) Vide adn. ad h. l.

440 1 MAGNUS RUBICUNDUS CRISPUS CAESIUS CRASSUS C. F. [properatio] ἀθροισμός, 2 et acervo sine coniunctivo est usus. 3 MAGNUS RUBICUNDUS <C.> imperite Terentium de Myconio crispum dixisse aiunt, cum Apollodorus calvum dixerit, quod proprium Myconiis est, ut Lucilius (Marx 1211) 'Myconi calva omnis iuventus'; unde etiam proverbium Graecum 'μία Μύκονος'; sed ego Terentium puto scientem facetius Myconium crispum dixisse. 4 CAESIUS glaucis oculis.

5 Quasi felis oculos habens et glaucos.

441 1 CADAVEROSA FACIE sublivida ad personam [1]) rubore et livore; rubicundi enim et crassi talem saepe habent faciem, quod est proprium cadaveris; 2 potest et pulposa intellegi et crassa quasi cadaverosa, caro enim dicta est eo, quod careat anima. 3 Et caro proprie mortuorum dicitur, Vergilius (Ge. 4. 255) 'et corpora luce carentum', unde carnifices dicti, quod carnes ex homine faciant; pulpa vero proprie, quae manducatur, eo quod pulsetur et concidatur. 4 Potest et R pro D poni, ut caro sit dicta quasi cado, ut Vergilius (Aen. 6. 481) 'belloque caduci Dardanidae', quod iam scilicet sine anima sit et cadat [2]). 5 DI ILLUM PERDUINT more pigrorum male optat ei, propter quem mittitur.

442 QUID SI NON VENIET omnia dicit, ne eat.

443 1 MANETO CURRE etiam Pamphilus tamquam de industria perseverat. 2 NON QUEO ITA DEFESSUS SUM hoc in gestu et spectaculo plus est, nam incessu et actu exprimit lassitudinem.

444 1 ILLIC ABIT quasi dicat 'licet iam loqui'. 2 ILLE ABIIT quasi difficultate completam rem ostendit hoc dicto.

446 SUAE GNATAE PARTUM ἐφεξήγησις.

447 1 QUOD POTERO FACIAM id est: celabo quantum potero, 3 et rursum tamquam pietatis admonitus adiecit exceptionem 'tamen ut pietatem colam': servat enim in illo amorem poeta, cuius non paenitebit re cognita et errore sublato. 4 QUOD POTERO FACIAM id est: amori obsequar; nam misericordia mulieris de amore descendit [3]). 5 QUOD POTERO hoc dictum apparet defectus

---

[1]) Pro 'ad personam' Schoell coniecit 'adpresso iam'; legendumne 'adiposa'? sequitur enim 'crassi', et cf. 2.

[2]) Vide adnot. ad haec scholia.

[3]) Vide adn. ad h. l.

esse, non virtutis. 6 TAMEN UT PIETATEM COLAM recordatus est matrem laesam esse ab uxore; hoc enim credit et ideo se ad exceptionem revocavit: ita se amori cedere oportere, ut nec obliviscatur omnino pietatis; 7 (*a*) sunt tamen qui manente eadem sententia totum hoc iungunt 'quod potero faciam tamen ut pietatem colam', hoc est: in quantum potero, dabo operam adversus amorem, ut omisso eo pietatem colam. (*b*) 9 TAMEN pro 'dumtaxat'. (*a*) 10 TAMEN pro 'ita tamen'.

2 *An quasi proiciens curas et fessus angore dixit 'quod potero faciam', id est: si non potero, cedam amori? 7 *a* Et bene in eam causam contulit necessitatem non reducendae uxoris, quae invenietur nulla esse. 7 *b* et subiungitur causa. 8 TAMEN UT PIETATEM COLAM deest 'ita', ut sit: 9 *a* ita ut pietatem colam', dixerat enim 'quod potero' et ideo addidit exceptionem 'tamen ut pietatem colam', id est: non sum oblitus et matris.

448 1 NAM ME PARENTI POTIUS QUAM AMORI 'amori' plus quam 'uxori', quia dixerat 'quod potero'.

2 Et hoc est quod dixerat 'quod potero faciam'.

449 ATAT interiectio est conterriti et turbati.

450 HORSUM PERGUNT modo 'pergunt' pro eunt, alias perseverant.

5.

451 1 DIXTIN DUDUM ILLAM DIXISSE SE EXSPECTARE FILIUM facete principium interrogantis est, ita ut sciat quid sibi responsurus sit, quem interrogat: illaturus est enim argumentum per ἐπαγωγήν. 2 DIXTIN DUDUM ILLAM quia dixerat (268) 'sancte adiurat non posse illic P. s. a. p.'

3 DIXTIN DUDUM captiosa interrogatione coepit dicturus 'venisse aiunt: redeat'.

452 FACTUM id est: dixisse illam aut me, et deest 'est' ut sit: factum est.

453 1 QUAMOBREM NON REDUCAM NESCIO habet causam, sed non vult veram dicere causam et praeterea non vult cum invidia matris suae loqui, si in illam conferat, ut uxorem non reducat domum. 2 QUEM EGO HIC AUDIVI LOQUI ut solet, primo personas inducit loquentes secum; ipsas deinde convenire invicem, ut alibi (Andr. 258) 'quis hic loquitur? Mysis, salve!'

454 1 CERTUM OBFIRMARE EST adversus omnia obstinate agere. (*a*)

2 OBFIRMARE EST VIAM ME QUAM DECREVI PERSEQUI id est: ut matri potius quam uxori morem gerat.

1 *a* vel contra omnes.

457 2 SALVUM ATQUE VALIDUM *αὔξησις* ad salutem: validus namque est robustus et habitior corpore. 3 CREDITUR minus blande respondet de repudio locuturus. 4 QUOD MAXIMUM EST legitur et 'quod maxime est'.

1 *ET ADEO QUOD MAXIMUM EST SALVUM ATQUE VALIDUM ordo: primum 'advenisse', deinde 'salvum', postremo validum'.

458 1 ADVENIS MODO difficile invenitur praesentis temporis 'modo', atque ut ostendat esse momentum etiam temporis praesentis, dixit 'admodum', quod est nimis. 2 ADVENIS MODO Vergilius (Aen. 10. 228) 'vigilasne, deum gens, A.?' 3 ADMODUM excusatio, cur adhuc non viderit patrem. 4 CEDO QUID RELIQUIT PHANIA CONSOBRINUS NOSTER utrum iactanter Laches hereditatem loquitur praesente socero, ut illum cupidiorem faciat ad revocandam filiam -- et fit saepe hoc, ut ex alio principio pervenire quaeramus ad ea quae volumus dicere — an ideo, ut sciat rem, etiam in divitias suas cupidiorem socerum redditurus?

459 1 CONSOBRINUS NOSTER quasi <con>sororinus; et hac propinquitate Terentius frequentata movetur aut heredum [1]. 3 CONSOBRINUS NOSTER cum ex fratre natus est alter et alter ex sorore, consobrini, cum ex fratribus, patrueles dicuntur. 4 SANE HERCLE H. V. O. id est satis, valde, nam qui sanus, et validus est. 5 VOLUPTATI O. F. D. V. contra facit Pamphilus disiurgium volens, nam nihil dicit vel parum relictum.

2 *a* Sobrini sunt de duabus sororibus, consobrini de fratre ac sorore.

460 HAUD MULTUM HEREDEM <I.> parum consulunt heredi.

461 1 SIBI VERO H. R. bene et facete: nihil heredi relinquunt, sibi vero relinquunt. 2 VIXIT DUM VIXIT BENE *πλοκή*: unum 'vixit' aliud significat et alterum 'vixit' aliud. 3 VIXIT DUM VIXIT BENE sententia est hortantis ad delicate vivendum.

462 1 TUM TU IGITUR N. A. <H. P. U. S.> 'vixit dum vixit bene'

---

[1]) A veritate non longe aberrantes Schoell et Wessn. coniecerunt: 'et h. p. Terentius frequenter admonet naturam' (Sch.) aut 'naturam monstravit' (W.) 'heredum'. Cf. Wessn. in app.

scilicet: hoc enim reliquit. 2 UNA SENTENTIA expressit animum avari senis.

463 1 QUICQUID EST I. Q. R. P. 'quicquid est' ad parvitatem refertur, ut 'aut enim id mihi satis est, quod est de me opinionis, quicquid est' Cicero (div. in Caec. 36). 2 QUICQUID EST ID QUOD nullum in hoc sene fuit doloris officium, antequam sciret aliquid relictum [1]). 3 PROFUIT id est: pro nobis fuit, ac per hoc: nostrum est; potest enim ipse profuisse, potest res eius. 4 IMMO O. morem eorum expressit, quibus relinquitur: qui cum audierint sibi esse aliquid relictum, tunc tristes se fingunt adeo.

464 1 NAM ILLUM VIVUM ET S. V. non idem est 'vivum' quod 'salvum'. 2 IMPUNE OPTARE I. L. bene 'impune', quia heredi poena est mortuos reviviscere; an: sine detrimento optas, ut cum medicus dicit de iam mortuo 'ego si illum curarem, viveret'? 4 IMPUNE O. si optata evenirent, numquam, inquit, optares, ut ille revivisceret.

465 1 ILLE REVIVISCET I. N. mire poeta his verbis Phidippum quoque subinvidere significat. 2 NUMQUAM plus est 'numquam' quam 'non'. 4 ET TAMEN U. M. scio quid magis de duobus velis scio, utrum illum mortuum, quod est, permanere an reviviscere, quod exoptas.

3 ET TAMEN UTRUM MALIS SCIO mortuum illum malis, quam ut reviviscat denuo.

466 1 HERI PHILUMENAM AD SE hoc erat, quo omnis tendebat oratio. 2 AD SE ACCERSI IUSSIT bene et 'accersi' et 'iussit', ut nihil uxor sua sponte fecerit.

3 *Et 'heri' et 'iussit' bene, ut tempus breve sit et coacta videatur exisse. 4 Non 'abduci' sed 'accersi', nec 'a nobis' sed 'ad se'.

468 1 OMNEM REM SCIO UT SIT G. Pamphilus vultuose et cum supercilii tristitia hoc dicit. 2 UT SIT GESTA ut Vergilius (Aen. 2. 4) 'Troianas ut opes'.

469 1 AT ISTOS INVIDOS D. P. bene 'invidos', quibus non [2]) matrimonio invideant; (*a*) 2 et adeo non puduit mendacii honesti deprehensum senem, ut *invidos* diceret, qui vera prodiderunt.

1 *a* ergo revocanda uxor est.

---

[1]) Vide adn. ad h. l.

[2]) Goetz probabiliter: 'qui iusto (vel bono) matrimonio inv'.

470 2 EGOMET SCIO CAVISSE NE U. M. mire addidit 'merito'; non enim potui cavere, inquit, ne fieret: cavi igitur, ne merito fieret, quod in me fuit.

1 EGOMET SCIO CAVISSE principium a tempore, a dictis, a factis tam suis quam adversariorum et ab ante acta vita et praesenti.

471 IDQUE SI NUNC M. V. ab ante acta vita.

472 ET CLEMENTI FUI pro 'fuerim': indicativum pro coniunctivo posuit.

473 NI TE EX IPSA H. M. V. παράλειψις.

474 EO PACTO M. A. T. M. E. I. F. bene non 'dictis' sed 'ingenio'.

475 1 CUM ILLA QUAE IN ME NUNC INIQUA EST AEQUA 'iniqua aequa' παρονομασίαι sunt Terentianae; 2 et bonum argumentum, nam et Vergilius (Aen. 1. 625) 'ipse hostis Teucros i. l. f.' inquit et Cicero (Verr. 1. 83) 'te ipso teste nequam atque improbo, verum ad hanc rem s. i., te, inquam, t. d.' 3 INIQUA EST AEQUA DE ME DIXERIT quia adversarii testimonium, si contra se dicat, tam grave est, quam boni viri.

476 1 NEQUE MEA CULPA H. D. E. non ergo quid fiat, sed utrum per nos fiat, scilicet quaerendum est. 2 Et nimis abrupte dixit 'evenisse', non 'evenire'.

3 HOC DISCIDIUM EVENISSE ad confirmationem non 'evenire' sed 'evenisse' dixit.

477 1 SED QUANDO INDIGNAM hoc sic profert, ut ipsam ostendat causam esse discidii, et hoc ipso temptat, utrum dotem retinere possit, et ideo supra 'neque mea culpa hoc d. e., i. t. d.' 2 INDIGNAM DEPUTAT M. M. forte ergo indigna est, 3 (*a*) mihi tamen mater colenda est: hoc sentit. 4 DEPUTAT M. M. ἐν ὑποκρίσει 'matri meae', ut idonea causa sit repudii.

3 *Et recte 'deputat'.

478 1 CUI CONCEDAT C. Q. M. T. hoc melius quam 'obsequatur' aut 'inserviat'. 2 MORES TOLERET bene 'mores' ut aniculae, non enim 'pravitatem'; unde senes m o r o s i appellantur, Horatius (c. 1. 9, 17) 'donec virenti canities abest morosa'. 3 MORES TOLERET o temperamentum! 'mores' potius quam 'iniurias' dixit.

479 NEQUE ALIO PACTO COMPONI POTIS EST nisi ut concedat matri toleretque mores eius.

480 1 SEGREGANDA A ME EST AUT MATER AUT PHIL. bene tamquam

ex deliberatione colligit, quod facturus est, 2 et mollius 'segreganda' quam 'excludenda'.

481 NUNC ME PIETAS M. P. C. quam mollibus verbis repudium nuntiatum est!

482 1 PAMPHILE HAUD INVITO AD A. optime dictum 'haud invito': non enim in totum volenti quippe de discidio; sed tamen, quia pie locutus est, mediocriter approbavit. 2 PAMPHILE H. I. AD AV. gravis oratio est a nomine incepta, Vergilius (Aen. 12. 19) 'o praestans a. i.' 3 et est figura λιτότης. (*a*) 4 HAUD INVITO A. A. senili loquacitate pro 'recte locutus es'.

3 *a* sic Vergilius (Aen. I. 17) 'posthabita c. S.'

483 1 OMNES RES plus dixit quam si 'uxorem' diceret. 2 PRAE PARENTE I. bene 'parente', quod nomen commune et cum patre est et cum omnibus, quos haec necessitudo coniungit (*a*).

2 *a* melius ergo, quam si diceret 'matrem'.

484 1 VERUM VIDE NE I. I. leniter et suadenter. 2 IRA non ergo 'iudicio'. 3 PRAVE INSISTAS PAM. non enim incipere sed insistere hic malum est.

485 2 Hoc ipsum per ironiam deridet, quod pater dixit 'impulsus ira'. 4 QUIBUS IRIS IMPULSUS recte non vult iram esse, ne peccasse videatur uxor: sic enim ait, quasi nec ipsa peccaverit.

1 QUIBUS IRIS I. non dixit 'qua ira', ne superbe loqueretur, sed 'quibus iris'. 3 *An 'iris' matris et mea? <an> uxoris et mea? an omnium trium? 5 QUIBUS IRIS IM. ille iram singulariter dixit, hic iras pluraliter, ne videatur unius irae causa mittere uxorem.

486 QUAE NUMQUAM QUICQUAM ERGA ME COMMERITA EST PATER animadverte proprietatem expressam commerendi et merendi.

487 ET SAEPE MERITAM ID QUOD VELLEM SCIO mereri bona dicimus, commereri mala, id est delinquere, peccare, ergo hic 'meritam' pro 'praestitisse' dixit, Vergilius (Aen. 4. 333) 'ego te, quae plurima fando enumerare vales, numquam, regina, negabo promeritam'.

488 1 AMOQUE ET LAUDO non statim, qui amantur et laudantur, etiam continuo desiderantur, multa ergo dixit 'amoque et laudo et vehementer desidero'. 2 Amoris impulsu nimius hic est circa uxorem et quasi oblitus et suae matris et vitiatae loquitur; sed tali opus est Pamphilo ad huiusmodi argumentum, donec perveniat ad καταστροφήν, in qua uxorem reduci necesse est.

489 1 ERGA ME MIRO INGENIO hoc totum repudiaturus inaniter diceret, nisi ad exitum fabulae poeta respiciens reducturi animum in Pamphilo reservaret. 2 Et nota repudiantem eam, quam laudat pietate sola compulsus. 3 NAM FUISSE ERGA ME O quantum valet, quod 'fuisse' dicit et non 'esse' quasi re transacta!

490 UT RELIQUAM VITAM EXIGAT satis flebiliter dixit 'reliquam exigat'; Vergilius (Aen. 1. 74) 'omnis ut tecum meritis pro talibus annos exigat'.

491 CUM EO VIRO non invidere iam non est mariti.

492 1 QUANDOQUIDEM ILLAM A ME D. N. <nota> omnem conclusionem verborum Pamphili confirmationem repudii continere, plus tamen sententia significante quam verbis. 4 Et NECESSITAS partus scilicet, quam necessitatem domi offendit, quod ex alio scilicet peperit; 5 sed modo vult n e c e s s i t a t e m videri maternae iracundiae, quae a nuru offensa sit.

2. *QUANDOQUIDEM I. A. M. D. N. non quidem dixit, tamen illam expellit; non <enim> d i s t r a h i t, <ni>si in ipsa sit causa, n e c e s s i t a s. 3 <ILLAM A ME DISTRAHIT NECESSITAS> excusatio in necessitate, quae est inexorabilis.

493 1 TIBI ID IN MANU EST NE F. hoc opposuit, quod minime vult Pamphilus videri et quod prodest socero. 2 SI SANUS SIES I. I. R. pro 'si sanus es', nam aliter 'iubeas' dicere debuit. 3 SI SANUS SIES bene pater supra (484) i r a m dixerat, nunc i n s a n i a m significat inesse Pamphilo. 4 SI SANUS SIES IUBE ILLAM REDIRE non ergo culpa est, cui ut redeat iubere potest.

494 NON EST CONSILIUM durum erat 'nolo' dicere. (*a*)

a ergo hoc lenius dixit.

495 1 MATRIS SERVIBO C. hoc verbo necessitatem, qua cogatur, ostendit. 2 QUO ABIS ADES factum Pamphili ex verbis patris ostenditur, quod discessit; 3 et bene, nam ulterius praesentem patri resistere durum fuit.

496 1 MANE INQUAM QUO ABIS bene 'quo abis', quia patrem deseris et uxorem. 2 QUAE HAEC EST P. sic decuit socerum, et subindignatur, quia coram sibi fit contumelia.

497 1 DIXIN PHIDIPPE H. R. AE. L. artificiose Laches, ut minus miretur et minus indignetur socer irasci Pamphilum, quando ei praedictum est et sic oportuit. 2 DIXIN PHIDIPPE H. R. AE. servavit verba sua eidem personae, nam ita dixerat (261) 'neque

adeo clam me est, quam esse eum aegre laturum credam, hoc si r.'

498 QUAMOBREM TE ORABAM UT ILLAM REMITTERES invidiose adversum Phidippum, tamquam in illo sit, unde se purget et non accuset Pamphilum.

499 NON CREDIDI EDEPOL bene quasi iratus: inhumanum esse, inquit, sci<vi>, sed <non> credidi usque adeo, potuit enim dicere: non credidi inhumanum fore, sed acerbe addidit 'adeo'.

500 1 ITA IS SIBI ME pro 'sibi et me', 2 et magno pondere legendum utrumque pronomen, ut (Verg. Ecl. 3. 25) 'cantando tu illum?' (*a*) 3 SUPPLICATURUM <cum> parum esset 'satisfacturum', 'supplicaturum' addidit.

2 *a* id est genero socerum, Pamphilo Phidippum vel si quid tale inveneris.

502 1 SIN ALIO EST ANIMO R. D. HUC recte socer, non tam ut dotem recipiat quam ut terreat, hoc dicit; 2 et RENUMERET proprie, quia dos pecunia est. 3 Et 'huc' ἰδιωτισμός irascentis et exigentis debitum; 'eat' vero mire dictum, quasi ipse proiciatur qui iubet ire; et simul in hoc verbo quasi renuntiatio caritatis est [1]).

4 *RENUMERET DOTEM H. E. terrorem repetendae dotis ostendit, cum dicit 'renumeret dotem'; simul cum iniuria 'huc' et iracunde 'eat'.

503 1 ECCE AUTEM TU QUOQUE PROTERVE IRACUNDUS ES addendo 'quoque' nonnihil assentatus est, quasi dicat 'quomodo Pamphilus'. 2 PROTERVE IRACUNDUS ES 'proterve' immoderate et superbe, (*a*) 3 nam p r o t e r v u s est, qui dum alius obvius est p r o t e r i t, quod faciunt et tauri in appetitu coitus feminarum, in quas calent.

2 *a* dictum est autem ideo, quod p r o t e r a t alium, qui p r o t e r v u s est.

504 1 PERCONTUMAX RE. proprie c o n t u m a x dicitur contemptor potiorum. 2 PERCONTUMAX R. H. N. P. magnae indignationis est ad absentem loqui, ut alibi (Ad. 449) 'o Pamphile [2]), pol haut p. i. d!' 3 NOBIS PAMPHILE 'nobis' τῷ ἀττικισμῷ: nam aut abundat aut significatu adiuvat pronuntiationem.

---

[1]) Vide adnot. ad h. l.

[2]) Apud Terentium legitur 'Aeschine'.

505 DECEDET IAM IRA H. quasi in ira sit culpa, non 'deponetur ira' inquit, sed 'decedet'.

506 1 QUIA PAULULUM V. A. P. facete, quasi dicat: quia habetis, unde dotem reddatis, aut: quia nullam causam habetis repudii, sed ditiorem quaeritis coniunctionem. 2 QUIA PAULULUM V. A. P. S. A. S. ut minacior est factus Pamphilus, simul maiore stomacho, quod cum labore celabat, aperte ostendit.

507 1 SUBLATI ANIMI SUNT nove pro elatis sublatos dixit. et hoc proprie ferarum est, (*a*) nam bestiae pro animi qualitate vel erigunt corpora vel deponunt. 2 ETIAM MECUM L. belle et illum ex invidia iracundiorem et hunc ad se ducentem quod propter Pamphilum dicebatur, effecit. 3 ETIAM M. L. invidiose, quasi iam cum Pamphilo litigaverit.

1 *a* ut (Aen. 12. 4) 'attollitque animos'.

508 DELIBERET RENUNTIETQUE H. ferociter, <ut> socero decet, tamen mature, quod 'deliberet' dixit.

509 1 UT ALII SI HUIC N. S. S. magna fiducia condicionem filiae asserit, quando iam, si Pamphilus nolit, paratum alterum dicit esse. 2 SI HUIC NON SIT subauditur 'uxor', sed dura dictu reticuit, ut debebat.

510 PHIDIPPE ADES nomine appellat, quod facere solemus iratos mitigare conantes.

511 POSTREMO INTER SE TRANSIGANT non enim haec votiva sunt, quibus interesse delectet.

512 QUANDO NEC GNATUS NEQUE HIC Q. O. invidiose 'gnatus non obtemperat', et 'hic' non familiariter dictum quasi ab irato.

513 1 QUAE DICO P. P. quia obtemperamus etiam tacitae voluntati. 2 QUAE DICO P. P. PORTO HOC IURGIUM bene rursus in errorem reditur, ne quae vera sint, contra fabulae propositum cognoscantur. 3 PORTO HOC IURGIUM 'porto' quasi aliquid magnum.

514 1 CUIUS HAEC FIUNT CONSILIO OMNIA non transacta obiciuntur uxori, sed quae nunc aguntur. 2 CONSILIO utrum dispositione an ironia est in male consulentem?

515 1 ATQUE IN EAM HOC OMNE QUOD M. AE. E. non 'quod irascor', sed 'quod mihi aegre est' dixit. 2 EVOMAM bene, quia aegritudinem solet vomitus relevare, sic Cicero (Cat. 2. 2), cum dicit 'quae quidem mihi l. u., q. t. p. e. f. q. p.'

IV

1.

516 1 PERII QUID AGAM QUO ME VERTAM mire in hac scaena et iterum rixa est senis atque anus et tamen varie et alio modo, ut mores inter se diversos et iam notos possimus agnoscere. 2 PERII QUID AGAM QUO M. V. haec proloqui oportet Myrrinam, ut ex eius persona reminiscatur spectator gestae rei, simulque ex huius personae verbis quid agat altera persona monstratur: nam perscrutari Phidippum universa conclavia et ire per totam domum cognito partu filiae suae apparet ex praesentibus dictis. 3 PERII QUID AGAM singula pronuntia, ut perturbatam ostendas. 4 QUID AGAM QUO M. V. figura *διαπόρησις* apta turbatis.

517 2 PUERI VISUS EST VAGIENTIS proprie dixit, vagitus enim infantium est, ut Vergilius 'continuo auditae voces vagitus et ingens'. 3 VISUS EST VAGIENTIS quomodo (Eun. 454) 'audire vocem visa sum modo militis'.

1 *NAM AUDIVISSE VOCEM PUERI Vergilius (Aen. 6. 426) 'continuo auditae voces vagitus et ingens i. q. a. f. i. l. p.' et est ὀνοματοποιία, nam vox ipsa sic est, ut quasi 'vagitus' saepius sonet.

518 1 ITA CORRIPUIT DEREPENTE 'corripuit' raptim intulit. 2 *Et* 'derepente' una pars orationis est ut 'defessus'; adverbiis enim praepositiones separatim non adduntur.

3 DEREPENTE ὑφέν: nam si separaveris, non est Latinum 'de repente'.

519 1 QUOD SI RESCIERIT 'quod' pro nam aut itaque, sed et nos in huiusmodi significatione sic dicimus. 2 QUOD SI RESCIERIT scimus manifesta, rescimus occulta. 3 ID QUA CAUSA 'id': hoc ipsum 'peperisse eam'.

520 1 NON EDEPOL SCIO ideo, quia vera causa dici non potest. 2 SED OSTIUM C. 'concrepuit' plus quam 'crepuit', nam 'con' modo auctivum est.

521 IPSUM EXIRE AD ME bene 'ad me' quasi litigaturum.

522 2 UXOR UBI ME AD F. mirantis est gestus et dictum. 3 SE DUXIT FORAS ordo: duxit se et verbis usus est intra domesticos parietes ortis.

1 UXOR UBI ME AD F. I. S. hoc ante rem, et simul argumentum delicti est, quod exiit a filia marito ingresso mulier. 4 *Et* τῷ ἰδιωτισμῷ 'se duxit' pro 'abiit'.

523 1 ATQUE ECCAM VIDEO apparet mulierem fugere et aversari ob conscientiam, et ideo hoc separatim pronuntiandum. 2 HEUS TIBI DICO ostendit Myrrinam avertentem se, quod nihil inveniat quod dicat de filia. 3 MIHINE MI VIR ita et in Andria (849) 'mihin?' respondens conturbatum se ostendit Davus. 4 MIHINE MI VIR 'vir' ad maritalem condicionem rettulit, non ad sexum, ut in Bucolicis (Ecl. 7. 7) 'vir gregis ipse caper'.

524 1 TU VIRUM ME accusatio ab increpatione [1]) incipiens. 2 AUT HOMINEM *αὔξησις* perversa. 3 ADEO ESSE abundat <'adeo'>. Vergilius (Ge. 1. 24) 'teque adeo, quem mox q. s. h. d. c. i.'

525 1 NAM SI UTRUMVIS HORUM 'vir' scilicet aut 'homo'. 2 MULIER UMQUAM TIBI VISUS acerbe 'mulier', ut supra (214) 'tu, inquam, mulier, quae me o. <l.>, n. h. p.'

526 1 QUIBUS callide mulier et quasi nullius culpae conscia 'quibus?' dixit. 2 Et QUIBUS factis scilicet. 3 AT ROGITAS bene irascitur interroganti, nam interrogare qui sciat impudentiae est.

527 1 HEM TACES non 'num taces?', sed 'taces' celas. 2 EX QUI bene 'ex qui', quia argumentum impudicitiae est puerperium taciturnum. 4 ISTUC PATREM R. mira calliditas: rea mulier hoc solo defenditur, quod accusat.

3 PEPERIT FILIA propositio criminis.

528 1 PERII EX QUI mire additum ad affectum 'perii' et 'obsecro'.

527 5 ISTUC PATREM R. ex sua interrogatione accusavit accusatorem.

528 2 NISI EX ILLO CUI DATA EST N. a verisimili argumentum. 3 NISI EX ILLO CUI D. E. N. solutio criminis per fiduciam respondentis, Sallustius (vide 529. 3) 'ita fiducia quam argumentis purgatiores d.'

529 1 CREDO NEQUE ADEO ARBITRARI P. E. A. ab accusatione maritus ad defensionem sui conversus amisit, quod ceperat. 2 SED DEMIROR QUID SIT mollior factus iam non irascitur, sed miratur. 3 NEQUE ADEO ARBITRARI PATRIS EST ALITER hoc est, quod ait Sallustius (Hist. 2 fr. 111) 'ita fiducia quam argumentis purgatiores d.' 4 ADEO vides Phidippum nulla re alia quam mulieris correptione lenitum.

[1]) Cf. Wessn. var. lect.

530 2 NOS OMNIS CELARE VOLUERIS recte, quia putat et Pamphilum esse celatum. 3 OMNES NOS CELARE vid<elic>et duae causae sunt celandi partus: si non 'tempore suo' evenerit, quod indicium stupri est, et si non 'recte' evenerit, hoc est monstri aliquid natum fuerit; hic autem et 'tempore suo' et 'recte' natum praedicat.

1 QUAMOBREM TANTOPERE alia intentio criminis hoc 'tantopere'.

529 5 DEMIROR valde miror, quod minus est quam 'irascor'.

531 1 PRAESERTIM CUM ET RECTE attulit mulieri compendium credulitas senis semel correpti, ne aliter suspicetur.

530 4 OMNES NOS C. V. antiqua locutio i l l a m r e m c e l o te.

531 2 PRAESERTIM CUM ET R. ET T. S. P. <τὸ> 'recte' ad illud pertinet, quod non monstrum pepererit, τὸ 'tempore suo' ad spatium, quo praegnantes esse consuerunt, id est ad mensium dinumerationem, quia et septimani nasci solent.

532 3 ADEON PERVICACI ESSE ANIMO p e r v i c a x est perseverans cum quadam vi.

1 ADEON PERVICACI ESSE invectio. 2 UT PUERUM PRAEOPTARES PERIRE ab aetate infantis invidia.

533 2 Et bene additum 'scires', quia imprudentia in delicto veniam frequenter extorsit.

1 EX QUO FIRMIOREM INTER NOS ab accidentibus invidia.

534 2 'Animi tui libidinem' dixit, ut minimam causam magnis sceleribus subiecisset. 3 ESSET CUM I. N. antique non 'illi nupta' sed 'cum illo nupta'. (*a*)

1 POTIUS QUAM ADVERSUM ANIMI TUI LIBIDINEM ESSET C. I. N. a voluntate peccantis invidia. 3 *a* ergo ambo sibi invicem nubunt.

535 1 EGO ETIAM ILLORUM HANC bene 'etiam illorum': non enim hoc se dicit errasse, quod illorum putaverit culpam quae huius est, sed 'etiam illorum', ut commune peccatum fuerit; sed nunc totum quidem esse credit Myrrinae.

2 An 'etiam' pro a d h u c, ut maior sit dolor, qui necopinanti accidit viro?

536 1 UTINAM SCIAM ITA ESSE ISTUC te miseram esse, sic alibi (Heaut. 192) 'miserum? quem minus credere est?' et erit sensus: utinam vere sis misera [1]. 2 UTINAM SCIAM ITA ESSE hoc quidam sic accipiunt, quasi Phidippus dicat: penes te culpa est,

[1]) Vide adn. ad haec scholia.

quam illorum esse credebam, et utinam, quod credo penes te esse culpam, ita esse certo sciam. 3 <Alii sic:> Quia dixit se miseram et miseros non nisi innocentes dicimus, ille hoc respondet: utinam in hoc negotio miseram te, non scelestam reperiam! sic Sallustius (Hist. fr. inc. 25 M.) 'atque ea cogentes, non coactos, scelestos magis quam miseros obstringi', et ideo sequitur 'sed nunc mihi in mentem'. (*a*) 4 NUNC MIHI IN MENTEM VENIT recte 'nunc', quasi alias nihil suspicanti.

3 *a* argumentum ex antecedentibus dictis et factis.

537 1 QUOD LOCUTA ES <o.> 'olim' pro 'ante'. 2 CUM ILLUM GENERUM CEPIMUS ut a r b i t r u m c a p e r e dicimus, id est eligere, et cum laude locutus est Pamphili. 3 CEPIMUS elegimus, Vergilius (Ge. 2. 230) 'ante locum capies oculis'.

539 1 CUM EO viro. 2 QUI MERETRICEM AMARET QUI PERNOCTARET FORIS non in hoc est accusatio, quod hoc locuta sit, sed argumentum est, quod celare voluerit partum, quae hoc olim dixerat. 3 PERNOCTARET propter illud, quod dixerat (157) 'quid? interea ibatne ad Bacchidem? — Cotidie', 4 et nota familiariter hoc verbum poni a Terentio, sic et in Eunucho (immo Ad. 531) 'sed si hic pernocto, c. q. d., S.?'

540 1 QUAMVIS CAUSAM hoc propter spectatorem dicitur, ut gestorum meminerit. 2 QUAM IPSAM VERAM M. quia sola ex omnibus defendi non potest.

541 1 MULTO PRIUS SCIVI QUAM TU ILLUM omnes gloriantur prospici ac<umine>, ut (Ad. 396) 'ac non totis <sex> mensibus prius olfecissem, quam ille quicquam fecerit?' 2 MULTO PRIUS SCIVI QUAM TU ILLUM bene pergit, quia taciturnitas pro confessione accepta est.

542 1 VERUM ID VITIUM NUMQUAM DECREVI ESSE hoc intellegi non potest, nisi 'vitium' bis numero subaudieris. 2 ADULESCENTIAE melius dixit 'adulescentiae' quam 'Pamphili', ut quod in aetate fuerat, non timeret in genero.

543 1 NAM ID OMNIBUS INNATUM EST 'amare in adulescentia'. 2 AT POL IAM ADERIT SE QUOQUE ETIAM CUM ODERIT mire senectutem accusat senex, cum et velocem ostendit his verbis et addit 'se quoque oderit', quasi dicat: non solum non amabit, sed et odio habebit, et non alienas mulieres modo nec cum his uxorem

quoque, sed etiam se ipsum. 3 Plus ergo illatum quam ratio deposcebat, sed mire ad exprimendum affectum senis. 4 SE QUOQUE ETIAM CUM O. id est: ut paeniteat eum sui facti; 5 et plus dixit 'se', quam si diceret 'facta sua'.

544 SED UT OLIM hic ostendit cur superiora (537) dicta sint.

545 1 UT FILIAM AB EO ABDUCERES vehementius dixit, quam si diceret 'ut filiam ei non redderes'. 2 NE QUOD EGO EGISSEM ESSET RATUM quod a b e o a b d u c i s, non bona s o c r u s es; quod f i l i a m, non bona m a t e r es; quod i r r i t a f a c i s, q u a e e g o g e s s i, non bona u x o r es, inquit.

546 1 NUNC RES INDICIUM FACIT hoc est: quod celavisti partum. 2 ID NUNC RES quasi dixerit 'inde scio'. 3 QUO PACTO FACTUM VOLUERIS non solum quod fecit, sed et quod voluit obicit.

4 QUO PACTO FACTUM VOLUERIS deest 'fieri'.

547 1 ADEO ME ESSE PERVICACEM vim agentem perniciosamque. 2 CENSES CUI M. S. deest 'ei' vel 'circa eam'.

3 CUI MATER SIEM rursus a verisimili; an mater contra filiam faciat.

548 1 SI EX USU ESSET HOC MATRI callide mulier ex his, quae dixit senex, defensionem arripit; nam ille sic ait (538) 'negabas posse filiam tuam te pati cum eo, qui meretricem amaret, qui pernoctaret f.' 2 EX USU NOSTRO id est utile. (*a*)

2 *a* si pro nostra esset utilitate.

549 2 AUT IUDICARE NOSTRAM 'prospicere' futura, 'iudicare' praesentia.

1 TUN PROSPICERE a persona.

550 1 AUDISTI EX ALIQUO ἠθικῶς satis et oratorie 'aliquo', ne sit certa [1]) persona. 3 QUI EUM VIDISSE DICERET non 'qui vidisset'.

2 Bene 'aliquo': ademit indicibus auctoritatem.

551 1 EXEUNTEM AUT INTROEUNTEM sic Cicero (pro Cael. 27) 'qui in hortis fuerit, qui unguenta sumpserit, qui Baias viderit'. 2 AUT INTROEUNTEM σύλληψις prima, ut (Phorm 86) 'in ludum ducere et reducere'. 3 EXEUNTEM AUT INTROEUNTEM σύλληψις διανοίας, quia concluditur de sequentibus 'ad amicam'; 4 et mollis est ἐξουθενισμός criminis de consuetudine: non enim dixit

---

[1]) Elegans correctio Wessneri pro 'non sincera' et fortasse vera.

'amplectentem amicam'. 5 QUID TUM POSTEA τῷ ἰδιωτισμῷ, quo contemnimus crimina leviora.

552 1 SI MODESTE adhibito modo. 3 NONNE DISSIMULARE NOS duobus modis feruntur peccata: vel ignoscendo vel cohibentia. 4 Modo 'dissimulare' est ignorantiam fingere.

2 *Vel certe cum pudore ac modestia, ita ut celatum voluerit.

553 1 MAGIS HUMANUM EST bene, quia et illud humanum, <'magis humanum'> dissimulare; 2 (*a*) an quia et irasci et arguere humanum est? 3 MAGIS HUMANUM nota pro 'humanius' Terentiano more. 4 QUI NOS ODERIT 'qui' unde vel quamobrem, 5 et recte: nemo dolens, quod non ametur, id facit, quo magis odio sit.

2 *a* An 'magis dissimulare'?

554 1 NAM SI IS POSSET AB EA SESE DEREPENTE AVELLERE oratorie <non> contentus defendisse Pamphilum hoc ipso illum, quo accusatus est, laudat. 2 DEREPENTE una pars orationis est.

555 1 QUICUM TOT CONSUESSET A. laudat ubique eos Terentius, qui consuetudine vincuntur, ut alibi (Andr. 110) 'hic parvae consuetudinis causa' et mox (279) 'neque me consuetudo neque amor commoveat'. 3 QUICUM TOT non 'quacum' sed 'quicum', ut 'a quibus', non 'a quis'. 4 Et 'consuesset, proprie dicitur in stupro. 5 NON EUM HOMINEM DUCEREM non solum, inquit, homo non esset, id quod forsitan nihil nostra intererat, sed quod nobis maximum est, vir stabilis filiae esse non posset.

2 Ergo ferus, quem longa consuetudo non commoveat'.

556 1 NEC VIRUM SATIS 'vir' modo maritus.

555 6 NON EUM HOMINEM DUCEREM NEC VIRUM SATIS FIRMUM GNATAE potest et sic intellegi: <non> eum hominem ducerem, qui consuetudinem longi temporis temere abrumperet.

556 2 NEC VIRUM SATIS FIRMUM GNATAE quem res venereae non moverent; nam 'firmum' etiam hoc possumus intellegere validum in officium coitus, sic Horatius (Serm. 2. 3. 216) 'fortique marito destinet uxorem'. 3 MITTE ADULESCENTEM OBSECRO his verbis solemus commenticia argumenta contemnere, ut (Heaut. 637) 'misericordia, animus maternus; sino' et alibi (Pho. 294) 'imprudens timuit adulescens': sino 'tu servus'. 4 Etenim ille dixerat (542) 'verum id vitium numquam decrevi esse adu-

lescentiae' <et> (532) 'adeon pervicaci esse animo, ut puerum praeoptares' etc.

557 1 ET QUAE ME PECCASSE AIS ABI SOLUS SOLUM CONVENI recte hoc dicit mulier utpote memor, quid cum Pamphilo sit locuta; 2 et 'solus solum' ideo, quia metuit, ne orata sua non servet Pamphilus et id multi sciant.

558 ROGA VELITNE AN NON UXOREM verba, quibus cum Pamphilo loquatur socer, ne, si aliter agat, res pandatur genero.

559 RECTE EGO CONSULUI MEAE illum, inquit, nolle signum erit me providisse filiae.

560 SI QUIDEM ILLE IPSE NON VULT ET TU SENSISTI ESSE animadvertendum, quemadmodum omnia, quibus se defendit Myrrina, in malam partem accipit Phidippus et hinc magis accusat, unde illa se purgat.

561 ADERAM CUIUS CONSILIO FUERAT EA PAR PROSPICI non dixit 'cuius consilio repudium daretur Pamphilo', ita ad bonum omnia exitum spectant.

562 ESSE AUSAM FACERE HAEC INIUSSU MEO abducere filiam, celare partum, exponere puerum.

563 1 INTERDICO NE EX. inter edico et interdico hoc interest: edicimus quod iubemus fieri, interdicimus quod vetamus fieri; 2 edicimus etiam uni generi hominum, interdicimus diversis; itaque praetoris edicta et interdicta dicuntur. 3 INTERDICO separatim dicendum legendumque, quia 'interdico ne velis' non est integrum. 4 INTERDICO NE EXTULISSE EXTRA AEDES id agitur, ne sub hoc incerto intercipiatur puer et tragoedia fiat ex comoedia.

564 1 MEIS DICTIS PARERE HANC '<hanc>' demonstrative et accusatorie dixit quasi tam contumacem.

2 HANC QUI POSTULEM quid est 'hanc'? utrum mulierem? an uxorem? an contumacem feminam?

565 1 IBO INTRO ATQUE EDICAM SERVIS sibi ipse hoc dicit τῷ ἰδιωτισμῷ. 2 EDICAM SERVIS NE QUOQUAM EFFERRI SINANT et hoc recte poeta, quia vi opus est, ne compleat Myrrina, quod promisit de exponendo puero; ait enim (400) '[de] continuo exponetur'.

567 1 NAM UT HIC LATURUS HOC SIT SI IPSAM hic ostenditur causa, cur perpetuo celandum sit senibus vitium virginis. 2 NAM UT

HIC LATURUS HOC SIT quantum iracundiae habiturus sit, quantum furoris: hoc enim significat 'ut', et simul poeta, quod alibi obscure facit, hic aperte demonstrat, quod periculum sit in fabula, nisi καταστροφή succurrat.

568 NON CLAM ME EST hoc est scio.

569 1 NEC QUA VIA SENTENTIA EIUS nescio, quomodo ex iracundo placidus fiat. 2 SENTENTIA EIUS POSSIT MUTARI SCIO de puero non exponendo.

570 1 HOC MIHI UNAM EX PLURIMIS MISERIIS hoc adhuc, inquit, malum non mihi evenerat, cum evenerint multa, 2 et vide an quasi cum gemitu et percontative pronuntiandum sit: etenim 'si' obscuram locutionem facit, nisi forte cum vel quod significat, 3 (*a*) quod si accipimus, possumus et nos interrogative pronuntiare.

3 *a* *HOC MIHI UNUM EX PLURIMIS MISERIIS R. F. MALUM ex omnibus malis 'reliquum' cum dicat, maximum malum significat; nam non mediocre est, quod omnium miseriarum est ultimum et inter multa mala reliquum.

571 SI PUERUM UT TOLLAM COGIT recte 'tollam': quaestio unde sit.

572 FORMA IN TENEBRIS NOSCI NON QUITA EST ab activo queo passivum facit queor et inde participium 'quita est'; sed antique dixit.

573 NEQUE DETRACTUM solet enim fieri.

574 1 IPSE ERIPUIT VI IN DIGITO hic ad exitum spectat παρασκευή, quia per anulum fiet cognitio. 2 IPSE ERIPUIT VI IN DIGITO e contrario, inquit, factum est, ipsa ut non eriperet, sed ipsi eriperetur.

575 SIMUL VEREOR PAMPHILUM NE ORATA NOSTRA scilicet si sustulimus cogente sene eum puerum, quem expostituiri Pamphilo paulo ante promisi.

576 CUM SCIET ALIENUM PUERUM TOLLI PRO SUO non solum, inquit, 'tolli' aegre feret 'alienum', verum etiam 'pro suo'.

2.

577 2 NON CLAM ME EST GNATA MI bono ordine a purgatione sui incipit mater abitura, ne quod discedit iracundiae videatur. 3 TIBI ME ESSE SUSPECTAM id est: in suspicione me tibi esse. 4 UXOREM TUAM blandius 'uxorem' significavit, quam si diceret 'Philumenam'.

1 NON CLAM ME EST in hac scaena velut qualitas negotialis in disputationem venit, iustumne sit repudiari coniugem causa matris, et omnino <ab eo> quod fieri deceat.

578 1 *Et* [1]) 'mores' proprie senum dicuntur, unde s e n e c t u s m o r o s a et m o r o s i h o m i n e s, qui sui cuiusdam moris sunt. 3 *Et* 'ea' pro e a m r e m, sed absolute occurrit supra latae sententiae et genere neutro; 4 et est ordo: etsi ea dissimulas sedulo, <non clam me est>.

2 ETSI EA DISSIMULAS SEDULO 'ea' id est q u a e s c i o.

579 1 VERUM ITA ME DI AMENT ITAQUE OBTINGANT coniectura, quae solvitur iureiurando.

580 1 NUMQUAM SCIENS COMMERUI bona exceptio, quia possumus inscienter aliquem laedere, quae res ad veniam pertinet.

579 2 ITAQUE OBTINGANT EX TE perseveranter ita rem probat Pamphilo, ut blanda sit. 3 ITAQUE duae partes orationis.

580 2 <UT> NUMQUAM SCIENS COMMERUI hic est ordo iuris iurandi, ut cum praeposuerit 'ita', sequatur 'ut', Cicero (div. in Caec. 41) 'ita mihi velim deos propitios, ut cum illius temporis mihi venit in mentem'. 3 MERITO UT CAPERET ODIUM bene dixit 'merito', nam i m m e r i t o ut quis nos non oderit, non est in nostra manu. 4 (*a*) Plautus in Trinummo (105) 'quin dicant, non est: merito ut ne dicant, id est'. 5 MERITO UT CAPERET ODIUM ibi est enim culpa sine merito.

4 *a* Haec exceptio est.

581 2 TEQUE ANTE QUAM ME AMARE REBAR ordo et sensus hic est: et quod ante rebar te me amare, ei <rei> firmasti fidem, neque me fefellit, quod ante rebar te me amare: nam ei rei firmasti fidem, id est probationem attulisti [2]).

1 TEQUE ANTE QUAM ME AM. deest 'tam', ut sit ordo: et quam te me amare rebar, tam firmasti fidem ei rei.

582 1 NAM MIHI INTUS TUUS PATER dixit enim supra (515) 'atque in eam hoc omne, quod mihi aegre est, evomam'; potuit enim evomendo narrasse, quod matrem filius praeposuisset uxori. 2 TUUS PATER familiarius quam si diceret 'Laches'.

583 1 PRAEPOSITAM AMORI TUO plus dixit 'amori tuo' quam si 'uxori tuae' diceret.

---

[1]) Deest lemma: PROPTER MORES EIUS.

[2]) Demptis repetitionibus Donatus sic scripsisse videtur: 'et quod ante — fidem, id est probationem attulisti.' Pro 'quam' cum codd. legit 'quod'.

584 1 UT APUD ME PRAEMIUM ESSE POSITUM laborat mulier, ne quod dictura est, odio aut dolore aut certe ira facere videatur. 2 PRAEMIUM ESSE POSITUM sic Vergilius (Aen. 1. 461) 'sunt hic sua praemia laudi'.

585 1 MI PAMPHILE HOC ET VOBIS ET MEAE COMMODUM rem duram dictura vide quantis praeblanditur verbis remque praemollit!

583 3 CONTRA nunc vicissim.

2 NUNC TIBI ME CERTUM EST CONTRA GRATIAM a iusto.

585 3 MI PAMPHILE HOC ET VOBIS ET MEAE principium hoc aliquid precantis est feminae, a blandimento ergo incipit, ut libenter audiat.

2 HOC ET VOBIS ET MEAE ab honesto.

586 1 EGO RUS ABITURAM HINC CUM TUO <ME ESSE CERTO> DECREVI PATRE 'certo' dixit, ne sit dissuadendi locus.

2 CERTO DECREVI ad hoc addit 'certo decrevi', ut non audeat dissuadere filius.

587 1 NE MEA PRAESENTIA non dixit iam 'culpa' sed 'praesentia'.

2 NE MEA PRAESENTIA ab utili.

588 QUID ISTUC CONSILI EST bene, quia illa 'decrevi dixerat.

589 4 Mire autem et 'rus' <et> 'ex urbe' et 'habitatum' dixit.

1 ILLIUS a persona; STULTITIA a causa; VICTA non enim volens; EX URBE a loco; TU a persona; HABITATUM a facto. 2 ILLIUS STULTITIA vide, quam oratorie omnia congesserit: a personis, a causis, a locis, a factis. 3 ILLIUS STULTITIA ab utili.

590 2 NON FACIES NEQUE SINAM primo 'non facies', deinde si facere perseveraveris, 'non sinam'; 3 et 'non facies' non est interdicentis sed quasi dicat: non te scio facturam rem tam pravam; sunt autem qui 'neque sinam' iungant inferioribus, sunt qui totum contexte legant 'non facies' usque 'modestia' [1].

1 UT QUI NOBIS MATER MALEDICTUM VELIT ab honesto.

591 MEA PERTINACIA ESSE DICAT FACTUM bene retinet, cum vult sua interesse, ne fiat.

592 TUM TUAS AMICAS <TE> ET COGNATAS DESERERE in dissuadendo miscuit et honestatem et utilitatem.

593 1 MEA CAUSA NOLO non est superbum 'nolo', sed consuetudine dicitur. 3 ISTAEC RES 'amicae' 'cognatae' 'dies festi'.

2 NIHIL POL ISTAEC RES MIHI contra omnia, et ab ultimis incipit.

594 1 DUM AETATIS TEMPUS TULIT 'tulit' pro passum est, per-

---

[1]) Postrema interpretatio iusta est.

misit: et in bonis enim et in malis 'tulit' dicitur. 2 DUM AETATIS TEMPUS TULIT PERFUNCTA SATIS SUM SATIAS IAM ME TENET si, inquit, meae voluptatis causa exercenda sunt, iam non delectant; si officii ac religionis, iam non possum, quae sim anus. 3 Necessaria divisio, quia ille et religionem incusserat festorum dierum. 4 DUM AETATIS non, inquit, reprehendar, quae, cum potuerim, perfuncta satis sum, sic Vergilius (Aen. 2, 291) 'sat patriae Priamoque datum'. 5 SATIAS IAM TENET nimis materne atque aniliter.

595 1 HAEC MIHI NUNC CURA EST MAXIMA hoc nimis serio pronuntiandum. 2 Et 'ne cui' maluit quam 'ne tibi' dicere [1]). 3 UT NE CUI MEAE LONGINQUITAS AETATIS OBSTET hoc ad nurum, exspectationem ad filium refert, hinc enim odio digni parentes exspectati appellantur.

596 LONGINQUITAS AETATIS OBSTET MORTEMVE EXSPECTET MEAM cum sedulo agat socrus, ne quid per iracundiam statuisse videatur, vide tamen, ut intermisceatur indignatio et multa dolore deprompta sint: quod poeta non invitus facit ad mores exprimendos personasque reddendas.

597 1 HIC VIDEO ME ESSE INVISAM quia rus decrevit pergere, non quasi nurum <vitatura> sed locum.

2 *Et mire 'invisam' et non addidit cui, sed dixit 'tempus est concedere': quia anus sum? an quia nurus in domo?

598 1 OMNES CAUSAS P. O. bene 'omnibus', ne specialiter 'nurui' dixisset.

2 Et generaliter dixit.

599 1 ET ILLIS MOREM CESSERO mire 'illis', non 'nurui'; 2 et 'morem gessero' acriter dictum, ut ostendat hoc illos olim voluisse, ut expelleretur domo. 3 Ut si dicas inimicum tibi morem gessisse, quod se suspenderit.

600 1 SINE ME OBSECRO HOC EFFUGERE VULGUS quia dixerat maritus eius (201) 'omnes socrus oderunt nurus'. 2 SINE ME OBSECRO HOC EFFUGERE potentissimum est ad extorquendum aliquod argumentum, cum his, quibus cari esse debemus, nostra potius causa quam illorum dicimus velle nos aut nolle quod facimus: nam et Pamphilus supra (590) sic dixit 'non facies neque sinam'.

3 QUOD MALE AUDIT <ut> supra (ibid.) ab honesto.

---

[1]) In commento legebatur post 3.

601 1 ABSQUE UNA HAC FORET 'absque' extra, ut sit adverbium magis quam praepositio, 2 et UNA 'res' subaudienda; 3 et totum ἐν ὑποκρίσει statimque iungendum 'hanc matrem habens talem, illam <autem> uxorem'. 4 Vel certe 'absque foret' pro 'abesset'; alii 'hac' de uxore dici putant, ut sit 'absque' praepositio.

603 NON TUTE INCOMMODAM REM UT QUAEQUE EST IN ANIMUM INDUCAS PATI Horatius (c. 1. 24. 19) 'durum, sed melius fit patientia, quicquid corrigere est nefas'.

604 1 SI CETERA ITA SUNT bene 'cetera': absque uno quodam et differenti. 2 ITAQUE UT <EGO> ESSE ILLAM EXISTIMO quia potuit dici ei 'o socrus, ergo dubitas de integritate nurus tuae?', addidit 'itaque ut ego illam esse existimo'.

605 1 DA VENIAM HANC MIHI REDUC IL. 'mihi': propter quam putas non reducendam. 2 VAE MISERO MIHI nec negat nec promittit, sed ingemescit, utpote qui penitus dolore commotus aestum animi dissimulare iam non potest.

3 VAE MISERO MIHI nihil potuit pro rerum qualitate respondere nisi ut ingemesceret Pamphilus.

606 ET MIHI QUIDEM οὐκ ὀρθῶς: quid enim 'et mihi'? an 'ei <mihi>'? multa sic in usu nostro sunt.

3.

607 1 QUEM CUM ISTOC SERMONEM HABUERIS in hoc colloquio reconciliatio senum est post iurgium mixta disputatione Pamphili de non reducenda uxore. 2 PROCUL 'procul' nunc prope. 3 PROCUL HINC STANS ACCEPI UXOR 'accepi' audivi, 4 et modo 'uxor', ante (214) 'mulier' est (*a*).

4 *a* et de uxore 'di mala prohibeant' (207).

608 1 ISTUC EST SAPERE τὸ 'istuc' exceptive dictum, quasi cetera stulte fecerit, et simul stomachum retinet, quo reprehenderat cetera. 2 QUI UBICUMQUE OPUS SIT 'qui' pro <* * * *>, interdum abundat. 3 ANIMUM POSSIT FLECTERE modo non alienum animum sed suum flectere, 4 et unde flectere? a iurgio ad modestiam et ad concessionem ex domo. 5 ANIMUM FLECTERE ad hoc 'flectere animum' dixit, ut ostenderet ne nunc quidem purgatam apud se Sostratam de praeterita culpa.

609 1 QUOD FACIUNDUM SIT POST haec etiam sententia videri potest generalis. 4 QUOD POST FACIENDUM SIT 'faciendum' id est concedendum, et vim necessitatis hoc verbum exprimit.

2 Et deest 'ad id', ut sit: flectere ad id quod faciendum. 3 Potest et absolute accipi 'quod' pro 'quae res facienda sit'.

610 1 FORS FUAT POL fortuna faveat; 2 quasi τῷ εὐφημισμῷ adversum triste dictum usa est; nam 'fors' bona fortuna est. 6 ABI RUS <ERGO> hortantis est ad celeritatem, ut Vergilius (Aen. 2. 707) 'ergo age, care pater, c. i. n.' 7 IBI EGO TE ET TU ME <F.> non dixit 'ibi nos invicem delectabimus', sed quia senex atque anus est, 'ego te et tu me feres' dixit, et simul quia nuper incusaverat mores senum, ad se vocare vult causam abscessionis suae, non ad filii culpam aut nurus. 8 IBI EGO TE TU ME FERES aut quia noti inter nos sunt mores nostri aut quia utrique una aetas est. 9 Et sic pronuntia, ut quasi hoc ipsum necessitate decernat senex, cum dicit 'abi rus ergo hinc'.

3 Et 'fuat' sit significat: dixerat enim ille 'quod faciendum sit post fortasse'. 4 FORS FUAT POL id est: bona eveniat, quasi τῷ εὐφημισμῷ dicat: bona dicito potius. 5 An: bona fortuna sit per Pollucem? 10 IBI EGO TE ET TU ME FERES ipsa pronuntiatio querelam continet de vitiis senectutis [1]).

611 1 SPERO ECASTOR mire non confirmavit mulier, sed sperare se dixit, memor iurgii pristini et senilis amaritudinis, maxime quia et ille non dixit 'ibi nobis iucunde erit', sed 'ibi ego te et tu me feres'. 2 I ERGO INTRO ET COMPONE QUAE TECUM κωμικῷ χαρακτῆρι et usu cotidiano satisque moraliter. 3 Et quia mulieres 'dum moliuntur, dum conantur, <annus est'> (Heaut. 240).

612 1 DIXI denuntiatio est confirmandae sententiae nec mutandae, et translata de foro et causidicis, Cicero (Verr. 2. 75) 'praeco dixisse pronuntiat'. 3 PATER ipsum nomen dehortationem significat adiecta pronuntiatione.

2 DIXI hoc verbum in fine additum superiora confirmat et est proprium his, qui peroraverunt causam. 4 PATER 'pater' sic pronuntia, ut hoc vultuose sit dictum.

613 1 HINC ABIRE MATREM facete πρὸς τὸ 'quid vis?' respondit; 3 et quasi dicat: esto ut nolis, quid tantopere non vis?

2 QUID ITA ISTUC rem supra audivit et personam: nunc causam quaerit.

---

[1]) Sic Wessn. pro 'filiis et senectutis'.

614 1 INCERTUS SUM ETIAM QUID SIM FACTURUS non 'quid faciam' dixit, sed 'quid sim facturus', ut incertum molimen etiam verbis potuisset ostendere. 2 QUID EST et 'quid ita istuc vis' et 'quid est' eo vultu pronuntiantur, ut consilium eius et verba videatur contemnere pater.

615 QUID VIS FACERE NISI REDUCERE sic loquitur Laches, ut Pamphilus aliud respondere non audeat, et ideo dicit 'equidem cupio et vix contineor', ut reducam scilicet: <sed> adeo magna causa est non reducendi, ut cum velim, non possim.

616 1 SED NON MINUAM MEUM CONSILIUM acute satis '*reducendi*' inquit 'cupiditas est, *non reducendi* consilium'. 2 ID PERSEQUAR non 'sequar' sed 'persequar' ait, ut instantiam demonstraret.

617 1 CREDO EA GRATIA CONCORDES MAGIS sententiose dixit tunc posse inter se congruere et concordare mulieres, cum et illa esse desierit socrus et illa nurus: haec enim inter illas est discidiosa coniunctio; 2 et satis ingeniose dictum; tolle enim inter mulieres proximitatem et nulla causa discordiae est. 3 CONCORDES MAGIS SI NON 'magis concordes' utrum pro minus discordibus dixit an ut serviret sententiae?

618 1 NESCIAS utrum concordes futurae sint an discordes. 2 NESCIAS VERUM <ID> TUA REFERT hoc verbum ex aliqua parte confirmativum est et consentientis.

3 UTRUM unum de duobus significat: utrum concordes sint anne discordes.

619 1 ODIOSA HAEC EST AETAS ADULESCENTULIS supra in personam socrus culpam iratus contulerat discordiae, nunc et uxori placatus et nurui parcens odiorum causam a personis transtulit ad aetates, sed ita tamen, ut magis iuniores accusaret et de adulescentibus questus commiseraretur senes. 2 ODIOSA HAEC EST AETAS hoc cum gemitu pronuntiandum.

620 1 E MEDIO AEQUUM EXCEDERE EST utrum *ex urbe rus* an *ex vita in mortem*? 2 Et satis moraliter, nam *in medio stare* dicitur supervacuus vel molestus. 3 Et hoc cum stomacho dixit senili.

621 1 SENEX ATQUE ANUS haec duo nomina ut posita sunt caput indicant et inceptionem huiusmodi fabularum.

620 4 NOS IAM FABULAE SUMUS ἀμαυρά.

621 2 SENEX pronuntia 'senex atque anus' quasi initium fabulae. 3 Et τῷ ἰδιωτισμῷ additum 'Pamphile'.

622 PER TEMPUS opportune.

4.

623 1 TIBI QUOQUE EDEPOL SUM IRATUS PHILUMENA in hac scaena ultimus error est, vicinus καταστροφῇ. 2 TIBI QUOQUE EDEPOL SUM IRATUS PHILUMENA quasi dicat: non solum matri tuae, aut: non solum socrui tuae. 3 TIBI QUOQUE EDEPOL recte, nam sic et amicos incusamus leniter incipientes et graviora inferentes, hanc ergo partus causa leniter incusat, deinde confirmat inferendo 'graviter quidem' et statim causam subiungit, cur quidem ei irascatur.

624 FACTUM TURPITER quod abcesserit domo mariti.

625 1 ET SI TIBI CAUSA EST DE HAC RE causam more suo pro defensione posuit, sic in Phormione (234) 'quid mihi dicent aut quam causam reperient? demiror'; 2 et quae causa fuerit, ipse determinat: 'mater te impulit'.

3 MATER TE IMPULIT absolute. deest enim 'nam', ut sit: nam mater te impulit. 4 MATER TE IMPULIT qualitas remotiva.

626 1 HUIC VERO ipsi matri scilicet. 2 OPPORTUNE TE MIHI PHIDIPPE utrum ταυτολογία est an: 'opportune' quia volebam et 'in ipso tempore' quando volebam? 4 Et ἀπὸ τοῦ portus dictum 'opportune'.

3 An 'opportune' mihi, 'in ipso tempore' tibi, id est: et mihi et tibi commode venisti?

627 1 IN IPSO TEMPORE OSTENDIS ostenditur nobis id, quod quaerebamus.

2 *Opportune' et 'in ipso tempore' non est idem: est enim 'opportune', cum verbi gratia invitati ad ipsum tempus incipientis prandii venimus, 'in ipso tempore' est, cum iam prandio apposito.

628 AUT QUO PACTO HOC APERIAM hoc modo ostendit senex nec esse quod simulet nec id quod verum est dicendum sibi.

629 1 DIC FILIAE RUS CONCESSURAM blande non addidit 'tuae', quasi dicat 'communi filiae', 2 et bene non 'socrum' sed 'Sostratam'.

630 1 NE REVEREATUR MINUS bene 'revereatur', ne odisse socrum sed metuere videatur, et quasi ipsa socrus non odium meruerit sed reverentiam. 2 MINUS IAM QUO REDEAT τμῆσις cum ἀναστροφῇ, ut sit ordo: quo minus redeat.

631 2 TUA deest 'uxor', quod nomen inferius posuit.

1 NULLAM DE HIS REBUS CULPAM relatio criminis potest videri. 3 TUA cum percussione animi dicendum est, ut subaudiatur 'uxor' ab eo quod dicturus est 'uxore'.

633 1 MUTATIO FIT mutationem suspicionum errorumque iurgantium dicit. 3 MUTATIO FIT EA <NOS> PERTURBAT LACHES 'ea' non e a m u t a t i o sed u x o r, hoc est Myrrina.

2 Ergo 'mutatio' criminum atque culparum. 4 MUTATIO FIT criminis scilicet et peccati, id est: vel mea crimen tuae sustinet vel tuae ad meam translata est culpa.

634 1 TURBENT PORRO QUAM VELINT 'quam velint' in quantum velint. 3 DUM NE REDUCAM TURBENT PORRO quomodo est pius erga matrem Pamphilus, si parvi facit, utrum socrus sua perturbetur an mater a senibus? solvitur sic: quia 'quam' non est generis feminini, sed est q u a n t u m. 4 TURBENT e r r e n t et t u m u l t u e n t u r significat.

2 <Aut:> eam quam velint mulierem, sed melius est, quod supra diximus. 5 V e l t u r b e n t u r.

635 1 EGO PAMPHILE hoc pronomen initium continet orationis graviter inceptae, ut (Andr. 35) 'ego postquam te emi'. 2 SI FIERI POTEST interposuit, ut supercilium soceri demonstraret. 3 SI FIERI POTEST recte additum 'si fieri potest', quia non convenit rogari a socero generum, ut supra dixit (500).

636 HANC SANE PERPETUAM VOLO iam enim est affirmata, sed perpetuam cupit.

637 SIN EST UT ALITER TUA SIT τῷ εὐφημισμῷ vitavit illud, quod est ominosum, ne diceret 'discidium', Vergilius (Aen. 8. 582) 'gravior ne nuntius aures vulneret'.

638 1 ACCIPIAS PUERUM iure, quia liberi patrem sequuntur. 2 Et mire hoc maxime obicit, quod maxime recusat Pamphilus et propter quod uxor quoque non reducitur; 3 et 'accipias' pro 'accipe', ut 'quiescas' pro 'quiesce' (Andr. 598). 4 SENSIT PEPERISSE OCCIDI hoc inopinatum est Pamphilo, quia socrus promiserat omnes ignoraturos. 5 SENSIT PE. pro 'pe. scit'.

639 1 PUERUM <QUEM PUERUM> moraliter: primo dubitat quid

audiverit, deinde quaerit certius quod audivit dicendo <'quem> puerum?' 2 PUERUM QUEM PUERUM bene cum consternatione animi, quod numquam fando acceperat. 3 NATUS EST NOBIS bene, quia ambo avi.

640 1 NAM ABDUCTA A VOBIS bene non 'abierat' sed 'abducta erat', ut magis culpa sit matris. 2 A VOBIS pro 'a Pamphilo'. 3 NAM ABDUCTA A VOBIS PRAEGNANS FUERAT FILIA hoc totum cum indignatione in uxorem pronuntiandum est.

641 NEQUE FUISSE PRAEGNANTEM praegnans est ante gnatum: (*a*) est enim 'prae' ante.

a vel ante genitricem.

642 BENE ITA ME DI AMENT agit gratias nuntianti, gratulatur ob suspectum nepotem, gaudet liberatam nurum.

643 1 NATUM ILLUM ET TIBI ILLAM SALVAM proprium affectum refert: sibi nepotem, illi filiam esse servatam. 2 ET TIBI ILLAM SALVAM recte 'tibi', quia pater puerperae est, cui dicit. 3 SED QUID MULIERIS UXOREM HABES 'quid mulieris' dixit ne diceret 'qualem mulierem' aut aliquid gravius; 4 et totum percontative potius, quam pronuntiaret et diceret 'pessimam mulierem et male moratam uxorem habes'. 5 Et reprehensio est cum contemptu, sic et (Eun. 546. 833) 'quid hominis?' et Vergilius (Aen. 1. 78) 'tu mihi quodcunque hoc regni', at contra cum honore sic dicimus 'quem hominem habes?'

644 MORATAM id est institutam, et est participium sine verbo.

645 1 NOSNE HOC CELATOS TAM DIU non partum celatos dicit, sed praegnantem filiam fuisse. 2 NEQUEO SATIS [MIRARI] magna exaggeratio.

646 1 QUAM HOC MIHI VIDETUR FACTUM totum modeste, quamvis indignetur, quia apud maritum uxor non est vehementius accusanda. 2 QUAM HOC MIHI id <est>: quod praegnans fuerat filia, non: quod natus est puer.

647 1 NON TIBI ILLUD FACTUM MINUS PLACET QUAM MIHI LACHES utrum, quia '<non> minus' est magis, 'quam' sequitur? an εἰρωνεία est, ut sit ordo: non minus mihi placet quam tibi, et 'placet pro displicet intellegamus? ut alibi (Andr. 810) 'tum me hospitem lites sequi, quam id mihi sit facile atque utile, aliorum exempla commonent'.

2 NON TIBI ILLUD FACTUM MINUS PLACET QUAM MIHI LACHES sub εἰρωνείᾳ est dictum; hoc enim ait: tantundem tibi placet hoc factum quam mihi, alibi (ibid.) 'nunc me hospitem lites sequi, quam id mihi sit facile atque utile'.

649 1 CUM EAM CONSEQUITUR ALIENUS PUER 'alienus'; quod senes gratulantur, id maxime laedit Pamphilum. 2 <CUM EAM CONSEQUITUR> ALIENUS PUER *μεταφορά* a pecoribus, quae mox ut nata fuerint matres sequuntur, ut Vergilius (Ge. 3. 316) 'atque ipsae memores redeunt in tecta suosque ducunt'.

650 NULLA TIBI PAMPHILE CONSULTATIO de reducenda scilicet uxore.

651 PERII hoc sibi ipse Pamphilus dicit.

652 CUM EX TE ESSET ALIQUIS QUI TE APPELLARET PATREM bene hoc putant, quod Pamphilo non videtur, hoc est ex illo esse quod natum est.

653 1 EVENIT HABEO GRATIAM DIS proprie 'evenit', ideo et bonorum eventus dicitur. 2. NULLUS SUM ipse sibi iterum. 3 Hoc ulterius est quam 'perii', quia, cum aliquis periit, reliquum vel cadaver est.

654 AC NOLI ADVERSARI MIHI causam interposuit senex, quo magis faceret, ut filius non recusaret.

655 1 SI ILLA EX ME LIBEROS VELLET SIBI ut apparet, tantum commentus est causam. 2 SI ILLA EX ME LIBEROS nactus est Pamphilus ex verbis senum causam aliam discidii.

656 1 AUT ESSE MECUM NUPTAM vetuste 'mecum nuptam' dixit. 2 *Et* recte, quia partus confirmat nuptias [1]). 3 Et melius 'nuptam' mecum' quasi tectam et opertam uno cubiculo mecum: nubere enim est operiri tegique, unde et nubes, quod tegere solent caelum, dicuntur. Vergilius (Aen. 11. 77) 'arsurasque comas o. a.'

657 1 NON CLAM ME HABERET id est: non tacuisset partum. 2 QUOD CELASSE INTELLEGO non dixit natum filium, ne interposito affectu molliretur iratus.

658 NUNC CUM EIUS ALIENUM ERGA ME ESSE [2]) SENTIAM a praesenti tempore.

659 NEC CONVENTURUM INTER NOS a futuro.

660 1 QUAMOBREM REDUCAM firmior conclusio facta est per interrogationem, quam si esset pronuntiativa. 3 SUA pro 'eius', ut

[1]) Vide adn. ad h. l. [2]) Codd. Terentiani: 'a me esse animum'.

(Verg. Aen. 4. 633) 'namque suam patria antiqua cinis ater habebat'.

2 MATER QUOD SUASIT SUA a derivatione causae defensio, et praeterea status est venialis ab imprudentia descendens.

661 1 ADULESCENS MULIER FECIT multa dixit: et 'mater sua' et 'adulescens mulier'. et quasi docet hoc exemplo parendum patri esse. 2 ADULESCENS MULIER FECIT MIRANDUMNE ID EST bene 'mirandum', non 'irascendum' dixit: miramur enim magis, si amici peccaverint, quam irascimur.

662 REPERIRE ULLAM MULIEREM quasi dicat: si hanc repudiaveris.

663 AN QUIA NON DELINQUUNT VIRI εἰρωνείᾳ dictum: non enim 'non delinquunt'.

664 1 VOSMET VIDETE IAM LACHES ET TU PAMPHILE nec rogare socerum nec interesse convenit, ubi certior sit ad repudiandum gener. 2 VOSMET VIDETE IAM LACHES Vergilius (Aen. 9. 525) 'vos, o Calliope, precor, a. c.'

665 REMISSAM OPUS SIT VOBIS in veteribus codicibus sic est 'remissan . . . reductan domum', ut sit: remissane . . . reductane.

666 1 UXOR QUID FACIAT ordo: uxor mea quid faciat, in manu non est; 2 deest 'eius', ut sit: in manu eius non est, sed in mea potestate est positum.

3 IN MANU NON EST uxoris scilicet, et est ordo: uxor mea quid faciat, in manu eius non est.

667 1 NEUTRA IN RE VOBIS DIFFICULTAS promittit facilitatem suam ut tamen uxor roganda sit.

2 Et an aliter [1]) ut supra annotavimus.

668 1 SED QUID FACIEMUS PUERO et 'quid me fiet' et 'quid mihi fiet' dicitur. 2 SED QUID FACIEMUS <P. R. R.> quia utique quicquid erit patri reddendus est puer.

669 1 HUIC REDDAS Pamphilo scilicet.

668 3 RIDICULE ROGAS 'ridicule' vel adverbium vel nomen potest esse, et si nomen est, subdistingue 'ridicule' et sic infer 'rogas' cum vi pronuntiationis.

669 2 HUIC SUUM REDDAS SCILICET sic dicit 'huic suum' et 'reddas', quasi reposcat et Pamphilus, <et> non subiunxit 'ut alat' sed 'ut alamus', ut sua quoque interesse monstraret.

670 1 UT ALAMUS NOSTRUM scilicet Pamphili filium, nepotem meum,

---

[1]) Videtur esse schol. rhet. Schoell correxit 'venialiter ut et s. a.', cf. 660. 2.

utrumque 'nostrum'. 2 QUEM IPSE NEGLEXIT si 'ipsa' legeris, clare dictum est, si 'ipse' pater, lentius dictum est, et videbitur senex ob murmurationem eius intellexisse [non] quod nolit puerum tolli, et ideo appositum 'quid dixit?' 4 QUEM IPSE NEGLEXIT PATER EGO ALAM hic sibi obmurmurans vultu et verbis ostendit nolle suscipere filium [1]).

3 QUEM IPSE NEGLEXIT legitur et 'ipsa', et hoc est melius, ut sit 'pater' vocativus casus.

671 AN NON ALEMUS PAMPHILE quam faciendum sit, <e> contrario vult senex pronuntiatione demonstrare, quod scelus sit non fecisse.

672 1 PRODEMUS QUAESO POTIUS deseremus, proiciemus, porro dabimus, Vergilius (Aen. 1. 251) 'unius ob iram prodimur'. 2 <Et bene 'prodemus':> nam a quo defendendi sumus, si nos deserit pater?

673 1 ENIMVERO PRORSUS IAM TACERE NON QUEO multa reticentia de filiorum vitiis et iam defensione quoque apud soceros uti parentes saepe Terentius demonstravit et praecipue in Andria (146), cum dicit 'ego illud sedulo negare factum, ille instat factum'. 2 IAM TACERE NON QUEO quamvis tacendum sit.

675 2 TUARUM LACRIMARUM ESSE ME apparet illum a Sostrata hoc audivisse, nam <non> ipse filium deprehenderat flentem.

1 IGNARUM CENSES TUARUM LACRIMARUM ESSE ME coniectur<a, an> amet meretricem Pamphilus.

676 1 SOLLICITERE perturberis, commoveare. 2 AD HUNC MODUM id est immoderate.

677 PRIMUM HANC UBI DIXTI CAUSAM a summo ad imum.

681 NACTUS ALTERAM ES nancisci proprie dicitur, qui paratus ad tenendum, antequam possit reperire quod teneat, statim quod occurrerit prehendit.

683 1 ALIQUANDO TANDEM HUC ANIMUM UT ADIUNGAS TUUM mira instantis temporis invectio. 2 Et ALIQUANDO TANDEM UT <ANIMUM> ADDUCAS TUUM deest 'fac', sed planum pronuntiatione est.

684 QUAM LONGUM SPATIUM ab ante actis.

685 SUMPTUS QUOS FECISTI IN EAM QUAM AEQUO ANIMO TULI recte hoc dicit, quia impetrabilior esse debet indulgentissimus pater, ut

---

[1]) Vide adnot. ad hoc scholium.

alibi (Andr. 262) 'tum patris pudor, qui me tam leni passus est animo'.

686 EGI ATQUE ORAVI TECUM agit, qui iustam rem dicit, orat qui iure dimisso precatur, ut quasi beneficium praestetur sibi.

687 1 TEMPUS DIXI ESSE 'tempus', quia diu multumque sustinuit. 2 TEMPUS DIXI ESSE IMPULSU DUXISTI MEO multum valet ad suadendum laudatio eius, apud quem agimus, et ex ea parte laudatio, qua illum volumus inflecti.

688 QUAE TUM OBSECUTUS MIHI FECISTI UT DECUERAT ordo: quae fecisti tum obsecutus mihi ut decuerat.

689 NUNC ANIMUM AD MERETRICEM hoc vultuose et demisso labro, ut appareat invitum duci ad reprehendendum, qui laudaverit modo 'quae tum fecisti ut decuerat'.

690 Et coniventer satis, quia non dixit 'multum amans facis huic iniuriam', sed 'cui obsecutus': o meretricis superbiam non ferendam!

691 1 NAM IN EANDEM VITAM parcius 'vitam' dixit quam 'flagitium atque libidinem'. 2 TE REVOLUTUM non 'redisse' sed 'revolutum esse' tamquam invitum aut nescium: reliquit enim quandam veniam, ut velit esse correctior.

692 1 MENE hoc genus interrogationis negativam habet significationem. 2 ET FACIS INIURIAM pro 'facis iniuste'.

694 1 UT CUM ILLA VIVAS gravius est cum meretrice vivere quam meretricem amare. 2 TESTEM HANC CUM ABS TE AMOVERIS laudata est hic uxor modesta, cum illam 'testem', non 'impeditricem' appellat socer.

695 SENSITQUE ADEO UXOR NAM EI CAUSA argumentum aliud, quo vult in Pamphilum referri non solum illius sed etiam uxoris culpam, etiam hic vide non accusari socrum.

696 1 PLANE HIC DIVINAT NAM ID EST 'divinat' dixit pro 'verum dicit; — 2 (*a*) — inde proverbium 'aiunt divinare sapientem', quia qui dicit verum divinus est.

2 *a* Et nota 'divinat' de praeterito dictum.

697 2 NIHIL ESSE ISTORUM T. satis concinne dixit 'istorum', ne in singulis commoraretur.

1 DABO IUSIURANDUM ubi argumenta et testimonia deficiunt, ibi iureiurando opus est: ἄτεχνος πίστις.

698 1 REDUC UXOREM AUT QUAMOBREM quia Pamphilus hoc solum defendit non id esse, quod pater putat, nec causam quae vera sit protulit, ideo senex relicta tota quaestione rediit ad id, quod agitur, et ait: reduc uxorem aut dic quae causa vetat. 2 NON OPUS SIT reducta scilicet.

699 1 NON EST NUNC TEMPUS quia socer adest; 2 et oratorie confugit ad declinationem defensione titubante. 3 ACCIPIAS pro 'accipe'. 4 NAM causa, cur accipiat. 5 NAM IS QUIDEM IN CULPA NON EST in hoc dicto quaedam faceta irrisio <est> eius, qui nimis iracundus sit.

700 POST DE MATRE VIDERO bene de matre concedit, ut de puero extorqueat, quia scit parentum concordiam firmam esse per filios.

701 OMNIBUS MODIS MISER SUM quid est 'omnibus modis'? utrum: et circa parentem et circa uxorem? an: et in reducenda et in non reducenda miser sum? an: miser sum, cui id maxime obtruditur, quod maxime fugio, id est puerum?

702 CONCLUDIT PATER translatio de fera indagata, sic Cicero (Verr. 3. 135) circumdatos Verri cancellos ait.

704 NAM PUERUM INIUSSU CREDO NON TOLLI MEO omnia enim facit poeta, ne aut rem palam faciat aut intercedat divortium.

705 PRAESERTIM IN EA RE CUM SIT <MIHI ADIUTRIX> SOCRUS quae dixit (444) 'continuo exponetur'.

706 1 FUGIS HEM ex verbis patris ostendere voluit, quid agat Pamphilus. 2 Et ille 'abibo' dixit, hic 'fugis'.

707 1 NUM TIBI VIDETUR ESSE APUD SESE quasi ob amorem meretricis insanus. 2 SINE 'sine' separatim accipe, quia vim habet comminantis.

710 1 AMARAE MULIERES quasi vir dixit amaras mulieres: non enim laudat, sed causam dicit, unde uxor offenderit Pamphilum. 2 NON FACILE HAEC FERUNT non facile ferunt pellicatum neque amorem aliarum in viris.

711 1 NAM IPSA NARRAVIT MIHI utrum fingit haec dixisse filiam sibi an vere κατὰ τὸ σιωπώμενον factum est? 2 Ego neutrum puto et sic intellego, quod de uxore sua dicat 'ipsa narravit mihi' secundum illud, quod supra (536) dixit 'sed nunc mihi in mentem venit de hac re quod locuta es olim, cum illum

generum cepimus, nam negabas nuptam <posse> filiam tuam te pati cum eo, qui meretricem amaret, qui pernoctaret foris'.

713 1 NEQUE ILLI CREDEBAM PRIMO quare non credebas? namque amarae ad hanc rem mulieres sunt et saepe de nihilo suspiciosae. 2 Et bene hoc addidit, ne timuisse generum videretur.

714 A NUPTIIS non dixit 'a filia mea', sed, quod pater Pamphili magis doleat, 'a nuptiis' inquit; nam Philumenam nolle irati est, odisse nuptias amatoris.

715 1 QUID EGO AGAM PHIDIPPE mire conturbatur pater, quasi res sua tantum agatur; 2 et vide, quemadmodum latenter poeta festinet ad rerum cognitionem.

716 1 MERETRICEM HANC PRIMUM bene 'hanc' quasi eam, quae interturbat; sic enim sumitur hoc pronomen, ut (275) 'hancine ego vitam parsi perdere!' et (Verg. Aen. 1. 98) 'tuaque animam h. e. d.' (*a*) 3 HANC PRIMUM bene 'primum', ut intellegamus 'deinde Pamphilum'.

1 *a* id est malam. 2 HANC quasi dicat: hanc quae nos perturbet.

717 1 OREMUS ACCUSEMUS utrum rogemus an, quod verius est, omni genere eloquii commoneamus? (*a*) ut Vergilius (Aen. 10. 26) 'talibus orabat Iuno'. (*b*)

1 *a* Unde et oratores orare et perorare dicimus et orator nomen accepit. 1 *b* namque orat <aut> accusaturus aut commoniturus. 2 OREMUS ACCUSEMUS id est alloquamur, ut Vergilius 'talibus orabat Iuno'; potest intellegi et rogemus, sed non convenit personae potiori et causae et ipsi verborum ordini.

718 SI CUM ILLA HABUERIT REM POSTEA ut in Eunucho (119) 'quocum uno tum rem habebam hospite'.

719 BACCHIDEM HANC VICINAM NOSTRAM sic maluit quam 'meretricem' dicere, ne grave sit cum ea seni loqui, nisi quia vicina est.

720 1 HUC EVOCA VERBIS MEIS bene servata sunt personis congruentia, nam socerum monere hanc rem tantum decuit, non et facere, ut cum pellice suae filiae mitius sermocinaretur. 2 *Et* HUC EVOCA VERBIS MEIS deest 'eam'.

724 SI ULLO MODO EST UT POSSIT 'possit' scilicet manere. (*a*)

a vel ut maneat.

725 SED VIN ADESSE ME UNA DUM ISTAM CONVENIS melius pronuntiaveris, si renitente et improbante hoc vultu dicere acce-

peris Phidippum, quasi non oporteat interesse socerum, adeo mutat sententiam Laches et relegat eum in procurationem alterius rei.

726 nutricem para 'para' pro 'quaere'.

V

1.

727 1 non hoc de nihilo est quod laches nunc rarus hic vitae color in hac allocutione miscetur a poeta, nam meretrix loquitur et senex et, quod est admirabilius, bona meretrix, mitis senex, ut intellegas laborasse Terentium [1], ut et a lege comicorum recederet et in actu tamen consuetudinem retineret. 2 non hoc de nihilo est debet mirari meretrix, cum ad senem ducitur, debet timere, cum ad patrem, debet suspicari aliquid, cuius amator iam maritus est.

3 non hoc de nihilo est coniecturalis causa est: recipis Pamphilum? non recipio.

728 1 nec pol me <multum> fallit quin quod suspicor ordo et sensus hic est: nec pol me multum fallit, quin, quod velit, hoc sit quod suspicor.

2 Vel: non me multum fallit, quod velit, quin hoc sit quod suspicor. 3 quin quod suspicor ordo: quin, quod velit, sit quod suspicor.

729 1 ne minus propter iram hanc impetrem quam possim quia non erat verisimile benivolum esse patrem meretrici interturbanti, reddit rationem senex, cur agat mitius, ne videatur personae modus non esse servatus.

728 4 nec pol me multum fallit sensus hic est: quo minus, id sit quod me vocat, quod suspicor.

729 2 videndum est providendum, cavendum. 3 impetrem perficiam, dictum a patrando: cuius rei difficultas ob tarditatem complendarum nuptiarum etiam ad alia negotia, quae sunt ardua, verbum hoc commodavit ac dedit.

---

[1]) Terentium i. e. Apollodorum; vide quae de hoc similibusque locis scripsi in libro in Bootii honorem edito ('Feestbundel') a. 1901 p. 205 sqq.

730 1 QUOD POST ME MINUS FECISSE SATIUS SIT satis faciendo minuisse. 2 SATIUS SIT si 'sit' pro v i d e a t u r[1]) acceperis, erit sensus: ne quid faciam plus, quod post, dum paeniteat me videatur satius minus fecisse; si 'sit' ita ut e r i t acceperis, erit sensus: videndum est, ne quid plus faciam, quod cum fecero, postea satius erit minorem esse[2]) et satis facere. 3 Aut certe duas res significat, quibus inter utrumque temperandum esse demonstrat, ut illud supra dictum <ad> lenitatem tenendam pertineat, hoc infra auctoritatem defendendam esse commoneat. 5 SIT modo 'sit' pro v i d e a t u r posuit.

4 *An 'minus fecisse' pro p a e n i t e r e? sic enim veteres dicebant (Andr. 40) 'muto factum' et (Ad. 165) 'nollem factum', cum alicuius rei eos paenitebat.

731 1 AGGREDIAR BACCHIS SALVE bene 'aggrediar' quasi rem arduam et incongruam seni, (*a*) Vergilius (Aen. 4. 92) 'talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis'. 3 BACCHIS SALVE non ita meretrici obsequitur senex, quamquam vult illi adimere timorem personae suae.

2 *a* Vel 'aggrediar' ut meretricem circumveniam.

732 CREDO EDEPOL TE NON NIHIL MIRARI ipsum prooemium mollius et lenius est, ut ostendat se non iurgaturum senex.

733 QUID SIT deest 'rei', ut sit: quid sit rei.

734 1 EGO POL QUOQUE <ETIAM> TIMIDA SUM παρέλκον tertium, ut (Verg. Aen. 1. 5) 'multa quoque et bello passus'; 2 et obsequenter posuit non solum se mirari, sed et pavere. 3 EGO POL QUOQUE ETIAM bene 'etiam', ut hoc dicat: non solum miror, sed etiam timeo; 4 et nove 'timida sum' pro 'timeo'.

735 1 NE NOMEN MIHI id est nomen, quod inest meo quaestui. 5 Legitur et 'nomen meum quaestui obstet'.

2 NE NOMEN QUAESTUI OBSTET 'quaestui' quem exerceo scilicet. 3 Id est: quod est quaestui mihi. 4 QUAESTUI id est: quod meretrix sum.

736 SI VERA DICES interrogabo scilicet.

737 1 NON SIT non videatur. 2 NAM EA AETATE IAM SUM UT NON SIET quia ipse non veniam do an quia iam mihi peccanti non

---

[1]) Cf. 737. 1.

[2]) 'Minorem esse' ut nos d e m i n d e r e z i j n.

danda est? 3 Et est ordo: ut non sit mihi aequum peccato ignosci.

4 Necessaria igitur ambiguitas: aut — 5 Utrum 'sit' pro videatur an <***?> pro peccaturo mihi[1]) — aut 'peccato mihi' pro peccanti mihi aut peccato meo, aut deest 'in', ut sit: in peccato.

738 CAUTIUS NE TEMERE FACIAM seniliter additum post 'cautius' 'ne temere faciam'.

739 FACTURAVE ES etsi non facies.

740 1 INSCITUM 'inscitum' me scilicet, si iniuriam faciam. 2 OFFERRE offerimus iniuriam immerenti reddimus ei qui meretur. 3 INSCITUM OFFERRE 'inscitum' inelegans, non bonum, 4 et bene non dixit 'durum' aut aliquid tale sed 'inscitum', quo maxime verbo mulieres et meretrices utuntur: scitum enim dicunt quod placet, inscitum quod displicet, ut (Andr. 486) 'perecastor scitus puer natus est Pamphilo'. 5 Hoc tale est, quod dixit 'inscitum' ex abundanti, quale est apud Vergilium (Aen. 12. 185) 'nec post a. u. r. A.' etc.

741 EST MAGNA ECASTOR GRATIA imitatur hic et senile et femineum tardiloquium: suffecerat 'ago gratias'.

742 1 NAM QUI idem, quod ait in Adelphis (165) 'indignum te esse iniuria hac, indignis cum egomet acceptus sim modis'. 2 PARUM MIHI PROSIT si sic accipiatur ut scriptum est, λιτότης est et ita intellegendum, quasi dixerit: multum mihi nocuerit, immo me laeserit, immo me everterit.

743 1 SED QUID ISTUC EST nunc demum ad rem redit. 7 *Et* frequentativo usus est, quod non raro sed frequenter receptet.

2 MEUM RECEPTAS FILIUM intentio criminis. 3 Et non 'recipis' sed 'receptas'. 4 Et ne diceret 'quid tua?', 'meum filium'. 5 MEUM RECEPTAS FILIUM propositio accusatoria est. 6 Et breviter proposuit crimen, quod postea dilatatur. 8 MEUM RECEPTAS FILIUM AD TE status coniectura, quae coniectura diluitur per ἄτεχνον πίστιν, id est iusiurandum et tormenta servorum.

744 1 AH quod falsum est, reclamavit meretrix et voluit contradicere, si permitteret senex. 2 SINE DICAM Vergilius (Aen. 12. 25) 'sine me haec h. m. f'. 4 QUAM HANC DUXIT 'hanc' quasi molestam et quae hoc nolit pati. 5 VESTRUM AMOREM PERTULI [2])

---

[1]) Aliter locum constituit Wessn.

[2]) Scholium pertinet ad praecedens: 'Ah. Sine dicam'.

ἀποσιώπησις, ut in Heautontimorumeno (915) 'at ne illud haud inultum, si vivo, ferent! nam iam ...' — '<non> tu te cohibes?' 6 VESTRUM non ipsius Pamphili: 7 (*a*) nihil potuit dici familiarius, 'pertuli' autem quantam vim habet patientiae quantumque ponderis, ne laedi mereatur ulterius!

3 UXOREM PRIUS HANC ante rem, a praeteritis et ante actis. 7 *a* Ergo blande et honorifice; non enim 'illius amorem et tuum quaestum', sed 'amorem vestrum'. 8 UXOREM PRIUS QUAM HANC a persona sua 'prius quam hanc duxit, pertuli'. 9 *Et quia multum diuque amaverit, 'pertuli' dixit, quae est longi temporis significatio.

745 1 NONDUM ETIAM DIXI ID QUOD VOLUI apparet senem tarde et longe loquentem interpellari vultu responsurae meretricis, cum ille sibi silentium praeberi velit, sic Vergilius Latinum inducit dicentem (Aen. 12. 25) 'sine me haec haud mollia fatu s. a. d., s. h. a. h.', sed ad postremum de Turno (v. 47) 'ut primum fari potuit, sic incipit ore'. 2 MANE NONDUM ETIAM *ἀποσιώπησις* tertia. 3 HIC NUNC UXOREM HABET cum denuntiatione pronuntiandum est, quasi dicat: alia res est.

746 1 QUAERE ALIUM FIRMIOREM magna moralitas in renuntiatione, magna proprietas; sic enim dicimus 'quaere tibi': Vergilius (Aen. 11. 129) 'quaerat sibi foedera Turnus'. 2 QUAERE ALIUM FIRMIOREM 'firmiorem' pro f i r m o: non enim f i r m u m esse concedit Pamphilum, quem vult intellegi deceptorem esse Bacchidis, non iam amatorem stabilem. 3 QUAERE ALIUM TIBI FIRMIOREM oratorie senex quasi consulit meretrici, quam vocaverat incusandam. 6 DUM TEMPUS CONSULENDI EST sensus: dum aetas in flore posita est <et> facies vendibilis etiam nunc; et est ordo: dum tempus est tibi consulendi. 7 Et bis subaudiendum est 'tibi'.

4 QUAERE ALIUM FIRMIOREM AMICUM a praesentibus et a futuris. 5 Callide senex, quasi iam non Pamphilo consulat sed Bacchidi, 'quaere alium' dixit.

747 1 NAM NEQUE ILLE HOC ANIMO ERIT AETATEM pro 'vide quam longa est aetas'. 2 NEQUE POL TU EADEM ISTAC *σχῆμα λόγου· πλοκή*: prius 'aetatem' adverbium et posterius nomen.

748 1 QUIS <ID AIT> non interrogatio, sed firma negatio est; 3 et bene 'ait' quasi vanum: sic enim dicimus 'ait' 'aio' de rebus nugatoriis. 4 SOCRUS terribiliter quasi quae maxime sciat,

quae maxime doleat: ergo et oculis et labris pronuntiandum. 5 QUIS ID AIT moraliter meretrix missa fecit omnia, quae senex in medium contulit, et soli intentioni 'meum receptas filium ad te Pamphilum' 'quis id ait?' <respondit> [1]. 6 ET FILIAM ABDUXIT SUAM addidit ad personam testis et facta, quia minus idoneum videbatur socrum dixisse de pellice; 7 et simul ostendit, quantopere hoc animadvertendum sit, ex quo tantae turbae sint concitatae. 8 ABDUXIT SUAM 'abduxit' proprie dixit: accersi enim dicitur ad maritum, abduci a marito ad divortium, sic Vergilius (Aen. 10. 79) 'et gremiis abducere pactas'.

2 QUIS ID AIT cum dicat senex 'meum receptas filium', mirum est illam dicere 'quis id ait?'; sed ab accusatore testimonium quaerit.

749 PUERUMQUE OB EAM REM hoc sic pronuntiat senex, quasi qui dicat 'ecce quarum rerum tu causa!' et haec oratio de his est, quibus ostendimus nos posse graviter accusare sed nolle.

750 1 APUD VOS POSSEM FIDEM bene 'vos', quia <ille> et 'hic' dixit et 'socrus' (v. 755 et 748). 2 ALIUD SI SCIREM QUI FIRMARE mire, dum quaerit quod iuret, fidem sibi acquisivit atque ascripsit.

751 1 SANCTIUS QUAM IUSIURANDUM bene, dum aliud agit, etiam personam <suam> commendat; nam non est levis, quae iureiurando nihil sanctius sciat. 2 SANCTIUS firmius.

752 1 ME SECREGATUM HABUISSE UXOREM bono significatu usa est, quasi ipsa hoc fecerit. 3 UT DUXIT A ME PAMPHILUM 'ut' adverbium temporis est pro ex quo.

2 Et bene 'segregatum': non enim 'disiunctum' aut 'repudiatum' proprie diceret.

753 1 LEPIDA ut si<gnifice>t senex cum meretrice s<e> loqui, eo nomine eam laudavit, quo meretrices solent laudari quam quo mater familias, sic et supra (740), cum 'inscitum' se diceret, rationem habuit, quae esset cum qua loqueretur. 3 SODES si audes <ut 'sis'> si vis.

2 SED SCIN QUID VOLO POTIUS hinc deliberativa incipit.

754 1 EAS AD MULIERES HUC INTRO non dixit 'ad socrum et uxorem', terribilia nomina et inimica meretrici, sed quod facile est

[1]) Schol. 5 in commento Donati primum locum occupasse credo.

'ad mulieres'; sic alibi (Phorm. 726) 'mulier mulieri magis congruit', et ne longe videretur, addidit 'huc intro'. 2 ATQUE UT ISTUC IUSIURANDUM id est: quod tu mihi pollicebaris.

755 1 EXPLE ANIMUM HIS TEQUE HOC CRIMINE EXPEDI 'explere' emunire: Terentianum est. 2 Expedire se dicitur, qui pedem retentum liberat. 3 EXPLE ANIMUM quo illis prosis.

756 QUOD POL SI ESSET ALIA EX HOC QUAESTU vigilanter poeta, ne non verisimile videretur id ullam fecisse meretricem, ipse lectorem praevenit, et sic fere in omnibus Terentius [1]), quae minus pervulgata sunt quaeque abhorrent a consuetudine, agit.

757 1 UT DE TALI CAUSA id est amore mariti eius et pellicatu. 2 NUPTAE MULIERI SE OSTENDERET plus dixit quam 'nuptam alloqueretur'!

758 SED NOLO FALSA FAMA ESSE bene, quo sit gratiosior, non propter se dixit quod facit facere.

759 1 NEC LEVIOREM VOBIS quid 'leviorem'? an minus carum, ut contra 'gravis' intellegitur (*a*) 4 honore dignus et carus. 5 QUIBUS EST <MINIME> AEQUUM parentibus scilicet.

1 *a* Vergilius (Aen. 12. 458) 'ferit ense gravem Tymbreus Osirim'. 2 Gravis etiam molestus intellegitur, ut Sallustius (Hist. 3 fr. 7 M.) 'graviores bello qui prohibitum venerant socii se gere<re>. 3 Gravis etiam languidus, Vergilius (Ge. 3. 95) 'ubi aut morbo gravis a. i. s. a. d., a. d.' 4 NEC LEVIOREM ut contra 'gravis'.

760 1 IMMERITO bona exceptio: hoc enim et cavere nobis et praestare aliis possumus. 2 IMMERITO NAM MERITUS DE ME EST παρόμοιον. 3 NAM MERITUS DE ME <EST> QUOD QUEAM ILLI UT COMMODEM et hoc artificiose Terentius, ne vel meretricem dure a Pamphilo segregaret. 4 QUOD QUEAM ILLI UT COMMODEM sic in Andria (162) magis id adeo, mihi ut incommodet, quam ut obsequatur gnato'.

761 2 LINGUA TUA consuetudine magis quam ratione dixit. 4 LINGUA TUA IAM subdistingue 'iam', ut appareat: si lingua iam, quanto magis facta.

1 FACILEM BENIVOLUMQUE LINGUA TUA 'facilem' ad peccatum, 'benivolum' ad iracundiam rettulit. 3 'Lingua' ergo pro homine ipso.

762 1 NAM NON SUNT SOLAE ARBITRATAE HAE nunc fatetur se quo-

---

[1]) Vide supra adnot. ad v. 727.

que accusatorem fuisse, nunc vero benivolum factum. 2 HAE cum ἀποστροφῇ. 3 EGO QUOQUE <HOC ETIAM CREDIDI 'quoque' et> 'etiam' supervacue posita sunt, sed hic confirmationem ostendunt.

763 1 PRAETER NOSTRAM OPINIONEM 'praeter' pro 'contra'. 2 PRAETER NOSTRAM OPINIONEM hoc est innoxiam.

764 1 FAC EADEM UT SIS PORRO hoc est: persevera purgata esse; vult enim et de futuro cautum esse, ut supra (739) 'nam si id facis facturave es'. 2 NOSTRA UTERE AMICITIA non iam 'amore' sed 'amicitia'.

765 1 ALITER SI FACIAS κατάπαυσις μετ' ἀπειλῆς. 2 NE AEGRE QUICQUAM EX ME AUDIAS utrum 'aegre' pro male an 'aegre' pro invita?

766 1 VERUM HOC TE MONEO UNAM haec figura oratoria παραίνεσις dicitur. 2 QUALIS SIM AMICUS AUT QUID POSSIM in secunda oratione Sallustius ad Iugurtham (32. 5) 'ne vim magis quam benivolentiam eius experiri mallem [1]. 3 QUALIS SIM AMICUS AUT QUID POSSIM hoc genus comminationis et minus habet amaritudinis et plurimum gravitatis.

4 Et Sallustius (ibid.) 'ne vim quam misericordiam eius experiri mallet'.

2.

767 1 NIHIL APUD ME TIBI DEFIERI PATIAR verba nutricis fuisse poeta monstrat petentis pro <more> ordine longo, quae sibi praebenda sint, unde quasi taedio singulorum generaliter hic respondet 'nihil apud me tibi d. p.' 2 Et 'apud me' dixit pro: apud eum, ubi futura es.

768 1 DEFIERI PATIAR noluit dicere 'deesse', sed 'defieri' dixit, ut id quod minus usitatum est, magis delectat auditum. 2 BENIGNE PRAEBEATUR 'benigne' large: hoc est enim gratius non solum praebere, sed etiam benigne.

769 1 SED CUM TU SATURA ATQUE EBRIA ERIS hoc est in nutricibus non solum non turpe sed etiam necessarium. 2 Et hic satur et haec satura facit.

---

[1]) In 4 Sallusti verba rectius sunt reddita.

770 1 NOSTER SOCER VIDEO VENIT 'noster' blandientis dictum est. Vergilius (Aen. 2. 149) 'noster eris'. 2 Et magis hoc consuetudine dictum est quam integritate.

3 Aut certe ordo: noster socer venit, et deinde: video. 4 Aut deest 'ut', ut sit· ut video.

771 1 DEIERAT deos iurat, ut (Verg. Aen. 6. 351) 'maria a. i.', 2 Aut valde iurat. 4 Et bene senem iratum praeoccupavit dicendo 'deierat sancte', ne confligeret cum meretrice et fieret fabula longior. 5 HAECINE EA EST imitanda irati contemplatio, quasi dicat 'haec est quam uxori Pamphilus anteponit?'

3 BACCHIS DEIERAT si correpte, deos iurat, si producte, valde iurat.

772 1 NEC POL ISTAE METUUNT DEOS hoc argumentum est non illam vera iurare, sancitur autem iusiurandum aut metu religiosorum aut supplicio sacrilegorum; at vero nec religiosae sunt meretrices, inquit, nec dant poenas, quippe quae a dis contemnantur; tale est illud apud Vergilium: si violatus est lucus, tamen vindicatum non est, 'sed faciles nymphae risere sacello' (Ecl. 3. 9.) 3 NEC EAS RESPICERE nec merentur, inquit, ut dis poenas referant, quia nec curae dis esse dignae sunt, et est ἀμφιβολία, quae sensu manifesta est.

2 NEC EAS RESPICERE DEOS OP. et infeliciores sunt, inquit, quam in quas di vindicent.

773 2 QUOLIBET CRUCIATU PER ME EXQUIRE 'per me' hoc est me permittente, ut quod per leges tibi non licet, 'per me' liceat.

1 ANCILLAS DEDO QUO repudiato iureiurando ad aliud transit firmius documentum. 3 'Per me' ergo id est me auctore, permittente.

774 1 HAEC RES HIC AGITUR aut sic intellegendum est, quasi dicat 'hoc agebamus, cum tu advenires,' aut cum asseveratione pronuntiandum, ut sit 'res' veritas, quasi dicat 'hic non verba sunt, sed res agitur'. 2 HAEC RES HIC AGITUR propositio est eorum, quae dictura est, hoc modo: 'haec res hic agitur'. — quae res? — 'Pamphilo me facere ut redeat uxor oportet, quod si perficio, non paenitet me famae solam fecisse id quod aliae meretrices facere fugitant.' 3 Multa Terentius feliciter ausus est arte fretus, nam et socrus bonas et meretrices honesti cupidas praeter quam pervulgatum est facit, sed tanta vigilantia causarum et rationum momenta subiungit, ut ei soli merito

videatur totum licere, nam hoc contra illud est, quod alibi (Eun. prol. 37) ait, commune iam esse omnibus comicis 'bonas matronas facere, meretrices malas'.

775 1 NON PAENITET ME FAMAE haec figura λιτότης dicitur: minus enim dicit quam significat, nam 'non paenitet me famae' pro eo quod est 'magnam famam cupide acquisierim' significat. 2 NON PAENITET ME FAMAE ne quaereremus, quid hoc meretrici prodesse posset.

776 1 SOLAM FECISSE bene 'solam', ne nescisse officium meretricis poeta videretur. 2 SOLAM FECISSE id est reconciliasse uxorem marito.

777 1 NOSTRAS MULIERES SUSPECTAS FUISSE id est: in suspicione positas, nam 'esse suspectas' ambiguum est, et [1]) nunc eius partem manifestam videmus. 2 FALSO NOBIS IN RE IPSA 'nobis' aut abundat aut *cum nostra molestia* significat.

778 1 PORRO HANC NUNC EXPERIAMUR 'porro' nunc futurum tempus ostendit, (*a*) quia de praeteritis iam purgata est. 2 HANC EXPERIAMUR id est utamur opera eius.

1 *a* nam si iam invenisti quid, experieris et ea, quae restant in reliquum tempus.

779 2 CRIMINI *crimen* nunc pro falsa suspicione posuit, Vergilius (Aen. 11. 407) 'formidine crimen acerbat' et (Aen. 11. 22) 'semperque odiis et crimine Drances infestus iuveni Turno', id est: et quod eum odisse et quod se illi odio esse suspicaretur.

1 *CRIMINI TUA SE UXOR CREDIDISSE *crimen* proprie dicitur id, quod fictum est, et Cicero (fr. inc. 27 M.) 'verum tamen actum et criminosum ius est', id est falsa insimulatio est.

781 CITO AB EO HAEC IRA ABSCEDET bene: in duabus personis causa videtur esse turbarum, socrus et Pamphili.

782 1 PROFECTO IN HAC RE <N. M. E.> QUOD SIT DISCIDIO DIGNUM moraliter quasi quaerendo et discutiendo hoc intulit. 2 DISCIDIO divortio.

783 1 VELIM QUIDEM HERCLE ut nihil sit dignum, hoc est non peccaverit Pamphilus. 2 ADEST QUOD SATIS <SIT> FACIET IPSA id est: quicquid ad plenam ducit purgationem, sufficiat.

784 1 AN QUIA NON TUTE IPSE correptio est, nam audivit.

---

[1]) Corrigendum videtur 'sed' vel 'at'.

785 ILLIS MODO EXPLETE ANIMUM quasi dicat 'quae amarae sunt et molestae' (cf. 710).

784 2 AUDISTI DE HAC RE ANIMUS MEUS UT SIT utrum quia dixit 'manere inter nos affinitatem perpetuam volo' (cf. 723) an quia apud uxorem defendit adulescentem in amore meretricis?

786 QUOD MIHI POLLICITA <ES> TUTE UT SERVES id est iusiurandum apud mulieres.

784 3 QUID MIHI ISTA NARRAS reprehensio est quasi verborum longiorum Lachetis.

787 OB EAM REM VIS ERGO INTRO EAM 'vis' dicit, ut ostendat in hac re cunctationem suam.

789 1 NAM NUPTA MERETRICI HOSTIS EST alias inimica. 2 NAM NUPTA MERETRICI HOSTIS EST caute etiam hoc praestruit poeta, ne non verisimile videatur potuisse maritatam concorditer cum pellice agere.

791 AT EASDEM AMICAS TIBI hoc quidem senex, verum aliae causae sunt quae mulieres faciunt molestas et <amaras>; hae autem spectatoribus notae sunt ex argumento.

792 1 ET <TE> SIMUL SUSPICIONE EXSOLVES hoc est, quod supra (v. 13) dixit *crimen*. (*a*) 2 EXSOLVES expedies.

1 *a* Nos quoque *suspicionem* interpretati sumus.

798 1 PUDET PHILUMENAE M. 'pudet' duo significat: sive ille peccarit quem pudet, sive ille cuius pudet; 2 et familiariter ait 'Philumenae' tamquam notae ex Pamphilo. 3 SEQUIMINI ME INTRO AMBAE ancillis dicit, quae sunt *κωφὰ πρόσωπα*. 4 PUDET PHILUMENAE conscientia communis viri et pellicatus.

794 1 QUID EST QUOD M. M. sensus hic est: quid est quod magis optem mihi evenire, quam quod simul proderit etiam meretrici? et hoc ergo intulit pro novo: mirandum est enim evenire potuisse, ut idem et seni et patri prosit, quod meretrici. 3 Et ostendit commune sibi bonum esse. 4 EVENIRE 'evenire' bis numero subaudiendum.

2 QUID EST QUOD MIHI MALIM ut amicitia sibi et mihi prosit.

795 1 UT GRATIAM INEAT SINE SUO DISPENDIO recte: difficile est enim gratiam inire sine damno. 2 ET MIHI PROSIT mire, quia difficile est amicum sine damno acquirere; et quia 'cum lucro' non potuit dicere, et hoc ipsum bonum fecit, quia *sine damno*.

3 Ergo velut tria sunt: ut gratiam ineat et sine damno et mihi prosit.

796 PAMPHILUM VERE AB SE SEGREGARIT proprie a meretrice segregari dicitur ab uxore disiungi.

797 1 SCIT SIBI NOBILITATEM EX EA RE NATUM quasi dicat 'ecce quam amavit Pamphilus', sed hoc sentire et dicere patris est stulta pietate magni facientis filium, ut (Andr. 185) 'meum gnatum rumor est amare'. 2 Et proprie 'nobilitatem' dixit, nam et meretrix et gladiator nobilis dici solet. 4 EX EO 'ex eo' utrum ex Pamphilo? an 'ex eo' ex ea re, id est quod segregaverit vere a se Pamphilum? 5 Et hoc est melius, nam nobilis meretricis est non timere, ne alterum non inveniat, aut nobilis est cognitam fieri etiam senibus. 6 REM NATAM ex patrocinio et amicitia senis; GLORIAM ex facto raro in meretricibus. 7 ET REM NATAM quia multa in eam contulit; ET GLORIAM ESSE, quia defendit eum apud soceros et uxorem. (*a*)

3 SCIT SIBI quod nimis amat, ait 'nobilitatem'. 7 *a* et quod marito meretrix coniugem reddit.

3.

799 1 EDEPOL NE MEAM ERUS <ESSE> OPERAM DEPUTAT P. P. in tota fabula hac servus piger et curiosus inducitur neque quicquam illi evenit ex sententia sua. 2 EDEPOL NE MEAM hoc totum a stomachante dicitur quasi qui nunc cum maxime iniuriam persenserit. 3 EDEPOL NE MEAM in hac scaena καταστροφή populo exponitur. 5 DEPUTAT PARVI qui deputat eam in re nullius pretii consumendam.

4 DEPUTAT PARVI PRETI quia scilicet sic abutitur.

800 1 FRUSTRA UBI TOTUM DESEDI DIEM deest 'illuc', ut sit: illuc, ubi frustra totum desedi diem. 2 DESEDI DIEM nota accusativo casu usum esse.

801 1 MYCONIUM HOSPITEM DUM EXSPECTO memoriter et vigilanter servus 'Myconium hospitem' et 'Callidemidem' dixit, ne videretur neglegentia vel oblivione sua non invenisse, ad quem missus est. 2 MYCONIUM HOSPITEM bene ostendit se memorem signorum et nominum, ut vere videatur illusus esse, cum operam dederit.

802 1 ITAQUE INEPTUS moraliter additum 'ineptus'; 2 et 'ineptus' quasi ineptus.

803 1 ADULESCENS DIC DUM QUAESO verniliter et comoedice se ipsum servus imitatur. (*a*) 2 ES TU MYCONIUS NON ut tria mandata sunt inquirenda, tria inquisita sunt ordine.

1 *a* et est μίμησις.

805 1 OMNES NEGABANT bene transit a *μιμητικῷ* ad *διηγηματικόν* et *συντόμως*. 2 QUEMQUAM ESSE ARBITROR id est: non puto eum esse in mundo.

806 IAM PUDEBAT sedere an interrogare?

807 1 AB NOSTRO AFFINI EXEUNTEM VIDEO satis moraliter inducitur servus dicere 'nostro affini', cum domini eius sit, non ipsius; sic supra senis est (770) 'noster socer venit' pro Pamphili socer. 2 EXEUNTEM VIDEO docte poeta praemonstrat locuturam personam. 3 QUID HUIC QUID EST REI rursus curiosus nihil sciturus est et cursurus piger.

808 1 PARMENO OPPORTUNE TE MIHI OFFERS attendendum, quod ab initio comoediae usque ad finem Parmeno mittitur ut currat et celatur ut nesciat quod curiose desiderat. 2 PROPERE CURRE AD PAMPHILUM facete poeta inde incipientem facit, quod ille minime vult, dicendo 'curre'.

809 1 QUID EO id est <ad> Pamphilum. 2 DIC ME ORARE UT VENIAT vide curiosum non recusare laborem, quo causam sciat. 3 AD TE non ad te conveniendam, sed domum 'ad te' significat. 4 IMMO AD PHILUMENAM mire tota fabula invenit, quamobrem currat Parmeno.

810 1 QUID REI totum pro persona. 2 TUA QUOD NIHIL REFERT PERCONTARI DESINAS *οἰκονομικῇ διανοίᾳ* et eximie dixit, quasi minus sit iniuria prohibentis interrogare quam interroganti respondere [1]. 3 Et memento hanc esse, cui in principio nihil celaverit Parmeno.

811 1 NIHIL ALIUD DICAM vult rem per mandata colligere. 2 ETIAM COGNOSSE ANULUM MYRRINAM 'etiam' adverbium est vel consentientis vel reminiscentis; sed magis reminiscentis modo; sic

---

[1]) Wessn. recepit correctionem Schoellii: 'quasi munus sit iniuriam prohibentis inrogare quam interroganti respondere', quod non intellego. Quid scholiasta voluerit et cur illa verba eximie laudaverit non video.

Cicero (Verr. 2. 87) 'etiam, quod paene praeterii, capella quaedam est mire facta'.

812 scio non 'audio' inquit sed 'scio'.

814 1 SED CESSAS hoc est tardas et quiescis, urget autem cursum. 3 POTESTAS HAUD DATA EST cessandi scilicet.

2 MINIME EQUIDEM 'cesso' subauditur.

815 ITA CURSANDO ATQUE AMBULANDO est enim cursus etiam navigantis et equitantis.

816 QUANTAM OBTULI ADVENTU MEO reliqua pars argumenti per monodiam narratur.

817 1 QUOT COMMODAS RES ATTULI 'quot' tam multas, et more suo 'attuli' dixit. 2 Et ADEMI CURAS ut (Andr. 339) 'metum, in quo nunc est, adimam atque expleam animum gaudio'. 3 QUOT COMMODAS RES .. QUOT AUTEM CURAS haec omnia admirantis sunt: Vergilius (Aen. 4. 10) 'quis novus hic nostris successit sedibus hospes!

818 GNATUM EI RESTITUO ETC. ἐξαρίθμησις.

819 REDDO redditur nobis, quod nostri cupidum est, restituitur nobis, cuius nos cupidi sumus, bene ergo 'gnatum restituo', 'uxorem reddo'.

820 1 QUA RE SUSPECTUS SUO PATRI ET PHIDIPPO FUIT ergo non unum beneficium, sed tria sunt. 2 EXSOLVI variavit tempora: 'restituo ... reddo' 'exsolvi'.

822 1 NAM MEMINI ABHINC MENSES DECEM 'menses decem' dixit, ut et recte et de hoc peperisset. 2 NOCTE PRIMA primis partibus noctis vel primore, ut (Verg. Aen. 9. 244) 'vidimus obscuris primam sub vallibus urbem'.

823 1 CONFUGERE ANHELANTEM DOMUM S. C. V. P. ex his argumentis potest colligi hunc esse, qui virginem vitiaverit.

2 * CONFUGERE ANHELANTEM vide signa coniecturalia: quod confugere vidit, timebat; quod anhelantem, colluctatus fuerat; quod domum, celare volebat; quod sine comite, pudendum fuerat facinus; quod vini plenum, temerarium; quod anulum habebat, raptum indicabat; his igitur indiciis virginem apparet vitiatam.

824 MI PAMPHILE INQUAM AMABO haec blandimenta sunt muliebria.

825 2 QUID EXANIMATUS AUT UNDE brevitati consulit Terentius, nam in Graeca haec aguntur, non narrantur.

1 QUID EXANIMATUS AUT UNDE ANULUM principalia signa vitii illati: perturbatio et anulus.

826 2 ILLE ALIAS RES AGERE SE SIMULARE id est alias res agentem se fingere: pudebat enim amicae de alterius stupro fateri, et ei amicae, quam tum deperibat.

1 ILLE ALIAS RES AGERE SE SIMULARE fingere, quod pro vero falsum credere [1]).

827 NESCIO QUID SUSPICARIER MAGIS COEPI pro 'aliquid'.

828 1 HOMO SE FATETUR bene additum 'homo', 2 et narratorie 'nescio quam', ex quo dicto omnis error natus est; nam appone nomen et nulla fabula est. 3 NESCIO QUAM vel quia vere nesciebat vel quia sic dicendum fuit, ne amare illam videretur.

833 HAEC TOT PROPTER ME GAUDIA conclusit narratione fabulam more suo, ne haec in actu futuro exspectaremus.

834 1 ETSI HOC MERETRICES ALIAE NOLUNT color necessarius a verisimili: scit enim se alibi dixisse (Eun. prol. 37) 'bonas matronas facere, meretrices malas'.

837 EGO DUM ILLO LICITUM an meruerit Pamphilus.

834 2 NEQUE ENIM EST IN REM NOSTRAM in utilitatem, id est pro commodo.

838 1 INCOMMODE MIHI NUPTIIS EVENIT sic dixit, quemadmodum dicimus 'male ei evenit' aut 'bene ei contigit'. 2 NUPTIIS deest 'ex', ut sit ex nuptiis. 3 INCOMMODE MIHI NUPTIIS ὑποφορά. (*a*) 5 FACTUM FATEOR ἀνθυποφορά.

3 *a* et est ordo: incommode mihi evenit ex nuptiis. 4 Et 'incommode' pro 'incommodo'.

839 NE ID MERITO MIHI EVENIRET ergo haec dolemus, quae merito contingant.

840 2 MULTA EX QUO FUERINT COMMODA EIUS INCOMMODA AEQUUM EST FERRE hoc eo tractu vocis et ea aequanimitate dicendum, qua leno in Adelphis (206) 'quando eum quaestum occeperis, accipienda et mussitanda iniuria est adulescentium'.

1 MULTA EX QUO FUERINT COMMODA EIUS ratio, cur nove omnia fiant et contra officium meretricis.

4.

841 VIDE MI PARMENO ETIAM SODES UT MIHI HAEC bene hoc praecepit: verum est enim, ut quod misere cupimus, idem tardius

---

[1]) Quid scholiasta voluerit nescio. Schoell. coniecit: 'quo pro v. f. crederem'. Vix recte.

credamus effectum, sic et in Heautontimorumeno (Ad. 698; cf. Heaut. 197 sq.) 'eo vereor magis'.

844 MANE DUM 'dum' abundat.

845 SIC TE DIXISSE OPINOR miro affectu inducitur vix adduci ad credendum quod gaudet Pamphilus.

847 ITA INQUAM quasi iam lassatus dicit [1]).

848 QUIS ME EST FORTUNATIOR <VENUSTATISQUE ADEO PLENIOR> ob beneficia Veneris, ut contra invenustus, cui contra reciderit, quod amat.

849 QUID DONEM <QUID> QUID NESCIO μελλησμός, ut (Verg. Aen. 4. 533) 'an monitu divum? an quae te fortuna f.?'

851 1 NAM NEQUE IN NUNTIO magis scire vult quam munus accipere. 2 NAM NEQUE IN NUNTIO NEQUE IN ME IPSO TIBI BONI QUID SIT SCIO facete agit Terentius, <ut>, quanto magis Parmeno curiosus est, tanto magis nesciat illa quae cupit.

856 1 O BACCHIS O MEA BACCHIS SERVATRIX bene additum 'servatrix'; 2 et 'mea' supra quod dixit amatoris est. 3 FACTIS UT CREDAM FACIS difficile enim erat credere his rebus gaudere meretricem.

859 1 VOLUPTATI OBITUS 'obitus' occursus: 'ob' enim significat ad. (*a*) 2 Legitur et 'voluntate obitus'. 3 OBITUS SERMO ADVENTUS TUUS inter obitum <et adventum hoc interest, quod obitus est>, quem casus offert, adventus, quem voluntas et destinatus locus.

1 *a* ergo 'obitus' aditus.

862 TUN MIHI ISTUC quia blandimentum magis meretricium est.

863 1 NUMQUAM ANTE HUNC DIEM MEIS OCULIS EAM QUOD NOSSEM VIDERAM hoc est: numquam sic videram, ut eam nossem. 2 QUOD NOSSEM quod meminissem, quod scirem, ac per hoc: numquam videram, ut alibi (Ad. 641) 'non equidem istas, quod sciam'.

864 DIC VERUM bene instanter ex meretrice quaerit, quid de forma uxoris sentiat: scit enim hanc iudicem esse pulchritudinis posse, vel quod femina vel quod aemula.

865 NUMQUID num aliquid, acue ergo 'quid'.

866 1 ADEO MUTTITO vel tenui dicto. 2 NON FIERI HOC ITIDEM UT IN COMOEDIIS mire, quasi haec comoedia non sit sed veritas.

3 Aut deest 'aliis'. 4 UT IN COMOEDIIS deest 'fit'.

---

[1]) Sic Westerhovius quodammodo correxit codd. lect. 'sic iam late passus dico.' Vide coniecturam parum probabilem Schoellii in Wessn. app.

867 1 OMNIA OMNES UBI RESCISCUNT in fine enim comoediae nihil cuiquam celari solet. 2 HIC QUOS PAR FUERAT 'hic' in hac comoedia. 4 Resciscere est recognoscere et vix invenire, quod quis nescierit.

3 An: in hac re?

868 1 NEQUE RESCISCENT NEQUE SCIENT resciscunt ad quos pertinet. 3 Et resciscimus ex alio, scimus etiam per nostram opinationem.

2 Et resciscunt quae nesciunt, sciunt quae neglegunt.

873 ERE LICETNE SCIRE EX TE ridicule instat scire ignoraturus Parmeno.

875 1 EGO HUNC AB ORCO MORTUUM verba sunt cogitantis 'ego hunc ab orco mortuum'?, ideo et ἐλλειπτικῶς loquitur. 2 NESCIS PARMENO addit stimulos curiositati eius.

877 IMMO VERO SCIO NEQUE IMPRUDENS FECI recte: perit enim beneficii meritum, si ab imprudente praestitum videatur.

878 1 AN TEMERE QUICQUAM PARMENONEM PRAETEREAT quod interdum [non] temere praetereat, quod habet faciendi necessitatem. 2 TEMERE QUICQUAM PARMENO sibi ipsi hoc dicit et se nominat, ut (Verg. Aen. 2. 549) 'degeneremque Neoptolomum n. m.' et (Phorm. 1027) 'age nunc, Phormionem qui volet lacessito'. 3 TEMERE QUICQUAM utrum hoc dicit: non temere neque per imprudentiam geritur, quicquid utile est? an hoc dicit: (*a*) an quicquam Pamphilus praetereat temere ita, ut non remuneret bonum factum Parmenonis, quod sibi utile fuerit? 4 Convenit hoc dictum abeunti meretrici.

3 *a* * nihil potest transire temere, quod utile factu est, quin gratiam sui habeat?

880 1 FECI IMPRUDENS QUAM SCIENS A. H. quia non convenit servo scientem recte facere, bene addidit imprudenti sibi evenisse, ut bene faceret, quod prudens numquam fecerit. 2 IMPRUDENS QUAM SCIENS ἀντίθετον secundum, nam imprudenti scientem reddit, non prudentem.

PHORMIO

PROLOGUS

1 2 POSTQUAM POETA VETUS P. N. P. nota 'postquam' apud veteres non praeterito modo sed etiam praesenti tempori adiungi, ut (Verg. Ecl. 1. 30) 'postquam nos Amaryllis habet, Galatea reliquit'; quamquam sunt qui 'postquam' pro 'quoniam' accipi velint. 3 POSTQUAM POETA V. P. N. P. 'poeta vetus' qui iam diu est, non qui iam diu fuit, ergo ut vinum vetus, non <ut> vetus annus. 4 POSTQUAM POETA VETUS POETAM iucunda repetitio, ut (Verg. Aen. 12. 139) 'diva deam' et (Aen. 1. 684) 'notos pueri puer i. v.' 5 POSTQUAM POETA VETUS POETAM NON POTEST ἀντίθετον primum per σύλληψιν primam, ita ut extrinsecus 'novum' audire poetam oporteat.

1 POSTQUAM POETA VETUS POETAM NON POTEST hoc initium ad destructionem personae adversarii sumitur coniunctum cum insinuatione personae Terentianae.

2 1 RETRAHERE A STUDIO sic loquitur, quasi rem scaenicam magis laedere voluerit Luscius quam Terentium. 2 TRANSDERE 'transdere' veteres sonantius, quod nos lenius 'tradere', ut 'translatum' nos, <illi> 'tralatum' e contrario. 3 ET TRANSDERE HOMINEM comice et venuste inseruit 'hominem', ut (Aen. 5. 259 et 262) 'levibus huic hamis c. a. t. d. h. v. d. et t. i. a.'

3 1 MALEDICTIS DETERRERE sensus hic est: ipse se adversarius, inquit, fatetur victum, qui a rebus exclusus ad verba delapsus

est. 2 MALEDICTIS DETERRERE deest 'eum', ut (Aen. 1. 72) 'quarum quae forma pulcherrima D., <c. i.>'.

4 1 QUI ITA DICTITAT impudentiam ostendit per frequentativum verbum. 2 QUAS ANTEHAC FECIT FABULAS et hic lentum accusatorem facit, qui praeterita ingerat et de quibus iam sit iudicatum in melius.

5 1 TENUI ESSE ORATIONE ET SCRIPTURA LEVI imperitum inducit criminatorem, qui hoc obiciat, quod proprium debet esse comici stili; 2 revera autem hoc deterior a Menandro Terentius iudicabatur, quod minus sublimi oratione uteretur; quod ipsum nunc purgat dicens in tragoedia altiora posse transire.

6 1 QUIA NUMQUAM INSANUM SCRIPSIT ADULESCENTEM ideo videmur leves tenuesque, inquit, quia in comoedia prodigia facta <non> sunt nec tragoedias concitavimus. 2 Et callide [1]) errori reprehendentis, sed etiam imperite scribere ostendit Luscium Lanuvinum. 3 SCRIPSIT legitur et 'fecit'. 4 ADULESCENTULUM ut comicam personam ostenderet, artificiose imminuit 'adulescentulum', quo magis persona a sublimitate tragica discessisset.

7 1 CERVAM VIDERE FUGERE hic affectus a comoediis removendus est. 2 CERVAM VIDERE FUGERE ET SECTARI CANES ambiguitas per accusativum casum perseverans usque ad ultimum de industria, ut etiam ipsa perplexitas odiosa sit.

8 ET EAM PLORARE ORARE UT SUBVENIAT SIBI haec omnis περίστασις tragica est et ideo in comoedia vitiosa ducitur.

9 1 CUM STETIT OLIM NOVA bene hoc: potuit enim responderi 'cur igitur stetit et non exacta est a populo?' 2 CUM STETIT OLIM NOVA recte 'olim', quasi dicat: cum adhuc Terentius non scriberet, penuria meliorum est probata; deinde quod ait 'nova', hoc significat omnia carmina ipsa novitate commendari, etsi nullius momenti sint.

10 ACTORIS OPERA <MAGIS> STETISSE una 'opera' et suffragium scaenicorum comparat et laedit adversarium.

11 MINUS MULTO AUDACTER nove dictum 'minus multo audacter', ut cum dicamus nos 'minus audacter'.

---

[1]) Sententia postulat, ut viderunt v. d., tale quid: 'callide non modo respondit errori' etc.

12 1 QUI HOC DICAT AUT SIC COGITET omne quod in mentem venit aut cogitamus aut dicimus: Vergilius (Aen. 2. 124) 'et mihi iam multi crudele canebant artificis s. et t. v. v.' 2 Hic sensus est: nunc si quis est qui hoc dicat aut censeat 'improbus est Terentius, qui omnes prologos de maledictis <habet>', habeat is hoc responsum sibi 'adversarium coegisse qui provocaverit', nam quid faceret Terentius, cum de palma artis musicae certandum videat esse sibi?

13 LACESSISSET PRIOR aut 'lacessisset' abundat aut 'prior.'

14 1 NULLAM INVENIRE PROLOGUM 'prologum' modo non hominem sed verba significat. 2 NOVUS hic, quod supra praetermisit, veteri supposuit novum.

15 NISI HABERET CUI MALEDICERET mire 'haberet', quasi dubium non sit maledicendum esse Luscio.

16 2 IN MEDIO OMNIBUS PALMAM ESSE POSITAM sensus hic est: inveniret, inquit, sed maluit, cum de palma certandum sit, adversario respondere laedenti; verum oratorie manifesta solvere non curavit. (*a*) 3 OMNIBUS et novis et veteribus poetis. 4 PALMAM pro causa certaminis posuit, et ideo non esse mirandum, si pugnant, quibus causa certaminis praesto est.

1 IS SIBI RESPONSUM HOC HABEAT IN MEDIO huic rei per qualitatem respondet: adversarium cogere, ut sic agat. 2 *a* hoc est 'invenerit'; hoc enim subiciendum fuit.

17 2 Et περιφραστικῶς ἀντὶ τοῦ 'qui comoedias scribunt'.

1 QUI ARTEM TRACTANT Vergilius (Aen. 1. 601) 'nec quicquid ubique est gentis Dardaniae, m. q. s. p. o.'

18 1 ILLE AD FAMEM HUNC AB STUDIO hic maxime incipit solvere, quod sibi superius ipse proposuit. 2 ILLE AD FAMEM HUNC AB STUDIO nunc 'quid est' inquit 'poetam vituperare nisi ad famem reicere?; nam poetae probi vendebant fabulas suas et harum pretiis alebantur. 3 [ILLE AD FAMEM HUNC AB STUDIO] [1]) cur lacessitus respondes? 'certamen est' inquit. 4 AB STUDIO STUDUIT REI. vetuste, ut (Eun. 585) 'luserat ludum' et 'pugnam pugnavit' [2]).

20 1 BENEDICTIS SI CERTASSET AU. B. bene 'certasset', quia supra (16) dixit 'in medio omnibus palmam esse positam': (*a*) Vergi-

[1]) Scholium pertinet ad. v. 19.
[2]) Respicit v. Lucilii plene citatum ad Eun. 899 et Ad. 843, in ed. Marx 1323.

lius (Aen. 1. 548) 'nec te certasse priorem paeniteat'. 3 AUDISSET BENE bene audire est bene dici, laudari.

1 *a* quasi dicat: quicquid in certamen venerit, in eo vincendos aemulos esse. 2 SI CERTASSET ἀντὶ τοῦ 'provocasset': ab eo quod praecedit id quod sequitur.

21 1 QUOD AB ILLO ALLATUM EST id est maledictum (cf. v. 3) 2 QUOD AB ILLO ALLATUM EST ID SIBI RELLATUM PUTET proverbiale est: quod dedit, recepit; 3 et geminavit L, ut (Verg. Aen. 1. 30) 'relliquias Danaum'.

22 1 DE ILLO IAM FINEM FACIAM *ἀπὸ τῆς ἐπιεικείας τοῦ λέγοντος.* 2 DICENDI MIHI PECCANDI CUM IPSE DE SE et 'mihi' et 'de se' proprie positum est, et praeterea *ἀμφιβολία.*

23 1 PECCANDI maledicendi. (*a*) 4 NON FACIT pro 'non faciat', ut (Eun. 230) 'mirum ni egomet turpiter hodie hic dabo'.

1 *a* an peccandi? 2 * CUM IPSE DE SE FINEM NON <F.> prius ego, inquit, de illo finem faciam quam ipse de se. 3 *Et* prius ego dicendi faciam quam ille peccandi finem.

24 1 NUNC QUID VELIM ANIMUM ATTENDITE deest 'quaeritis', ut sit: nunc quid velim quaeritis? animum attendite. 2 NOVAM Latinam dicit.

25 EPIDICAZOMENON QUAM VOCANT COMOEDIAM manifeste hic errat Terentius; nam haec fabula quam transtulit Epidicazomene dicta est a puella, de qua iudicium est cum sit <alia> fabula Epidicazomenos eiusdem Apollodori, debuit ergo dicere 'Epidicazomenen'.

26 1 LATINI PHORMIONEM NOM. *φόρμιον* tegiculum dicunt Graeci, a quo insternitur pavimentum, — unde *Φορμίων* correpta prima syllaba apud Apollodorum est, non ergo a formula, ut quidam putant — et inde parasitus, vilissimae condicionis homo, nomen accepit.

27 QUIA PRIMAS PARTES QUI AGET 'primas' nunc maximas: ad actorem enim rettulit, Cicero (in Caec. 48) 'saepe illum, qui est secundarum aut tertiarum partium'.

26 2 PHORMIONEM si a formula esset nomen comoediae, produceremus primam syllabam, si a phormione, corripere debemus.

28 1 PER QUEM RES GERETUR MAXIME quia 'primae partes' etiam aliud significabant. (*a*) 2 Et bene 'maxime', quia et per alios.

1 *a* non ergo nunc primum actum dicit, sed summas partes.

29 VOLUNTAS VESTRA SI AD P. A. D. O. 'si voluntas accesserit' pro 'si faveritis' nove. (*a*)

a scilicet[1]) voluntatem pro favore ponit.

30 1 ADESTE AEQUO ANIMO favor in comoedia silentium spectatoris est, recte ergo addidit 'per silentium'.

2 AEQUO ANIMO nunc propositio est.

31 NE SIMILI UTAMUR FORTUNA ATQUE USI SUMUS ne populum laederet fortunam maluit accusare.

32 1 CUM PER TUMULTUM NOSTER apparet Hecyram ante Phormionem actam esse, cui contigit id quod queritur populum subaccusans. 2 NOSTER GREX MOTUS EST LOCO locus est distributio temporum, quae cuique in spectaculum venturo attribuuntur ab aedilibus; unde 'loco motus' dicitur, qui suas horas non obtinuerit inter praecedentes et consecuturos, (*a*) 3 sic et Cicero (in Catil. 2. 1) 'loco ille motus est, cum est ex urbe pulsus'.

2 *a* ergo proprie.

33 1 QUEM ACTORIS VIRTUS ubique laudat actorem; est enim poetae utile. 2 QUEM ACTORIS VIRTUS qui exclusus totiens animos non abiecerit, sed perseveraverit agere; ideo 'virtus' est. 3 RESTITUIT LOCUM bene repetivit 'locum', ut ἀμφιβολίαν vitaret, ne 'quem' tumultum dicere videretur.

34 1 BONITASQUE VESTRA ADIUTANS ATQUE AE. 'bonitas' in omnibus generaliter rebus, 'aequanimitas' in spectando. 5 BONITASQUE VESTRA ne totum actori attribuens nihil populo praeter culpam reliquisse videretur, honoris causa hoc addidit. 6 ADIUTANS sic maluerunt veteres quam 'adiuvans' dicere: Ennius (ann. v. 386 M. = 335 V[2]) 'o Tite, si quid ego te adiuto curamve levasso'.

2 * An 'bonitas' in spectandis his quae bona sunt, 'aequanimitas' in ignoscendis vitiis atque delictis? 3 An ταυτολογία est. 4 An 'bonitas' circa omnes, 'aequanimitas' circa Terentium?

I

1.

35 1 AMICUS SUMMUS MEUS ET POPULARIS quod in omnibus fere comoediis, in quibus perplexa argumenta sunt, fieri solet, id in

---

[1]) Ita Sabbadini recte pro cod. l. 'sic'.

hac quoque Terentius servat, ut προτατικὸν πρόσωπον, id est personam extra argumentum, inducat; cui dum ob hoc ipsum, quod veluti aliena <a> tota fabula est, res gesta narratur, discat populus textum et continentiam rerum sitque instructus ad cetera. 2 amicus summus meus in hac scaena, quae docendi atque instruendi spectatoris causa inducitur, miri extrinsecus lepores facetiaeque cernuntur et sales comici; id enim est artis poeticae, ut cum narrationi argumenti detur opera, iam tamen res agi et comoedia spectari videatur. 4 [1]) Et vide servum ostendi Davum et non ostendi, cuius sit servus. 5 amicus summus meus causa, cur in scaenam procedat Davus. 7 popularis eiusdem condicionis gregisque: Sallustius (Catil. 22. 1) 'popularis sceleris sui'. 12 (amicus summus meus) Davus extra duas familias inducitur, quae in hac sunt fabula, alienus ac per hoc ignarus, cui Geta narret argumentum.

3 amicus summus meus insinuatio personae eius, quae inducitur ad audiendum argumentum. 6 * amicus a voluntate, popularis a fortuna. 8 Et popularis populo amatus est. 9 popularis civis est. 10 popularis humilis est. 11 popularis vilis <e> populoque factus, ut si quis dicat sordidum popularem<que> civem.

36 1 heri ad me venit apparet heri fuisse nuptias. 2 heri ad me venit propter cognationem e et i litterarum non dubitaverunt antiqui et here et heri dicere et mane et mani et vespere et vesperi. 4 erat ei de ratiuncula opportuna diminutio in re servili: 'ratiuncula' et 'pauxillulum'. 5 erat ei de ratiuncula moraliter intulit 'erat ei': magis enim facetum est et comicum, cum ἀσυνδέτως infertur, quam si diceret 'nam erat ei'.

3 erat ei de ratiuncula deest 'nam', sed mire subtractum est.

37 1 iam pridem apud me r. de argumento sumitur causa colloquii: nam 'debui' inquit 'Getae, et ille a me exigit, ut muneretur dominus ob nuptias factas'. 2 pauxillulum quartus gradus diminutionis: paulum paululum pauxillum pauxillulum.

38 1 id ut conficerem ἔλλειψις prima; 2 et conficerem proprie, nam fieri pecunia dicebatur, Sallustius II (Hist. 2. fr. 34 M.) 'quae pecunia ad Hispaniense bellum Metello facta erat'. 3 conficerem quia in promptu non erat. 4 confeci affero bene, quasi reddendi mora <non> habere fuerit.

[1]) In commento scholia sic sequebantur: 5. 7. 4. 12.

39 1 NAM ERILEM FILIUM τρόφιμον <Graeci> dicunt, atque haud scio an Latini quoque 'alumnum' dicere potuerint, nisi hoc mallent [1]). 2 NAM ERILEM FILIUM EIUS DUXISSE AUDIO mire se applicat argumento.

40 1 EI CREDO MUNUS HOC CORRADITUR mire: heri quidem fuerunt nuptiae, sed munus adhuc corraditur, quia in nuptiis etiam septimus dies instaurationem voti habet, ut in funere nonus dies, quo denicalia concluduntur. 2 EI CREDO uxori scilicet. 3 MUNUS HOC COR. 'hoc' pecuniae scilicet 'munus ei c.' et est figura ἐφεξήγησις. 4 CREDO pro 'vere scio'. 6 CORRADITUR apta in verbo difficultas, ut in Adelphis (242) 'minas decem corradet alicunde'. (*a*)

5 Et EI an uxori an absolute, ut sit: ei rei? 6 *a* et (Heaut. 140) 'corrasi omnia'.

41 1 QUAM INIQUE COMPARATUM EST miro ἰδιωτισμῷ morem pro lege esse queritur: 'comparatum' enim constitutum. 2 EI leg<itur 'h>i'; 3 et 'hi qui minus habent divitioribus' dixit, ne diceret 'servi dominis'; vult enim latius patere quod dicit et generalem esse sententiam. 4 QUAM INIQUE COMPARATUM EST HI QUI MINUS HABENT garrulos servos et sententiosos amat comoedia, tristes et parce loquentes tragoedia.

42 1 UT SEMPER ALIQUOD ADDANT mire non 'dent' sed addant' et non 'aliquando' sed 'semper'. 2 DIVITIORIBUS pro 'minus pauperibus'.

43 3 UNCIATIM sic veteres multa. 4 UNCIATIM cum pecunia expensa ferretur more veterum, non ut nunc adnumeraretur, assis libra erat eiusque partes unciae; rursum unciae unius duodecima pars libella dicebatur, merito ergo non per singulos sestertios neque per singulos denarios neque per singulos asses, sed id quod ὑπερβολικῶς minimum fuit, per singulas uncias 'unciatim' dixit. (*a*) 5 UNCIATIM VIX potuit et unciatim et cito conflari peculium, ut multa pauxillatim sed cito fiunt maxima, merito ergo additum est 'vix'. 6 Sed quid si et 'unciatim' et 'vix' et tamen de lucro? 'de dimenso suo' inquit; quid si ex abundanti? 'suum defrudans genium'; deinde non 'adquisivit' sed 'comparsit' et ad postremum 'miser', ut iniquitas consuetudinis

---

[1]) Verba; 'atque haud scio — mallent' Sabbadinio et Wessnero insiticia videbantur, coll. An. 602, Eun. 289. Ego a Donato haec abiudicare veritus sum. Cf. Sabb. stud. It. III 353 sq.

comploratione finiretur. 7 DE DIMENSO SUO servi quaternos modios frumenti in mense accipiebant et id 'dimensum' dicebatur.

1 QUOD ILLE docte ad singularem numerum transit a plurali. 2 QUOD ILLE redit ad Getam. 4 *a* et Cicero (Verr. 2. 26) 'ecquis Volcacio, si sua sponte venisset, unam libellam dedisset?' 8 Et utrum a mense an a metiendo incertum est.

44 SUUM DEFRAUDANS GENIUM ut contra genialia curare dicitur, qui vivit lautius.

45 1 ID ILLA nupta scilicet. 2 UNIVERSUM ARRIPIET contra illud quod 'unciatim' dixerat. 5 HAUD EXISTIMANS pro 'aestimans', Sallustius (Hist. 3. fr. 48. 1 M.) 'si, Quirites, parum existimaretis.

3 * UNIVERSUM ARRIPIET magna virtus paene in singulis syllabis: contra illud quod ait 'ille' 'illa' rettulit, contra 'unciatim vix' et 'de dimenso suo' 'universum', contra <id> quod ait 'munus corraditur' 'arripiet', contra 'suum defraudaus genium' et 'comparsit miser' 'haud existimans quanto labore partum'. 4 HAUD EXISTIMANS vel intellegens vel recogitans ac reputans.

46 1 QUANTO LABORE PARTUM hoc sic pronuntiandum, quasi nunc ei venerit in mentem saepius passurum Getam, quod semel tolerare gravissimum iudicarit. 2 QUANTO LABORE ut (Verg. Aen. 7. 244) 'reliquias Troia ex ardente receptas'. 3 PARTUM <'partum'> proprie dicitur de eo quod labore quaesitum est, quia nullus partus est sine doloribus ac labore.

4 PORRO <AUTEM> GETA FERIETUR ad paupertatem rettulit 'ferietur', nam et damnum plaga et res sanguis dicitur.

47 2 FERIETUR ALIO MUNERE ex consuetudine 'ferietur', nam et plagam damnum et sumptum sanguinem nostrum dicimus. 3 UBI ERA PEPERERIT quae supra (45) 'illa' dicta est.

1 * FERIETUR ALIO MUNERE significanter non 'fungetur munere' sed 'ferietur' dixit.

48 1 PORRO ALIO AUTEM 'alio' et 'alio' quod dicit pro multis pronuntiandum est. 2 UBI ERIT PUERO NATALIS DIES cum adiectione temporis cuiuslibet natalis melius dicitur, ut 'natalis <hora>' et 'natale astrum'; sed Vergilius serviens personae rusticae 'meus est natalis' inquit 'Iolla' (Ecl. 3. 77), nec addidit 'dies'.

49 1 UBI INITIABUNT hoc vultuose pronuntiandum. 3 UBI INITIABUNT legitur apud Varronem (Catus vel de liberis educandis) initiari pueros Eduliae et Poticae et Cubae, dis edendi et potandi et cubandi, ubi primum a lacte et a cunis transierint;

quod Vergilius (Ecl. 4. 64) 'nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est': hoc annotavit Probus, sed Terentius Apollodorum sequitur, apud quem legitur initiis Samothracum a certo tempore pueros imbui more Atheniensium, quod ut in palliata probandam est magis. 4 UBI INITIABUNT hoc sic inferendum est, non quasi hoc solum sit, sed quasi defatigatus sit enumerando occasiones dandorum munerum. 5 OMNIA HAEC MATER AUFERET hoc rettulit ad offerentis irrisionem, qui putat se puero dare.

2 UBI INITIABUNT ut quidam cibo et potu, ut quidam sacris. 6 MATER AUFERET nutrix, an vere 'mater'?

50 1 PUER CAUSA ERIT MITTUNDI proprie dixit 'mittundi' de muneribus. 2 SED VIDEON GETAM locuturum ostendit Getam: 3 (SED VIDEON GETAM) apparet poetam nihil putasse amplius addendum ad insinuandam populo personam Davi et ideo iam induxisse Getam, ut sit causa commutandae orationis'.

2.

51 1 SI QUIS ME QUAERET RUFUS mira fide poeta desideratum a Geta ostendit Davum, siquidem <de> ipso loquitur, a quo reddi sibi debitum sperat. 2 SI QUIS ME QUAERET RUFUS ἀποσιώπησις secunda, nam apparet plura dicturum fuisse. 3 PRAESTO EST DESINE tertia persona, quia ille nominativum praetulit.

52 1 AT EGO OBVIAM CONABAR TIBI DAVE 'conabar' absolute. 2 an ἔλλειψις est, ut desit 'ire'? 3 Et <'obviam'> est adverbium loci. 4 ACCIPE praevenit petitionem dicendo 'accipe', et hoc cum gestu offerentis dicitur. 5 EM hoc est quod ait (38) 'confeci: affero'.

53 1 LECTUM EST absolute, nam non dicit quid. (*a*) 2 LECTUM EST Lucilius (Marx 1199) 'lecti omnes: Atticon hoc est'. 3 LECTUM EST CONVENIET NUMERUS ordine: prius enim qualitas, deinde numerus pecuniae spectari solet: 4 (LECTUM EST CONVENIET NUMERUS QUANTUM DEBUI) tribus modis debitum pecuniarium solvitur: pensione, spectatione, numero. (*a*) 5 LECTUM EST 'lectum' bonum vel splendidum, ut (Verg. Aen. 10. 641) 'arma Serestus lecta refert humeris', quamvis quidam putant 'lecta' ab eo quod est lego dicta. 6 QUANTUM DEBUI pro 'debitum tibi a me est'.

1 *a* utrum debitum an argentum. 4 *a* quocirca 'lectum est' ,conveniet numerus quantum debui'.

54 4 AMO TE ET N. N. H. G. hoc pro gratiarum actione ponitur, et ostenditur vere necessariam fuisse pecuniam. 5 NON NEGLEXISSE <H. G.> in Andria (42) 'et id gratum fuisse adversum te habeo gratiam'.

1 AMO TE ET NON NEGLEXISSE H. G. amat quod reddiderit pecuniam, agit gratias quod diligenter. 2 Et quare? utrum quia condictum non fefellerit an quia lectum attulerit et numero congruenti? 3 Et recte dixit, nam redhibitio debiti hoc agit, ut etiam agamus gratiam.

55 1 PRAESERTIM UT NUNC SUNT MORES sic et illud dictum est (An. 62) 'namque hoc tempore obsequium amicos, veritas odium parit', quia consuetudinis imago est vituperare praesentia. 2 ADEO RES REDIT figurate poeta loquens 'adeo res redit' dixit; 3 et proprie redisse res dicitur, cum aliquid peius ab exspectatione contigit.

56 1 SI QUIS QUID REDDIT M. H. E. G. id est: etsi non rem magnam, magna habenda est gratia. (*a*) 2. SI QUIS QUID REDDIT MAGNA H. <E. G.> hoc qui interrogative pronuntiaverit, parum belle explicat conceptam sententiam.

1 *a* hoc enim significat 'quid reddit'. 3 HABENDA EST GRATIA deest 'ei'.

57 1 SED QUID TU ES TRISTIS hic admonemur omnem ab initio sermonem Getae quasi satagentis et anxii pronuntiari accommodatis praesertim ad vultum verbis, nam et (51) 'si quis me quaeret' et (52) 'at ego obviam conabar tibi, Dave' et (54) 'amo te et non neglexisse habeo gratiam' in se quoddam contractioris animi occupatique signum habent. 2 SED QUID TU ES TRISTIS 'sed' particula transitum significat ad mentionem alterius rei. 3 SED QUID TU ES TRISTIS EGONE NESCIS QUO IN M. descensus ad argumentum ab eo sermone, qui extrinsecus a poeta informatus est, ne nuda appareret σύνθεσις comoediae; et est ἀποσιώπησις. 4 NESCIS QUO IN METU QUANTO IN PERICULO et pronuntiantis et interrogantis potest esse. 5 NESCIS QUO IN METU duae perturbationum bigae sunt: a malo una, ex cupitis altera, ergo a mali bigis praesentis temporis periculum esse dicimus et futuri metum. 7 NESCIS QUO IN METU ET Q. I. P. S. vix alterum sustineri potest eorum, quae nunc utraque posuit et 'metum' et 'periculum'.

6 * NESCIS QUO IN METU pronuntiative magis quam percontative efferendum est, sic enim solemus de magnis rebus dicere.

58 QUID ISTUC EST fac hunc scire et narrandi non erit locus, necessario igitur ignarus inducitur Davus.

59 1 MODO UT TACERE POSSIS e re argumenti est celari id, quod Antipho non coactus sed volens duxit uxorem. 2 MODO UT TACERE POSSIS 'ut' pro 'ne non'; quod si est, subaudiendum est 'vide' aut quid tale. 3 MODO UT TACERE POSSIS 'modo' pro 'tantummodo', ut (Verg. Aen. 3. 116) 'modo Iuppiter adsit. 4 ABI SIS <INSCIENS> 'insciens' nunc pro inscito posuit, 5 vel inscientem modo stultum dicit, alias (Andr. 782) ignarum.

60 1 CUIUS TU FIDEM IN PECUNIA PERSPEXERIS sententiose dixit, quasi in omnibus credendum sit servaturum fidem esse eum, qui in pecunia servaverit. 2 Et hoc ideo interposuit, ne longus esset, dum persuadet ut dicat, quemadmodum in aliis fabulis. 3 CUIUS TU FIDEM IN PECUNIA P. proprie locutus est de pecunia et 'fidem' dicendo et 'credere', nam fides est eorum quibus datur, creditores dicuntur ipsi qui dant. 4 IN PECUNIA a maiore ad minus.

5 * PERSPEXERIS non 'inspexeris' sed 'perspexeris' quod plus est dixit.

61 1 VERERE VERBA EI CREDERE 'verba' cum pronuntiatione dicit, ut ostendat multum distare inter pecuniam et verba. 2 UBI QUID MIHI LUCRI EST TE FALLERE a coniectura: cui <bono>? 3 et bene, quia servus nihil de honestate dicit. 4 UBI QUID MIHI significantius dixit 'quid' quam si diceret 'nihil'.

62 1 ERGO AUSCULTA 'ergo' nunc velut increpatio tarde facientis est, (*a*) sic Vergilius (Aen. 2. 707) 'ergo age, care pater, cervici imponere nostrae'. 2 HANC OPERAM TIBI DICO auscultandi scilicet et audiendi operam. 3 HANC OPERAM TIBI DICO plus est 'dico' quam 'do': dicatur perpetuo, datur ad tempus [1].

1 *a* quia hic igitur obloquendo impediverat narraturum, 'ergo' dixit.

63 2 SENIS NOSTRI D. F. mirum compendium narrationis quasi per interrogationem fecit, ne ex alto repeteret, sic Vergilius (Aen. 2. 81) 'fando aliquod si forte tuas pervenit ad aures B. n. P. et in f. g.' et 'nostin hanc, quam amat frater?' in Eunucho (563).

1 * SENIS NOSTRI DAVE FRATREM <M.> dicendo 'senis' ostendit et adulescentem se domimum habere, dicendo 'nostri' ostendit

[1]) Cf. adnot. ad h. schol.

esse et alienum, dicendo 'fratrem' non unum esse monstravit, dicendo 'maiorem' etiam minoris facit indicium, sic argumenti partem maximam nondum narrans in ipsa iam interrogatione transegit: haec autem omnia propter populum sic aguntur; ideo ille 'quidni?' dicit, ne sit opus pluribus verbis.

64 1 QUIDNI QUID EIUS GNATUM PHAEDRIAM non dixit 'quid? Phaedriam?', sed addidit 'eius gnatum', ut magis docere quam interrogare videretur. 2 QUID EIUS GNATUM PHAEDRIAM deest 'nosti'.

65 1 TAM QUAM TE O varietas: illic 'quidni?', hic 'tam quam te'! 2 EVENIT SENIBUS AMBOBUS SIMUL ITER non 'evenit iter', sed 'evenit ut iter esset'. 3 SIMUL uno tempore.

66 ILLI IN LEMNUM UT ESSET recte tacetur cur Chremes ierit et dicitur cur Demipho: utrumque pro argumento est.

67 1 AD HOSPITEM ANTIQUUM sic Vergilius (Aen. 3. 82) 'veterem Anchisen agnovit amicum; hoc autem addidit, ut esset idonea causa navigandi seni. 2 SENEM PER EPISTOLAS PELLEXIT 'epistolas' dicendo ostendit non semel scripsisse.

68 1 PELLEXIT induxit; sic Vergilius (Aen. 2. 90) 'pellacis Ulixi'. 2 MODO NON MONTES AURI P. proverbialis *ὑπερβολή* facta per exceptionem aut per superlationem aut aequam collationem; eiusmodi est illud Demosthenis (Olynth. 1. 2) '*μόνον οὐχὶ λέγει φωνὴν ἀφιείς*'. 3 MODO NON MONTES AURI P. Sallustius (Cat. 23. 3) 'maria montesque polliceri coepit'. 4 MODO NON MONTES A. P. more veterum, quia hospites hospitibus multa donabant.

69 1 QUI TANTA ERAT RES 'qui' dativus casus est: dominone tuo, inquit, haec pollicebatur, cui t. e. r.? 2 CUI TANTA ERAT R. deest 'eum', ut sit: eum pellexit, cui tanta erat res. 3 ET SUPERERAT plus est superesse quam esse. 4 DESINAS SIC EST INGENIUM necessaria est ad fabulae *περίστασιν* avaritia Demiphonis, ut maiore periculo illo absente duxerit filius indotatam, nam mox dicturus est (120) 'illene indotatam virginem atque ignobilem daret illi?'

70 1 SIC EST INGENIUM bona praeparatio, qua et dives et avarus describitur Demipho, ut indotatas nuptias filii ferre non possit. 2 SIC EST INGENIUM recte: non enim fortuna, inquit, avarus sed natura. 4 O REGEM ME ESSE OP. ostendit *ἐν ἤθει* pauperum affectiones, qui sese solos uti divitiis scire aiunt, si eas habeant. 5 O REGEM ME ESSE OP. 'me' acue.

3 SIC EST INGENIUM omnium an domini? sed domini magis.

71 1 ABEUNTIS AMBO HINC et 'hinc' et 'hic' legitur; et est ordo: hic relinquunt filiis.

72 1 RELINQUUNT id est non secum abducunt. 2 QUASI MAGISTRUM bene 'quasi', quia non complebit hoc ipsum nec vult esse. 3 MAGISTRUM sic Latini, quem Graeci 'paedagogum'.

71 2 FILIIS propter filios.

72 4 O GETA PROVINCIAM C. D. acquisitae bello longe ab Italia regiones provinciae dictae a porro et vincendo; ad quas praetores quia cum officio mittebantur, officia quoque provinciae nominabantur. 5 O GETA PROVINCIAM splendide 'provinciam' dixit.

74 1 MEMINI RELINQUI ME D. I. M. sic Vergilius (Aen. 12. 539) 'nec di texere Cupencum Aenea veniente sui': hoc Asper, sed mihi videtur ad hoc addidisse 'meo', ne esset *ἀμφίβολον*, cui diceret 'irato deo', Naevius in Stalagmo (Ribb. com.[3] p. 21) 'nisa [1]) deo meo propitio meus homo est'. 4 Et sic dixit 'memini relinqui', ut in Andria (429) 'memini videre' et 'memini me fieri pavum' Ennius (ann. 1 fr. 17 M. = v. 15 V.[2]).

2 MEMINI RELINQUI ME DEO IRATO MEO domino dicit an vere 'deo'? 3 Et bene 'meo', ne esset ἀμφίβολον.

75 QUID VERBIS OPUS EST repente infertur 'quid verbis opus est?' et satis moraliter.

76 1 SENI FIDELIS DUM SUM opportune 'seni' dixit, ut ostendat quam stultum sit seni adversum iuvenes fidelem esse. 2 SENI FIDELIS DUM SUM fidus est amicus, fidelis servus.

3 SCAPULAS PERDIDI plus est 'perdidi' quam si diceret 'dolui'. 4 Et bene rettulit πρὸς τὸ 'fidelis': fidelis enim officium est servare aliquid.

77 1 VENERE IN MENTEM MIHI I. venire in mentem non ad recordationem tantum dicitur, sed ad reputationem et intellegentiam. 2 NAMQUE INSCITIA EST ADVERSUM ST. C. hoc dictum et superioris personae potest esse et alterius.

78 1 ADVERSUM STIMULUM CALCES *παροιμία* cum *ἐλλείψει*: deest enim 'iactare'; 2 et 'stimulum' pro domino adulescente posuit. 3 CALCES modo 'calces' non partes plantae, sed percussiones pedum plagasque significat; aliter Vergilius (Aen. 5. 324) 'calcemque terit iam calce Diores'.

---

[1]) Cf. Wessn. in v. l.

79 SCISTI UTI FORO secundum illos negotiatores, qui ante locum commercii non praescribunt, quanto vendant quae advehunt, sed secundum annonam fori, quam deprehenderint, consilium de vendundis aut non vendundis mercibus sumunt. 2 SCISTI UTI FORO forum pro tribus intellegitur: loco, tempore et persona; scisti, inquit, his uti; et est vulgare proverbium, sensus autem hic est: scisti, inquit, quid te facere oportuerit.

80 1 PRIMO HIC PHAEDRIA bene additum 'primo', quia non perpetuo. 2 NOSTER NIHIL MALI QUICQUAM tertium παρέλκον, ut in Hecyra (67) 'nam nemo quisquam illorum, s., a. <t.> v.' 3. NOSTER NIHIL MALI QUICQUAM 'noster, πρὸς ἀντιδιαστολὴν Phaedriae, qui non noster.

81 CONTINUO QUANDAM bene 'continuo', quasi vix exspectaverit pro fectionem patris. 2 PUELLULAM CITHARISTRIAM istis nominibus hoc agit, ut causa amoris et ex aetate et ex arte puellae videatur. (*a*)

2 *a* nam ideo 'puellulam' dicit.

82 1 AMARE COEPIT PERDITUS legitur et 'perdite'. 2 Et 'amare perdite' utpote 'puellulam' et 'citharistriam'.

83 1 EA SERVIEBAT LENONI I. et honeste et cito dixit 'serviebat lenoni impurissimo': et quare non fuisset libera et cuius fuisset ancilla et qualis hominis fuerit demonstravit. 2 EA SERVIEBAT LENONI <I.> magna praeparatio ad rerum difficultatem imminentium: puella citharistria, avarus leno, amator perditus, inopia.

84 ID CURARANT PATRES expedite dixit 'patres', si enim patrem eius tantam dixisset, restabat, ut ei per patrui filium succurreretur, et ideo dixit ambos non habuisse.

85 NISI OCULOS PASCERE hoc enim solum erat, quod leno non venderet.

86 1 SECTARI IN LUDUM DUCERE ET REDUCERE bene cavillatus est 2 et ioculariter in adulescentem, cui aetas ad philosophos sectandos apta erat (*a*); 3 sed 'sectari' proprie, ut taurus buculam et aries ovem: Vergilius (Ecl. 2. 65) 'trahit sua quemque voluptas' [1]). 4 REDUCERE σύλληψις prima: 'a ludo' enim subauditur.

2 *a* hinc et philosophorum sectae.

---

[1]) Exemplum non tam concinnum quam Donatiana vulgo esse solent.

87 1 NOS OTIOSI OPERAM DABAMUS cum τύπῳ dixit 'nos' velut magistrum excusans obsequentem ei, cui custos sit datus, et ideo addidit 'otiosi'. 2 NOS OTIOSI relatio ad illud, quod mox otiosi non erunt [1]. 3 NOS OTIOSI OPERAM DABAMUS aut ad pudorem sumitur hoc pronomen in plurali numero aut ad dignitatem; sed nunc potest 'nos' et propter Antiphonem dixisse. 4 NOS OTIOSI OPERAM DABAMUS Apollodorus 'ἡμεῖς δέ συνεπεμελούμεθα' [2]. 5 OPERAM DABAMUS PHAEDRIAE ille amicae, nos illi.

88 1 IN QUO HAEC DISCEBAT LUDO figurate <τῷ> 'in quo haec discebat ludo' additum est 'ei loco'. 2 EXADVERSUM EI LOCO legitur et 'illico', et annotatur 'ex abundanti additum, ut apud veteres multa sunt'. 3. EXADVERSUM EI LOCO παρέλκον quartum.

89 1 TONSTRINA ERAT apta sedes otiosis. 2 TONSTRINA ERAT QUAEDAM παρέλκον tertium 'quaedam'. 3 HIC SOLEBAMUS FERE PLERUMQUE παρέλκον tertium 'fere plerumque'.

90 1 DUM INDE IRET DOMUM (*a*) 2 *Et* 'iret domum' pro 'rediret'.

1 *a* ad se scilicet. 3 Vel certe 'iret <d.>' figura παρέλκον.

91 1 DUM SEDEMUS proprie 'sedemus' ut in tonstrina. 2 ILLI INTERVENIT 'illi pro 'ibi' ut (Verg. Aen. 2. 548) 'illi mea tristia facta'. 4 INTERVENIT ADULESCENS QUIDAM LACRIMANS Apollodorus tonsorem ipsum nuntium facit, qui dicat se nuper puellae comam ob luctum abstulisse, quod scilicet mutasse Terentium, ne externis moribus spectatorem Romanum offenderet.

3 Et nota 'illi' pro 'illic'.

92 1 NOS MIRARIER recte 'mirarier': <mirae> enim in adulescentibus lacrimae, ut contra (Verg. Ge. 3. 67) 'tristisque senectus'. 2 NOS MIRARIER ut (Aen. 4. 421) 'solam nam perfidus ille te colere'.

93 1 ROGAMUS QUID SIT <q u i d s i t> q u o d l a c r i m e t, non q u i d s i t i p s e, ut stulti putant. 2 NUMQUAM AEQUE INQUIT AC MODO mire ostendit semper sibi hoc visum quod dicit, sed 'numquam aeque'.

94 PAUPERTAS MIHI ONUS VISUM EST statim fit mentio paupertatis, ut sit causa fallaciae Phormionis.

95 1 MODO QUANDAM VIDI VIRGINEM bene 'quandam', ne ob fami-

---

[1]) Scholium suspectum.

[2]) Van Leeuwen: legendumne ἀνειμένως δ' <αὐτῷ> συνεπεμελούμεθα, aut ἡμεῖς δ' <ἀνέδην αὐτῷ> συνεπ.?

liaritatem laudare videretur. 2 HIC VICINIAE adverbium in loco est, cuius ad locum 'huc viciniae' (Andr. 70). 3 Et statim proximitas insinuatur, ut sit spes et causa videndi [1]).

96 2 *Et* subdistinguendum, ut ad 'virginem' referatur. 4 *Et* LAMENTARI MORTUAM ambiguitas, sed sensu manifesta.

1 MISERAM ab affectu. 3 LAMENTARI MORTUAM a probitate, quae piis attribuitur.

97 1 EA SITA ERAT 'sita' posita: Sallustius cum adiectione in II (Hist. fr. 1 M.) 'cum praedixero positum insulae', et hoc eius reciprocum est. 2 EA SITA ERAT EX ADVERSO expositio paupertatis et quam facile virgo videri possit.

98 1 NEQUE NOTUS NEQUE VICINUS *αὔξησις* secunda fit, quia res minuitur, crescit sententia: Sallustius (Hist. fr. inc. 10 M.) 'non repugnantibus modo, sed ne deditis quidem a. b. e. m.' 2 NEQUE VICINUS *ἀναφορά*. 4 NEQUE NOTUS NEQUE VICINUS EXTRA V. A. haec descriptio paupertatis adiuvat argumentum, ut et visere audeant adulescentes virginem et amet Antipho.

3 NEQUE NOTUS NEQUE VICINUS EXTRA <V. A.> haec praestruuntur, ut sit spes potiundae virginis.

99 1 QUI ADIUVARET FUNUS ipsum officium 'funus' dixit. 2 MISERTUM EST hoc est; misertus sum eius, et hic videtur ostendisse cur lacrimaret.

100 2 VIRGO IPSA bene 'ipsa', quia quod supra dixit, non ad ipsam, sed ad eventum eius pertinebat. 3 QUID VERBIS OPUS EST sic dicit Terentius, ubi ad effectum properat.

1 VIRGO IPSA FACIE EGREGIA a forma indignatio.

101 1 COMMORAT OMNES NOS pro 'commoverat': figura *συγκοπή*, 2 et bene 'omnes', quia res <non> ad Antiphonem tantum. 3 IBI CONTINUO ANTIPHO hic reddit nomen adulescentis; et est *παρασκευή*.

102 1 VULTISNE EAMUS VISERE ut (Verg. Aen. 1. 527) 'populare penates venimus'. 2 VULTISNE EAMUS ipse hortator inducitur, qui amaturus est. 3 ALIUS CENSEO Phaedria vel quilibet.

104 1 VIRGO PULCHRA bene non dixit 'videmus virginem pulchram', sed *ἀπὸ τῆς καταπλήξεως* 'virgo pulchra': illud enim fri-

---

[1]) Vide schol. quartum p. 231, post v. 102.

gidius, hoc concitatius. 2 ET HIC MAGIS DICERES 'diceres' pro 'crederes', ut 'audacter dicito' saepe Plautus (Capt. 401; Merc. 726).

102 4 ALIUS CENSEO EAMUS DUC NOS SODES IMUS VENIMUS haec omnia diversi dicunt, et apparet tot esse homines, quot per μίμησιν ἀσύνδετα demonstrantur dramatica relatione.

95 4 MODO QUANDAM VIDI VIRGINEM vide sic agi, ut non tam morte mulieris quam solitudine pulchrae virginis moveatur affectus, simul et ea describi, quae matronae futurae magis conveniant quam quae temere amanda sit, nam hic obitus feminae ad comicum exitum spectat, quandoquidem plus ex morte eius securitatis quam molestiae sentiat argumentum [1].

105 NIHIL ADERAT ADIUM. proprie 'aderat'. (*a*)

a a d e s t enim id quod adiuvat.

106 1 CAPILLUS PASSUS singularem numerum pro plurali posuit, sic et alibi (Heaut. 290) 'capillus pexus, prolixus, circum caput reiectus neglegenter', 2 (*a*) ut pars magna a Graeca oratione profluxit haec dictio. 3 CAPILLUS PASSUS IPSA HORRIDA et LACRIMAE ad luctum pertinent, NUDUS PES et VESTITUS TURPIS ad pauperiem.

2 *a* PASSUS temere dispersus.

103 1 IMUS VENIMUS VIDEMUS VIRGO PULCHRA ἀσύνδετα κατὰ βραχυλογίαν.

104 4 <IMUS VENIMUS VIDEMUS VIRGO PULCHRA> συντομία μετ' ἐναργείας.

3 VIRGO PULCHRA ἀπὸ τῆς καταπλήξεως. 5 Et duo ingentia, et virgo et 'pulchra'.

103 2 IMUS VENIMUS V. V. P. ἀσύνδετον primum per βραχυλογίαν.

106 4 CAPILLUS <P.> N. <P. I. H.> quasi extra ipsam est enim, quod dicitur 'nudus pes' et 'capillus passus', et tale est apud Vergilium (Ge. 387) 'illum autem, quamvis aries sit candidus ipse, nigra subest udo tantum cui lingua palato, reice'. sic alibi (Ge. 2. 296) de arbore 'tum fortes late ramos et bracchia tendens huc illuc media ipsa ingentem sustinet umbram' et (Aen. 3. 612) 'ipse arduus'. 5 CAPILLUS PASSUS NUDUS PES facetius, quam si pluraliter dixisset, Vergilius (Aen. 5. 402) 'quibus acer Eryx in proelia suetus ferre manum'.

107 1 LACRIMAE VESTITUS TURPIS ἀσύνδετον tertium. 3 UT NI VIS

[1]) De mortibus comicis cf. Ad. 105.3, 106.2, Hec. 171.2, Ph. 750.2 et 244.1.

BONI IN IPSA INESSET F. H. <F. E.> fornum veteres ignem et calorem quendam quasi fervorem dixerunt, et ideo fornaces, forcipes, formam et formosos, ex quibus amoris ignis exsolvitur, laudandus ergo Terentius proprietate servata, qui cum 'formam' praetulisset, subiecit 'exstinguerent'.

2 UT NI VIS BONI plus est 'vis boni' quam 'bonum'. 4 Ergo et Vergilius sic ait (Ecl. 3. 66) 'at mihi sese offert ultro meus ignis Amyntas'.

108 1 IN IPSA INESSET FORMA HAEC FORMAM EXSTINGUERENT figura πλοκή: aliud enim supra, aliud infra 'forma' repetita significat. 2 IN IPSA INESSET F. geminavit praepositionem, ut alibi (Eun. 59) 'in amore haec omnia insunt vitia'.

3 EXSTINGUERENT bene 'exstinguerent', quia forma calor. 4 Et 'forma' ab igne et calore dicta est.

109 1 ILLE QUI ILLAM AMABAT bene 'illam', quia iam supra insinuavit personam citharistriae. 3 FIDICINAM supra (82) 'citharistriam'. (*a*) 4 TANTUMMODO SATIS INQUIT sensus est: laudavit tantummodo, non etiam raptus est in amorem.

2 ILLE QUI ILLAM AMABAT ratio, cur non amaverit virginem. 3 *a* ergo indifferenter.

110 1 SATIS INQUIT SCITA magna laus, formam amanti aliam placuisse. 2 NOSTER VERO ἀποσιώπησις, quae succurrit, quotiens verba rebus minora sunt. 3 SATIS INQUIT SCITA 'scita' bella, ut in Andria (486) 'scitus puer est natus Pamphilo'.

111 1 AMARE COEPIT ille, inquit, laudavit tantum, hic amare coepit; 2 et bene 'coepit', non 'amavit', ut ostendat vim amoris non parvam esse et rem quae semel suscipi possit. 3 SCIN <QUAM> ἀποσιώπησις, qua in narrationibus in compendium Terentius uti solet. 4 SCIN QUAM 'amare coepit' subauditur. 5 QUO EVADAT VIDE 'evadat' perveniat, nam evadere est per obstantia pervenire.

112 1 POSTRIDIE AD ANUM RECTA PERGIT hoc praestruens aniculae (98) fecerat mentionem. 2 Et bene memor et virginis et honestae non ipsam adiri facit sed anum, neque ab ipsa peti fructum voluptatis, ex cuius persona maior desperatio nascebatur, sed a nutrice potius, per quam suaderi puellae posse creditur quicquid libet. 3 POSTRIDIE AD ANUM RECTA ἐμφατικῶς statim, ut qui posthabuerit omnia alia.

4 RECTA quia non per nuntium.

113 1 UT SIBI EIUS FACIAT COPIAM vide, ut nihil de virgine speret, qui omnia ab anicula petat.

2 ILLA ENIM SE NEGAT 'facturam copiam' subauditur.

114 1 NEQUE ENIM AEQUUM AIT FACERE non quia amet, sed quia petat. 3 ILLAM CIVEM ESSE ATTICAM 'illam' cum ἐμφάσει vel αιρης [1] dixit, quasi dicat quam sic contemnant, eam esse civem Atticam. 4 CIVEM <ESSE ATTICAM BONAM 'civem'> quod ad iura pertinet, 'bonam' quod ad ipsam.

2 NEQUE ENIM AEQUUM AIT FACERE quod peteret scilicet.

115 1 BONAM non vilem, quia boni non viles. (*a*) 2 BONIS PROGNATAM quod ad maiores eius. 3 SI UXOREM VELIT recte subiunxit 'si uxorem velit', postquam in virgine ea praetulit, quae solent ornare nuptas.

1 *a* unde superlativus gradus optimates facit, quia bonus melior optimus dicitur.

116 1 LEGE ID LICERE FACERE incerta distinctio est, utrum 'uxorem velit lege' an 'lege id licere facere'. 2 [SIN ALITER NEGAT] [2]) et pudice anus et tamen illecebrose 'licere facere' dixit, quod ille impudentius petit, ut sibi eius faciat copiam. 3 [SIN ALITER NEGAT] σύλλημψις: 'facturam' ex eo quod sequitur 'facere' (v. 64).

117 1 NOSTER QUID AGERET NESCIRE proposita deliberatio, cuius tamen altera pars vincet; nam ducturus est per absentiam patris. 2 QUID AGERET NESCIRE pro 'nesciebat'; sed recte, quia subiuncturus est 'cupiebat' et 'metuebat'.

118 METUEBAT proprie dixit: metuimus enim eos, qui nos amant, timemus etiam inimicos.

117 3 ILLAM DUCERE CUPIEBAT ET METUEBAT vide ambiguitatem, qua sequentia non coguntur.

119 1 NON SI REDISSET EI PATER VENIAM bene interrogat Davus: hoc enim <si> sperari posset, non erat opus fraudibus Phormionis. 2 NON SI RED. 'si' pro 'postquam', ut (Verg. Aen. 5. 64) 'si nona diem mortalibus al'.

3 NON SI REDISSET EI PATER VENIAM 'si' cum, <ut sit: cum> redisset.

120 1 ILLENE INDOTATAM VIRGINEM ἐμφατικῶς 'ille', de quo dixerat (69) 'desinas: sic est ingenium' et qui propter spem lucri navi-

---

[1]) Wessn. in v. lect.

[2]) Schol. pertinet ad 113: 'illa enim se negat'. Wessn. in app.

gaverat senex. (*a*) 2 Et ordine Terentius prius insinuavit personam senis, ut graviora fierent, quae dirimebant nuptias. 3 ILLENE INDOTATAM VIRGINEM ATQUE IGNOBILEM duo dixit, et 'indotatam' et 'ignobilem'; haec enim duo principaliter expetuntur, cum sint quattuor, quae in ipsis sponsis quaeruntur: forma, probitas, dos, nobilitas; sed manifestum est, cur de forma et probitate nihil dicat, quippe quae supra magnopere collaudaverit in puella. 4 VIRGINEM simpliciter accipimus 'virginem', an subaudibimus 'quamvis', ut sit: quamvis virginem?

1 *a* insinuandum igitur fuit: hoc enim erit omne periculum fabulae.

121 1 DARET ILLI BONO affectu dixit 'daret illi?' filius enim familias non tam ducit uxorem quam a patre accipit, quippe cum patri committatur puella potius in huiusmodi condicionibus quam marito. 2 DARET ILLI NUMQUAM FACERET ἀποσιώπησις secunda: hic enim non transit ad aliud, sed instat incepto, ut et per interrogationem diceret 'daret illi?' et per responsionem inferret 'numquam faceret'. 3 Et nota 'numquam' pro 'non' in maiorem negationis significantiam poni semper. 5 QUID FIT DENIQUE more suo Terentius 'denique' posuit in fine sensus [1]), et est adverbium ordinis; sic et in Heautontimorumeno (69) 'fodere aut arare aut aliquid ferre denique', ut sit 'denique' vel deinde vel ad postremum.

4 DARET ILLI mire 'daret', ut ostenderet nihil esse potestatis in filio.

122 1 QUID FIAT deest 'rogitas', et est ἀποσιώπησις quarta. 2 EST PARASITUS QUIDAM PHORMIO 'Phormio' non a formula sed a phormione dictus sparteo, quem nos eronem dicimus trivialiter et pro consuetudine. 3 QUID FIAT servatur affectus tristis hominis, ut supra (57) ait 'sed quid tu es tristis?'

123 1 HOMO CONFIDENS 'homo' comice additum, nam quis ignoret parasitum hominem esse? 2 CONFIDENS hic 'confidens' pro improbo, audaci et temerario posuit, ut (Andr. 876) 'o ingentem confidentiam!' 3 QUI ILLUM 'qui' utinam est, ut Lucilius in secundo 'qui te, montane, malum' etc. (Marx 56). (*a*) 4 QUI ILLUM DI OMNES PERDUINT 'qui' aut expletivum est aut pronomen, quo inci-

---

[1]) Cf. 325.2: in ultima sententia.

piens Phormionem describere cohorruit consideratione eius et in hanc vocem quasi confusus erupit; hoc autem certum genus est *παρενθέσεως*.

3 *a* pergit autem per 'hoc consilium quod dicam dedit' (124).

124 1 QUID IS FECIT correxit interrogative errantem, ut rediret ad nominativum casum 'qui', <unde> aberraverat et 'illum' dixerat.

125 1 LEX EST haec lex ut in palliata recte ponitur, nam Graecorum fuit, ideo et in Andria (71) sic ait 'inopia et cognatorum neglegentia coacta'. 2 LEX EST alia causa narrationi interponitur, et dicitur *παρένθεσις*.

3 LEX EST a causa litis: potuit enim dici 'non habes causam'.

124 2 HOC CONSILIUM QUOD DICAM secundum quosdam ordo est: qui hoc consilium quod dicam dedit.

125 4 UT ORBAE QUI SUNT GENERE PROXIMI 'orba proximo nubat, orbam proximus ducat' Atticum ius est. (*a*)

4 *a* et est ordo: lex est, ut orbae his nubant.

126 1 EADEM HAEC LEX IUBET non duas res iubet haec una lex, sed puellis permittit nubere, cognatos cogit ducere. 2 EADEM HAEC LEX IUBET bene 'iubet': minorem vim habet enim ea lex quae aliquid permittit, quam ea quae aliquid iubet. 3 ET ILLOS DUCERE bene additum: nihil enim ad rem, si ducendi necessitas non fuisset.

127 2 EGO TE COGNATUM DICAM ET TIBI S. D. *ἀπογραφηντοναι* [1]. 3 Haec narratio est, quam dicit Tullius (cf. de invent. 1. 27) <in personis> constitutam, et ipse 'tibi uni parcam' inquit in Verrinis (5. 105); repente enim transitur ad verba personarum ab earum descriptione, sed hoc ipsum ad commovendos auditores valet plurimum. 5 ET TIBI SCRIBAM DICAM Cicero (Verr. 2. 37) 'scribitur Heraclio dica'. 6 DICAM supra verbum, infra nomen est totidem litteris diverso accentu 'dicam'.

1 EGO TE COGNATUM DICAM ET TIBI S. D a persona eius, cum quo agitur: potuit enim dici 'quid mecum est tibi?' 4 ET TIBI SCRIBAM DICAM a denuntiatione in personam, ne diceret 'non mihi denuntiasti'.

128 PATERNUM AMICUM ME A. a persona litigantis: potuit enim opponi 'personam non habes'.

---

[1] Wessn. in v. lect. Leeuwenius suspicatur in Graecis litteris latere aliquam artis grammaticae formulam.

129 QUI FUERIT PATER 'qui' hic pronomen est, infra (133) quomodo significat.

130 1 QUAE MATER virginis scilicet. 2 QUI COGNATA TIBI SIT 'qui' quo modo et qua ratione. 3 OMNIA HAEC CONFINGAM 'omnia haec' non ex abundanti posuit, sed oratorie quasi tam multa; et Sallustius in Iugurta [1] (85, 4) 'haec omnia praesidio absunt'.

3 *a* et est ἀριθμός nam post enumerationem veteres haec dicebant.

131 1 QUOD ERIT τὸ 'confingam'. 3 QUOD ERIT MIHI BONUM ATQUE COMMODUM totum ioculariter parasitus, quippe qui 'confingam' dicens non solum non erubuerit de falsiloquio, sed quasi praeclari facinoris inceptionem etiam auspicatus sit omenque susceperit dicendo 'quod erit mihi bonum atque commodum'; sic enim veteres 'quod faustum felixque sit' dicebant aliquid aggressuri.

2 QUOD ERIT MIHI BONUM ATQUE COMMODUM <totum> ἐν ὑποκρίσει: quod mihi, inquit, faustum ac felix erit, hoc est confingere atque mentiri,

132 1 CUM TU HORUM NIHIL REFELLES VINCAM SCILICET [2]) hoc interrogative pronuntiandum est. 2 REFELLES refutabis, redargues, nam prorsus refellere est redarguere falsitatem.

133 1 PATER ADERIT MIHI PARATAE LITES Q. M. mire συκοφαντεῖ: quod maxime alter metueret, hic pro ridicula re contempsit 'pater aderit' et 'paratae lites'; exquisite autem subiectum est, cum supra dixerit 'mihi paratae lites', 'quid mea?' 2 PATER et LITES ut Antiphoni formidanda ista sunt, ita ridicula parasito.

134 1 ILLA QUIDEM NOSTRA ERIT ἠθικῶς 'nostra', cum Antiphonis tantum esse debeat. 2 IOCULAREM AUDACIAM εἰρωνεία κατὰ ἀντίφρασιν, hoc est minime iocularem.

3 An quae ex ludo et ioco in periculum veniat?

135 1 PERSUASUM EST HOMINI hic iam de Antiphone queritur, cui persuasum sit. 2 FACTUM EST adeo audax Phormio. 3 VENTUM EST ἐφεξήγησις: quomodo factum est? 'ventum est: vincimur: duxit'.

134 4 IOCULAREM AUDACIAM deest 'audio ex te' aut 'dicis'.

135 5 FACTUM EST V. <E.> V. D. amat hoc Terentius, ut (Eun. 693) 'it, lavit, rediit' <et> (Phorm. 103) 'imus, venimus, videmus' et (Andr. 100) 'funus interim procedit, sequimur, ad

---

[1]) Sic Wessn., quod etiam Hec. 766.2 reponendum est.

[2]) Scholium pertinere videtur ad seq. vv.: 'pater aderit, mihi paratae lites', quae interrogative pronuntiari apte poterant.

sepulcrum venimus, in ignem posita est, fletur'; his verbis non modo brevior narratio est, sed etiam auditoris animum ad id, quod restat, intendit.

4 FACTUM EST VENTUM EST VINCIMUR DUXIT ἀσύνδετον ut supra (103) 'imus, venimus, videmus'.

136 1 QUID NARRAS admirantis vox est, non interrogantis. 2 HOC QUOD AUDIS [1]) sic pronuntia, quasi periturum contempleris Getam et iam eum sub certo interitu defleas. 3 O GETA QUID TE EST FUTURUM scilicet qui magister relictus sis Antiphoni.

137 1 NESCIO HERCLE UNUM HOC SCIO QUOD FORS FERET FER. AE. A. ἠθικῶς: desperatione rerum fortis est servus, 2 et simul vigilavit poeta, ne, si et hic eiularet, res tota migraret in tragoediam.

138 1 QUOD FORS FERET FEREMUS A. A. hae graves sententiae ex persona servorum cum dicuntur, ridiculae sunt et eo consilio interponuntur. 2 FEREMUS AEQUO ANIMO hoc secundum servos, qui futura contemnunt; 3 et mire meritum culpae suae ad fortunam rettulit.

139 1 EM ISTIC VIRI EST OFFICIUM compendium consolationis est, quod hic libenter accepit et ideo statim approbat. 2 IN ME OMNIS SPES MIHI EST quomodo? ut strenue se defendat? an ut fugiat? an ut patiens sit plagarum?

140 1 AD PRECATOREM ABEAM bene poeta omnia tractat, quae in tali re attingenda servo essent, nisi aliud posceret argumentum. 2 AD PRECATOREM ABEAM sic in Heautontimorumeno (975) 'nec tutorem tibi nec precatorem pararis'. 3 QUI MIHI SIC ORET 'mihi oret' id est pro me oret.

141 1 NUNC AMITTE QUAESO HUNC μίμησις dicitur, ubi non verba modo, verum etiam gestum vocemque fingamus alienam. 2 NUNC QUAESO AMITTE HUNC quod nos 'dimitte', ut (Verg. Aen. 2. 148) 'amissos hinc iam obliviscere Graios' et Sallustius (Hist. fr. inc. 5 M.) 'pactione amisso Publio legato'.

142 1 POSTHAC SI QUICQUAM NIHIL PRECOR facile impetrat, qui non omnia extorquet; (a) 2 simul etiam, quia omnis causa in hoc est, ne videatur servus ob impunitatem in delictis amplius peccaturus; -- 3 POSTHAC SI QUICQUAM ut solet, eleganter per ἔλλειψιν.

---

[1]) Schol. pertinet ad vv. sequentia.

— 4 (*a*) tale est et illud (Andr. 196) 'si sensero hodie quicquam in his te nuptiis fallaciae conari' et (Andr. 863) 'si quicquam invenies <me> mentitum, occidito'. 5 NIHIL PRECOR 'nihil' pro 'non'. (*a*)

1 *a* ergo ars precatoria est mitigare praesentia, futura permittere. 4 *a* Et simul non si tantundem peccaverit, sed si vel minimum. 5 *a* sed plena negatio est 'nihil'.

143 1 UBI EGO HINC ABIERO hic ostendit nullum precatorem ex animo postulare veniam servo. 2 VEL OCCIDITO 'vel' pro 'etiam'. 3 OCCIDITO tu tantum caedere volebas: ego dico 'etiam occidito'.

144 1 QUID PAEDAGOGUS ILLE QUI CITHARISTRIAM moraliter quaerit volens audire de Phaedria, postquam de Antiphone cognovit, maxime quia haec interrogatio responsionem elicit, qua spectator instruitur ad cognoscenda cetera. 2 QUID PAEDAGOGUS ILLE Q. C. quia dixit (86) 'sectari, in ludum ducere et reducere' et quia 'puellulam' (81) dixit ab aetate, 'paedagogus ille' ait. 3 QUI CITHARISTRIAM Phaedria scilicet, quia neque abscedit a custodia puellae neque illam ipse contingit. 4 QUI CITHARISTRIAM ἔλλειψις: 'sectatur', 'amat' vel quid tale subaudiendum est.

145 1 SIC TENUITER 'sic' dicendum est cum aliquo gestu. 2 NON MULTUM HABET QUOD DET FORTASSE cum commiseratione amatoris adulescentis pronuntiandum est 'non multum habet, quod det, fortasse'.

146 1 IMMO NIHIL NISI SPEM MERAM bene 'spem', quia amat, <nam> nemo non cum spe amat. 2 MERAM solam.

147 1 PATER EIUS REDIIT AN NON Chremes scilicet. 2 NONDUM quia veniet, iam non plena negatio est. 3 QUID SENEM QUOAD EXSPECTATIS VESTRUM animadverte τὸ 'quid' secundum morem cotidianum tum dici, cum fit transitus a mentione alterius rei ad alteram, sic et supra (144) 'quid paedagogus ille?'

148 QUOAD EXSPECTATIS 'quoad' quamdiu, et recte locutus est, quia adventus finis est exspectationis.

149 SED EPISTOLAM AB EO ALLATAM ESSE AUDIVI mire paratur inopinatus subito adventus senis; nam ipse veniet, cuius epistolam sperat.

150 1 AD PORTITORES ESSE DELATAM more veterum magistri tributorum, id est publicani, operas in portu dabant, inferendarum et efferendarum rerum vectigal exigentes. 2 AD PORTITORES ad

eos, qui in portu sunt; 3 ex quo more hoc dixerit vide, Attico an Romano.

151 1 NUM QUID GETA ALIUD ME VIS absque illo, quod argento tibi a me opus fuit. 2 UT BENE SIT TIBI ἀστεϊσμός pro 'nihil'.

152 1 PUER HEUS NEMON HUC PRODIT moralis expressio, nam eos vocat, quibus initio dicebat egrediens (51) 'si quis me quaeret rufus'. 2 CAPE DA HOC DORCIO ad κωφὸν πρόσωπον loquitur. 3 DORCIO Dorcium femininum nomen est, ut Planesium, Glycerium.

3.

153 1 ADEON REM REDISSE UT QUI MIHI CONSULTUM OPTIME VELIT ESSE in hac scaena color vitae est eorum, qui quicquid immodice concupierint, spernunt postquam venerit; quod apertiore sententia ostendit poeta dicendo (172) 'nostri nosmet paenitet'. 2 ADEON REM REDISSE UT QUI MIHI comparative qualitas in hac scaena est inter Antiphonis vitam et Phaedriae; genus causae demonstrativum, contendunt autem, uter magis miser sit. 3 UT QUI MIHI C. O. V. E. PH. mira sententia, qua ostendit adulescentulos in peccatis neminem magis metuere quam eos, a quibus maxime diliguntur, simulque inducitur rerum imminentium praestructio, in qua sit audax locutor Phaedria, ut <qui> defensor futurus sit, timidus Antipho, ut qui fugiturus sit.

154 1 PATREM UT EXTIMESCAM ferienda pronuntiatio in eo quod ait 'patrem', hoc enim magis mirum est ideo patrem timeri, quia consultum optime velit. 2 UBI IN MENTEM EIUS ADVENTI VENIT nota in mentem venire veteres non recordationis causa tantum sed etiam recogitationis considerationisque posuisse. 3 UBI IN MENTEM EIUS ADVENTI VENIT sic veteres genitivo casu proferebant. 4 IN MENTEM VENIAT Cicero (Verr. 1. 17. 51) 'fac tibi paternae legis Aciliae veniat in mentem'. 5 VENIAT ADVENTI multipliciter declinatur: et <adventi et> adventus, sic et in Andria (356) 'nihil ornati, nihil tumulti'. 6 VENIAT legitur et 'venit'.

155 1 INCOGITANS temerarius; Probus 'nomen incogitans' inquit 'in usu est, at non eodem modo cogitans'. 2 ITA EX-

SPECTAREM UT PAR FUIT nota 'exspectarem' nunc opperirer, alias sperarem.

156 1 QUID ISTUC EST haec interrogatio est stomachosa extenuare volentis metum fratris; diversa enim sentit ob diversum amoris eventum. 2 QUI TAM AUDACIS FACINORIS MIHI CONSCIUS SIS proprie ad terrorem, qui de facinore loquitur, conscium dixit. 3 ROGITAS QUI TAM AUDACIS F. bene timens inducitur Antipho, ut sit causa fugiendi, ad hoc enim fugiet, ne ad amittendam coniugem cogatur a patre ante errorem fabulae patefactum.

157 1 QUOD UTINAM NE PHORMIONI gratissime non Phormioni succenset sed Phormionis invento; 2 et vide, ut et ipse se culpae subtrahat. 3 Et familiare est initia accusare rerum, quos alicuius negotii paenitet. 4 UTINAM NE PH. vetus elocutio 'utinam <ne>, ut Ennius in Medea (fr. 1. Ribb.[3] et V.[2]) 'utinam ne in nemore Pelio unquam sectae cecidissent ad terram trabes'; 5 et 'ne' non accipiendum.

158 1 NEU ME CUPIDUM EO IMPULISSET bene hoc addidit ad excusationem: potuit enim dici 'non consentires'. 2 EO IMPULISSET 'eo' scilicet ad uxorem ducendam. 4 QUOD MIHI PRINCIPIUM EST MALI bene, quasi caput mali non in amore sed in nuptiis sit.

3 An 'eo' in tantum?

159 1 NON POTITUS ESSEM more hominum loquitur: credit enim ex consequenti satietate, quod potuerit abstinere amoribus suis. 2 NON POTITUS ESSEM ἀνθυποφορὰ μονομερής 'non potitus essem'. non enim illa 'sed potiri voluisti' posuit, ut (Verg. Aen. 4. 603) 'verum anceps pugnae fuerat fortuna, fuisset', hic enim utraque pars ponitur. 3 FUISSET TUM ILLOS MIHI AEGRE ALIQUOT DIES interrogative quidam pronuntiant totum, nempe 'fuisset t. i. m. ae. a. d.?'

160 1 AT NON COTIDIANA CURA HAEC ANGERET ANIMUM amatorie loquitur Antipho, errant <igitur> qui putant eum paenitere sui desiderii — nam si hoc est, nec maritus firmus videbitur fore —; sed hoc dicit: facilius fuisse abstinere virgine intacta quam ea cum qua iam consuerit, et ideo subiungit 'dum exspecto quam mox veniat qui adimat hanc mihi consuetudinem'. 2 AUDIO per εἰρωνείαν dicitur modo a contemnente dictum Antiphonis.

3 * AUDIO omnia deridet Phaedria cupiens fructum amoris vel periculis adipisci; est ergo 'audio' εἰρωνεία pro 'non audio', hoc est: nihil dicis.

161 1 DUM EXSPECTO QUAM MOX VENIAT non quando, sed quam cito, quia timet. 2 QUI ADIMAT HANC MIHI CONSUETUDINEM mire non 'amorem', tamquam amore carere potuerit, consuetudine non possit; 3 et nota proprietatem dicti, nam consuetudo specialiter de coitu dicitur.

162 1 ALIIS QUIA DEFIT QUOD AMENT magnificentius 'aliis' quam si diceret 'mihi'. 2 TIBI QUIA SUPEREST DOLET laboravit, ut ostenderet plus esse 'dolet' quam 'aegre est'; et ideo insanum ait Antiphonem, qui in ea fortuna positus quae adversae contraria est, idem patiatur quod miser, et est figura ὑπόζευξις, nam ad utrumque 'aegre est' sufficere potuit; scire autem debemus <et> enuntiative et per interrogationem hoc ipsum posse pronuntiari.

163 1 AMORE ABUNDAS ANTIPHO hoc sic pronuntiandum, quemadmodum solet cum stomacho dici vituperanti cibum 'non esuris' aut 'pleno ventre es'; vult enim ostendere satietatis hoc esse, non ratiocinationis, quod nunc queritur Antipho.

162 3 TIBI QUIA SUPEREST D. id est: eo quod desideras abundas. 4 Ordo est: tibi dolet.

163 2 AMORE ABUNDAS ANTIPHO abundare dicitur, qui successu prospero affluit: Lucilius libro tertio (Marx 121 sq.) 'ille alter abundans cum septem incolumis pinnis r. a. r. s.'

3 AMORE ABUNDAS ANTIPHO hoc cum pronuntiatione infert.

164 1 NAM TUA QUIDEM HERCLE CERTE VITA HAEC bene 'certe', quia supra omnia cum εἰρωνείᾳ dixit. 3 'Vita' autem et mores significat et animum et alimentum et spatium vivendi et fortunam accidentem viventibus, ut modo. 4 EXPETENDA OPTANDAQUE proprie dixit 'expetenda optandaque': omnia enim quae avemus, aut industria aut voto proveniunt, hoc est: aut in nobis sunt aut in fortuna posita.

2 * VITA HAEC EXPETENDA 'vita' dixit, ut ostenderet, etiamsi non 'felicitas' sed 'vita' dicatur, optandam esse.

165 1 ITA ME DI BENE AMENT UT MIHI LICEAT necessario iurat, quia quod dicturus est solis amatoribus videtur esse credibile. 2 ITA ME DI BENE AMENT UT MIHI LICEAT TAM DIU QUOD AMO FRUI

opportunus locus, in quo ostenditur, quam magno amore sit possessus Phaedria, cui par impenditur argumentum. 3 TAM DIU QUOD AMO FRUI quam diu uxore fruitur Antipho, 4 an 'tamdiu' δεικτικόν, quasi dicat: tantum diu et tantisper, hoc est: vel tantillo tempore? [1])

5 QUOD AMO FRUI deest 'eo', ut sit: eo quod amo frui.

166 1 IAM DEPACISCI MORTE pactione transigere. 2 TU CONICITO CETERA aut 'cetera' abundat aut deest 'per', ut sit: per cetera.

167 1 QUID EGO EX HAC INOPIA NUNC CAPIAM infortunium scilicet. 2 ET QUID TU EX ISTA COPIA fructum ac felicitatem.

168 1 UT NE ADDAM παράλειψις figura, in qua velut ex abundanti enumerantur adiecta. 2 INGENUAM LIBERALEM hoc natalium, illud morum est. 3 UT NE ADDAM σχῆμα τῆς παραλείψεως. 4 UT NE quod Graeci ἵνα μή.

169 1 QUOD HABES ITA UT VOLUISTI 'voluisti' subdistinguendum est et sic legendum 'uxorem' ἐμφατικώτερον. 2 UT VOLUISTI UXOREM bona praeparatio uxoris futurae. 3 SINE MALA FAMA PALAM multi superioribus iungunt 'palam'.

168 5 SINE SUMPTU INGENUAM LIBERALEM contra ea quae patitur ista posuit omnia: huius in amore copiam, suam inopiam; huius desiderium nullo constitisse sumptu, sibi a lenone emendam puellam; huius ingenuam, suam servam; huius liberalem, suam citharistriam; hunc nactum esse, se sectari tantum; huius uxorem, amicam suam; huius amorem maritalem esse, suum velut prodigi, velut scortatoris.

170 1 NI UNUM HOC DESIT ANIMUS QUI MODESTE ISTAEC FERAT 'modeste' moderate: Sallustius libro secundo (Hist. 2 fr. 17 M.) 'modestus ad alia omnia nisi ad dominationem'.

2 MODESTE cum modo.

171 1 QUOD SI TIBI RES SIT CUM EO LENONE 'et' [2]) modo non conexiva, sed inceptiva coniunctio est: Sallustius libro secundo (Hist. 2 fr. 114 M.) 'et Poeni fere adversus a. n. e. m.' 2 SENTIAS sic alibi (Heaut. 454) 'sit rogas? sensi'.

172 1 ITA PLERIQUE INGENIO SUMUS OMNES NOSTRI NOSMET PAENITET παρέλκον tertium: in Andria (55) 'quod plerique faciunt omnes

---

[1]) Donati scholiorum forma non rara, ut praeposita interpretatione affirmativa, subiungat aliam per 'an', cf. ad 202 et 208, 214, 287, 482, etc.

[2]) Scholium respicit, credo, lectionem cod. F 'cum eo et lenone'.

adulescentuli'. 2 Et est ἀρχαϊσμός, ut (Eun. 85) 'accede ad ignem hunc: iam calesces plus satis'.

174 1 CUI DE INTEGRO EST POTESTAS deinceps, 2 an 'de integro' id est integris rebus?

172 3 NOSTRI NOSMET PAENITET p a e n i t e t eum, qui parum putat, (*a*) sic et in Heautontimorumeno (72) 'at enim, dices, me quantum hic operis fiat paenitet'.

3 *a* ergo 'ipsi nos' inquit 'nostra contemnimus'.

175 RETINERE AMARE AMITTERE coniuncte legendum est 'quid velis retinere', ut duo sint 'amare amittere', quia et infra duo reddit 'ut neque mihi sit amittendi neque retinendi copia'.

176 AMITTENDI propter amorem, RETINENDI propter patrem.

178 1 EI 'ei' interiectio ingemiscentis, ut (Verg. Aen. 9. 57) 'ei mihi, quantum praesidium Ausonia et quantum tu perdis, Iule!' 2 EI TIMEO MISER QUAM recte iam timet, quia in metu semper est 'praesaga mali mens' (Verg. Aen. 10. 843).

4.

179 1 NULLUS ES GETA NISI IAM TIBI ALIQUOD CONSILIUM in hac scaena servi currentis officium est tendens ad perturbationem Antiphonis, quem oportet abesse conspectui patris usque ad cognitionem rerum et καταστροφήν fabulae. 2 CONSILIUM CELERE h o c c e l e r e neutraliter dicitur.

180 1 SUBITO TANTA TE IMPENDENT MALA accusativo casu 'impendent', <ut Lucretius (1. 327) 'mare quae impenden>t vesco sale saxa peresa', 2 pro 'in te pendent mala'.

181 1 <QUAE NEQUE UTI DEVITEM SCIO> cum supra 'nullus es, Geta' dixerit, hic transitum fecit ad primam personam. 2 QUAE NEQUE UTI DEVITEM ruina aut vitanda est aut extrahenda ex ea sunt corpora, quae oppresserit.

182 1 NAM NON POTEST CELARI NOSTRA DIUTIUS AUDACIA bene 'nostra', quia et ipse partem maximam culpae sustinet ut magister.

181 3 DEVITEM antequam irruant, INDE EXTRAHAM cum irruerint.

182 2 CELARI Nigidius (fr. 59 Swob.) 'celari' quaerit utrum plenum sit an pressum.

183 1 QUIDNAM ILLE COMMOTUS VENIT hic ostendit poeta idcirco confusum induci Getam, ut de eius metu Antipho terreatur. 2 COMMOTUS VENIT modo 'commotus' perturbatus atque conterritus.

184 1 TUM TEMPORIS MIHI PUNCTUM 'punctum' pro momento, ut Lucilius in XIII (Marx 472) 'puncto uno horae quiquomque iuvassit. 2 PUNCTUM angustissimum spatium. 3 AD HANC REM ad deliberandum quod ago. 4 ERUS ADEST vultu tristi ac superciliis arduis hoc dicendum est. 5 QUID ILLUD MALI EST mire *πρὸς τὸ* 'erus adest' 'q u i d i l l u d m a l i e s t' posuit ex persona Antiphonis, cui pro calamitate est patris adventus.

185 1 QUOD CUM AUDIERIT scilicet quod uxorem duxit Antipho. 2 QUOD EIUS REMEDIUM plus est quam si diceret 'nullum'. 3 QUOD CUM AUDIERIT QUOD EIUS REMEDIUM I. IR. bene non addit q u o d: secum enim loquitur. 4 QUOD EIUS RE. I. IR. proprie 'remedium', quasi iracundia sit morbus.

186 1 LOQUARNE INCENDAM quia iracundia ignis est. 2 TACEAM INSTIGEM i n s t i g a r i proprie fera dicitur. 3 PURGEM ME LATEREM LAVEM *παροιμία· πλίνθον πλύνεις.* 4 LOQUARNE <INCENDAM> TACEAM INSTIGEM *σχῆμα διαπόρησις.* 5 LOQUARNE INCENDAM duo sunt quae fieri in placando solent: aut loqui aut tacere; sed quid sibi vult 'purgem me', cum idem sit 'loquarne'? an quia potest purgatio et per defensorem aut patronum induci? 6 Hoc quidam putant, sed melius est haec et perturbatae et servilis imperitaeque personae verba sine arte esse <nec> s<u>i vim significatus habere.

187 1 CUM MIHI PAVEO 'cum' p r a e t e r q u a m q u o d significat modo. 2 TUM ANTIPHO ME EXCRUCIAT ANIMI *τῷ ἰδιωτισμῷ* pro eo quod est 'propter Antiphonem me excrucio animo', sic et in Hecyra (121) 'fecit animi ut incertus foret', genetivo enim casu veteres figurabant hanc locutionem.

188 1 EIUS ME MISERET EI NUNC TIMEO 'miseret' praeteritorum, 'timeo' de futuris. 2 EIUS ME MISERET EI NUNC TIMEO IS NUNC ME RETINET NAM ABSQUE EO ESSET figura *πολύπτωτον*: 'eius ei is eo'. 3 IS NUNC ME RETINET sic 'retinet', quomodo 'excruciat'. 4 NAM ABSQUE EO ESSET RECTE si ad eum res non pertineret, id est si meum tantummodo peccatum esset hoc ipsum.

189 1 RECTE EGO MIHI VIDISSEM ET SENIS ESSEM ULTUS IRACUNDIAM facete servus occasionem melioris condicionis esse existimat fugae causam; tamquam sibi per eam et libertatis genus praestare posset et praedam. 2 RECTE EGO MIHI VIDISSEM ut dicimus 'vide tibi' et 'videte vobis'. 3 Et 'recte vidissem' ἀντὶ τοῦ 'providissem'. 4 ET SENIS ESSEM ULTUS IRACUNDIAM 'senis' maluit dicere quam 'domini', ut in ipso nomine et hortamentum impune fugiendi appareat; 5 et simul quia non 'iram' sed 'iracundiam' dicturus erat; nam ira de causa est, iracundia de moribus. 6 ET SENIS ESSEM ULTUS IRACUN. non dixit 'evasissem' sed 'ultus essem'; faciunt enim servi fugiendo, ut dominos paeniteat iratos fuisse. 7 ULTUS ESSEM sic Vergilius (Aen. 656) 'ulta virum'.

190 1 ALIQUID CONVASISSEM figuratum est a colligendis vasis. 2 HINC ME CONICEREM <πρὸς τό> 'recte ego mihi vidissem'. 3 PROTINUS IN PEDES 'protinam' fuit, et sic Nigidius legit (fr. 60 Swob.).

191 1 QUAM HIC FUGAM <πρὸς τὸ> 'conicerem in pedes'. 2 AUT FURTUM PARAT πρὸς τὸ 'aliquid convasassem'. 3 QUAM HIC FUGAM AUT FURTUM PARAT secunda ἀπόδοσις: prius enim 'furtum' quam 'fugam' occurrere debuit.

192 3 REPERIAM si alicubi cesset; AUT QUA QUAERERE INSISTAM VIA si alicubi ambulet. (ᵅ)

1 SED UBI ANTIPHONEM REPERIAM 'sed' pro 'ergo', ut sit: ergo ubi Antiphonem reperiam? 2 An hic pro fine superioris sententiae est, ut Sallustius (Hist. 3 fr. 45; cf. 2 fr. 68 et 70 M.) 'sed Metellus in ulteriorem provinciam'? 3 *a* * omnis enim, qui quaeritur, aut cessat aut ambulat.

193 1 TE NOMINAT ad hoc dum auditur Geta et [1]) ipse non videt adulescentes, ut plus illis terroris incutiat, dum secum loquitur. 2 NESCIO QUOD MAGNUM HOC NUNTIO EXP. M. diserte locutus est 'nescio quod magnum hoc nuntio exspecto malum' pro eo quod est 'nescio quod magnum malum hunc mihi nuntiaturum arbitror'.

194 1 DOMUM IRE PERGAM hoc nos ἐλλειπτικῶς 'domum pergam'. 2 IBI PLURIMUM EST ostendit ab initio se domum pergere et sec<um> videtur deliberasse quare. 3 IBI PLURIMUM EST scili-

---

[1]) Correxerunt v. d. pro 'dum': dictum, diu, nomen, dudum, nunc (cf. Wessn. v. l.). Beck: 'adhuc dum'; legendumne: 'ab hoc dum aud. Geta [et] ipse' etc.?

cet propter amorem uxoris suae. 4 SANUN ES τὸ πλῆρες 'sanusne es' (sic Ad. 336). 5 REVOCEMUS HOMINEM comice et moraliter addidit 'hominem'. 6 STA ILLICO ille 'revocemus' dixit, hic non progredi iussit.

196 1 SATIS PRO IMPERIO QUISQUIS ES hic ostendit culpae conscientia nullam auctoritatem reliquam in magistro Geta. 2 SATIS PRO IMPERIO id est imperiose.

197 1 CEDO QUID PORTAS OBSECRO ut (Verg. Aen. 2. 161) 'si vera feram, si magna rependam', nam ferre et portare de negotiis maioribus dicitur. 2 CEDO QUID PORTAS OBSECRO ADQUE ID SI POTES VERBO EXP. mire expressit affectum de timore properantis. 3 VERBO EXPEDI deest 'uno'.

198 1 ELOQUERE aliter ostendit quid est 'verbo exp.' dicendo 'eloquere'. 2 MODO APUD PORTUM 'patrem vidi' dicturus Geta praeventus est ab eo, quem timor intellegentem fecerat. 3 HEM proprie vim suam cuique personae exhibuit: celeritatem ex praesagio metuenti Antiphoni et tarditatem intellectus ex quiete pectoris Phaedriae securo.

199 1 QUID AGAM iam flet Antipho et adhuc non intellegit Phaedria. 2 HUIUS PATREM ME VIDISSE PATRUUM TUUM mire poeta et Antiphoni minus quam oportet et Phaedriae plus quam oportet fecit loqui nuntium, ille enim paene divinat ex metu, hunc tardum securitas facit. 3 HUIUS PATREM <M.> V. P. T. reddit utrique proprium, ut ille qui timebat paucis intellegeret et ille qui erat securus pluribus edoceretur.

200 1 NAM QUOD EGO HUIC NUNC SUBITO 'nam' aut subiunctiva coniunctio est superiori dicto quod ait 'quid agam' aut ἀναστροφή est 'nam quod' pro 'quodnam'. 2 NUNC SUBITO EXITIO REMEDIUM 'subito' et adverbium et nomen est, (Verg. Aen. 1. 535) 'cum subito assurgens fluctu nimbosus Orion'. 3 INVENIAM MISER cum 'ego' supra dixerit, ἐμφατικῶς addidit 'miser'.

201 1 QUOD SI EO MEAE FORTUNAE REDEUNT tragice amator hoc negotium fortunas omnes dixit esse. 2 FORTUNAE REDEUNT bene 'redeunt' quasi in peius et a processu retro et in deterius. 3 PHANIUM ABS TE UT DISTRAHAR amatoria προσφώνησις per ἀποστροφήν. 4 ABS TE UT DISTRAHAR non dixit 'ut a me distraharis'; 5 et vide verbum vim cohaerentis ostendere.

202 1 NULLA EST MIHI VITA EXPETENDA 'nulla' pro 'non', 2 an nullius condicionis, quasi dicat: ne deorum vita quidem mihi dulcis est sine te? [1])

3 NULLA EST MIHI VITA EXPETENDA scilicet ut nulla sibi vita sit expetenda sine Phanio.

203 1 TANTO MAGIS TE ADVIGILARE 'ad' vim auctivam nunc habet, ut adlaudabile, admirabile. 2 FORTIS FORTUNA ADIUVAT *παροιμία*; 3 et 'fortis' accusativus pluralis est casus.

204 1 NON SUM APUD ME id agitur, ut supra diximus (ad 179), quemadmodum Antipho praesens non sit, quem neque convenit contra patrem aliquid dicere neque rursum praesentem opprimi a patre ex argumento est. 2 ATQUI OPUS EST NUNC QUAM MAXIME UT SIS ANTIPHO 'apud te' subauditur.

205 1 NAM SI SENSERIT TE TIMIDUM PATER E. A. C. C. sic Sallustius in historia (2 fr. 111 M.) 'ita fiducia quam argumentis purgatiores dimittuntur'. 2 NAM SI SENSERIT TE <T.> 'timidum' pro 'timentem', ut 'addit se sociam timidisque supervenit Aegle' Vergilius (Ecl. 6 20).

206 1 COMMERUISSE CULPAM nunc 'commeruisse' pro 'commisisse'. 2 HOC VERUM EST congrue fit, ut et Geta et Phaedria audaciores sint, qui et absque amore sunt et hos oportet obici pro Antiphone irato seni. 3 NON POSSUM IMMUTARIER vim negantis hoc habet quod ait 'immutarier', ostendit enim naturae suae timiditatem nullis adhortationibus eici posse.

207 QUID FACERES SI ALIUD GRAVIUS TIBI NUNC FACIUNDUM FORET bene 'gravius', quia hoc grave, ut videas ipsam hortationem vim habere concedentis: grave esse quod geritur.

208 QUI HOC NON POSSUM ILLUD MINUS POSSEM hoc intulit *παρὰ προσδοκίαν*, nam videbatur hac interrogatione adduci posse ad sententiam percunctantis, et haec est dialectica contra *ἐπαγωγήν*, cum male respondendo callidae interrogationis interrumpimus argumentum. 2 HOC NIHIL EST PHAEDRIA ILICET 'hoc' relativum, 3 an 'hoc' cum contemptu pro 'hic Antipho nihil est'? [1]) sic Cicero in Verrinis (4. 33) 'etsi hoc nescio quid nuga-

---

[1]) Cf. adn. ad 165.

torem sciebam' pro 'hunc'. 5 ILICET per syncopam; sic iudices de consilio dimittebantur, suprema dicta cum praeco pronuntiasset 'ilicet', quod significat ire licet.

4 * ILICET semper 'ilicet' finem rei significat, ut 'actum est' (Andr. 465; alibi).

209 1 QUIN ABEAM hinc terrorem commovet Antiphoni, 2 et 'quin' pro 'cur non'. 3 ET QUIDEM EGO ordo: et ego quidem, et deest 'abeo'.

210 QUID SI ASSIMULO audacem scilicet.

209 4 OBSECRO QUID SI ASSIMULO SATIN EST adeo morale vitium est ex conscientia [enim] pavor, ut ipse quoque Antipho nitatur contra neque quicquam promoveat.

211 1 SATIN SIC EST hic locus actoris magis quam lectoris est; ostenditur enim conari ad simulandam audaciam, quo magis ridicule formidulosa persona est. 2 PROPEMODUM et hoc non plenae consensionis est quod ait 'propemodum'. 4 Et vide vix ad hoc ipsum esse perventum.

3 SAT EST non dixit 'bene est' sed 'sat est'.

212 1 EM ISTUC SERVA dicendo 'serva' ostendit iam incipere deperire quod finxit atque assimulavit audaciae. 2 EM ISTUC SERVA ET VERBUM VERBO PAR PARI animadverte [et] quid doceat et vide satin artifex poeta debitum reddat rebus atque personis.

3 * VERBUM VERBO PAR PARI duo dixit: non tantum 'verbum verbo' sed 'par pari'.

213 1 NE TE IRATUS SUIS SAEVIDICIS causalem vim habet quod ait 'iratus', hoc est: qui ob praesentem iram vehementius tecum agat. 2 PROTELET <et protelo> et protelum a pro et tendendo dictum est, quod est ante et trahere; alii ab assiduo telorum iactu existimant dici, ut Lucretius (2. 531) 'undique protelo plagarum continuato', hoc est tenore. 3 PROTELET protrahat, percutiat, exagitet.

214 1 VI COACTUM ESSE TE mira brevitas, qua tota defensio continetur, et subauditur 'fac respondeas' aut quid tale. 2 INVITUM bene idem repetit ad confirmandam memoriam trepidantis, etenim non diversa sunt, sed saepe repetuntur, ut teneri possit id quod causae opus est; (*a*) 3 an ideo 'vi coactum' 'invitum' iungendum est, quod interdum etiam ipsi nos cogimur propria

voluntate? [1]) ut ipse in Andria (658) 'tu coactus tua voluntate es'.

2 *a* nam 'vi coactum esse' idem significat quod 'invitum'.

213 4 SCIO apparet hoc verbum eo vultu dici, ut manifestum sit absenti animo esse eum, cum quo loquitur.

214 4 TENES exquisite addidit 'tenes'; apparet Antiphonem vultu ostendere, quod nihil horum perturbatus advertat.

215 1 SED QUIS HIC EST SENEX 'sed', ut diximus (cf. ad. 57, 192), transitum significat ad alteram rem ab ea quae agebatur. 2 QUEM VIDEO IN ULTIMA PLATEA sic dixit 'ultima platea', quemadmodum Vergilius (Aen. 2. 449) 'imas obsedere fores'. 3 IPSUS EST et quia timidior est et postea de proximo ipse dignoscit magis.

216 1 NON POSSUM ADESSE apparet ex conspectu patris magis confundi quam ex nuntio adventus eius filium. 2 QUO ABIS ANTIPHO sic Vergilius (Aen. 10. 649) 'quo fugis, Aenea?' et (Aen. 10.369) 'quo fugitis, socii?' sic enim loquitur qui vult ostendere condicionem locorum, in qua perverso modo alius petitur, alius linquitur.

217 1 MANE MANE INQUAM omnia haec habent singularem vim in se revocantis. 2 AH QUID AGIS ut perturbati intercessoris est dicere 'quid agis?', ut alibi (Andr. 134) 'mea Glycerium, quid agis? cur te is perditum?'

3 * EGOMET ME NOVI ET PECCATUM M. duo dixit, et hominem pavidum et peccatum grave.

218 1 VOBIS COMMENDO PHANIUM ET VITAM MEAM comice duo duobus rettulit; 'me' et 'peccatum meum', 'Phanium' et 'vitam meam'. 2 Et animadverte, quod amator prius ponat Phanium quam vitam suam.

219 1 GETA QUID NUNC FIET apparet haec sic pronuntianda, quasi adhuc tuto dicantur. 2 TU IAM LITES AUDIES non intulit quod quaerebatur, sed verba sunt hominis omnia desperantis. 3 TU IAM LITES AUDIES EGO PLECTAR PENDENS tu audies, ego verberabor, ut alibi (Heaut. 356) 'tibi erunt parata verba, huic homini verbera', quod ipsum mire: tu non f a c i e s lites, sed a u d i e s.

---

[1]) Cf. adn. ad 165.

220 EGO PLECTAR PENDENS 'plectar' feriar, unde et plectrum et plagae dictae.

221 SED QUOD MODO HIC NOS deest 'tamen', ut sit: sed tamen.

222 ID NOSMET IPSOS FACERE OPORTET quia 'nos' supra dixit, in significatione actus proprii 'ipsos' addit.

223 1 AUFER MIHI OPORTET 'mihi' τῷ ἀττικισμῷ addidit: et sine hoc enim sententia plena est. 2 QUID TU QUID FACIAM IMPERA mire ad omnia paratum se indicat, qui 'impera' dixit servo.

224 1 MEMINISTI OLIM UT FUERIT VESTRA ORATIO mire et consilio et oratione compendiosus est, quo magis Phaedriam propriis consiliis ac domesticis promoveret. 2 UT FUERIT VESTRA ORATIO ut magis excitaret, non 'nostra' dixit sed 'vestra'.

225 1 IN RE INCIPIENDA proprie quasi de re magna dixit, et alibi (Heaut. 600) 'vide quod inceptet facinus'. 2 AD DEFENDENDAM NOXIAM 'noxiam' nunc culpam, alias rem, et est ἐπένθεσις ab eo quod est 'noxam'. (*a*)

2 *a* et hoc factum est propter iambica.

226 1 IUSTAM ILLAM CAUSAM FACILEM VINCIBILEM OPTIMAM considera singula et invenies et naturali ordine et per αὔξησιν dicta. 2 CAUSAM pro defensione posuit, 3 et VINCIBILEM quae facile vincat.

227 NUNC IPSA EST OPUS causa scilicet.

228 1 MELIORE ET CALLIDIORE bene 'meliore et callidiore', quia tunc prolusio fuit, nunc ipsum proelium. 2 FIET SEDULO παρέλκον 'sedulo', nam suffecerat 'fiet'.

229 1 NUNC PRIOR ADITO TU 'adito' quasi ad proelium, Vergilius (Aen. 5. 378), 'nec quisquam ex agmine tanto audet adire virum'. 2 EGO IN INSIDIIS HIC ERO tota μεταφορά de re militari est.

230 1 SUCCENTURIATUS succenturiari dicitur, qui explendae centuriae gratia subicit se ad supplementum ordinum, et est translatio a re militari. 2 AGE potuit dicere 'vero' aut 'ita', sed 'age' dixit, quod verbum vim hortationis maximam praebet.

II

1.

231 2 ITANE TANDEM UXOREM DUXIT ANTIPHO hic exemplum vitae est, in quo spectatur nullam esse tam iustam et gravem ira-

cundiam patris, quae non et fiducia defensoris et intervallo temporis evanescat. 3 ITANE TANDEM UXOREM DUXIT non potuit vehementius incipere quam ut ipse crimen quod obicit miraretur. 4 ITANE TANDEM V. D. 'tandum' hic expletiva coniunctio est, ut Cicero (Catil. 1. 1) 'quousque tandem abutere, Catilina'.

1 ITANE TANDEM UXOREM DUXIT ANTIPHO INIUSSU MEO in hac scaena accusatio est et contradictio per remotivam qualitatem, ergo controversia. 5 ITANE TANTUM hic totus versus est in hoc: an factum sit, quid factum sit, a quo factum sit, in cuius iniuriam factum sit.

232 1 NEC MEUM IMPERIUM rara ἀποσιώπησις. quam non sequitur 'sed': intulit enim 'age'; (*a*) sic Lucretius (2. 16) 'nonne videre'. 2 AGE MITTO IMPERIUM NON SIMULTATEM σχῆμα διανοίας· μεταδιόρθωσις, Vergilius (Aen. 9. 347) 'cuius ob auspicium infaustum moresque sinistros'. 3 AGE MITTO legitur et 'ac'. 4 SIMULTATEM iurgium, contentionem.

1 *a* subauditur autem 'revereri'.

233 1 NON PUDERE hoc absolutum est et nulli adnexum. 2 NON PUDERE hic Nigidius annotavit (fr. 61 Swob.) neminem videri pudere ante delictum.

234 1 VIX TANDEM convenit hoc dictum ei, qui iam pridem se male audire putat, et ideo sero videtur ad hunc senex pervenisse, cum ille metuens se primum ad accusationem crederet. 3 VIX TANDEM εἰρωνεία, quasi 'paene me oblitus est.' 5 QUID MIHI DICENT AUT QUAM CAUSAM <R.> 'dicent' si negare voluerint, 'causam reperient' si purgare: omne enim crimen a defensore aut negatur aut purgatur.

2 * An 'vix tandem' ad hoc pertinet, quia ille 'monitor' dixit? quasi dicat: vix tandem factum est, ut me senex laudare coepisset, quia 'monitor' quamvis in contrarium dixerit, tamen nomen est laudis. 4 An quia tarde ad servum pervenit senex, quem ille ob conscientiam a se coepturum esse credebat?

235 1 DEMIROR pro nescio, nam admirationem ignorantia facit. 2 ATQUI REPPERI IAM ALIUD C. eo animo hoc dicit, quo supra (234) 'vix tandem', 3 et cum ille pluraliter 'reperient' dixerit, hic singulariter 'repperi' respondet, quasi in se solo sit crimen.

236 INVITUS FECI LEX COEGIT bene poeta iam scire facit senem quid isti dicturi sint, ut videatur frangi posse qui iam partem defensionum admittit.

238 1 ILLUD DURUM 'illud durum' dicit, quod supra (235) 'atqui repperi iam: aliud c.'

237 CAUSAM TRADERE ADVERSARIIS hoc cum maiore exclamatione dicitur; non enim dixit 'concedere adversariis', sed quod plus est 'causam tradere'.

238 2 ILLUD DURUM EGO EXPEDIAM SINE vide praeparationem futurae defensionis; quam nisi hoc modo Terentius intulisset, incredibile videretur subito sedatum senem.

239 1 INCERTUM EST QUID AGAM nonnihil iam fracta indignatio est, nam in his verbis non iam ira sed admodum maeror est. 2 QUIA PRAETER SPEM ATQUE INCREDIBILE HOC Vergilius (Aen. 4. 419) 'hunc ego si potui tantum sperare dolorem'. 3 ATQUE INCREDIBILE HOC MIHI OBTIGIT gravius est 'incredibile' quam 'praeter spem' et ideo posterius et in auctu est. 4 OBTIGIT pro 'accidit', cuius reciprocum est, si quis quid <boni> accidisse dicat, non obtigisse.

240 1 ITA SUM IRRITATUS 'irritatus' provocatus et in iram impulsus, hoc est commotus et perturbatus. 2 ANIMUM UT NEQUEAM AD COGITANDUM INSTITUERE bene 'instituere' dixit, quo verbo quies ostenditur cogitatur<ae> mentis, quae nunc non adest.

241 1 CUM SECUNDAE RES SUNT MAXIME TUM MAXIME ut (Verg. Ge. 1. 299) 'nudus ara, sere nudus'. 2 Et bona sententia: tum maxime sapienti metuendum, quo tempore maxime securus est stultus.

242 1 MEDITARI OPORTET SECUM bene additum 'secum': insaniae enim videbitur hoc palam agere. 2 ADVERSAM AERUMNAM FERANT abundat 'adversam'.

243 1 PERICULA DAMNA EXILIA PEREGRE REDIENS SEMPER COGITET AUT F. P. A. V. M. superiora ἀσύνδετα inferioribus intermixta[1]) sunt coniunctionibus intermixtis: Sallustius (Hist. 1. fr. 55, M.) 'nam quid a Pyrrho, Hannibale, aequore et terra'. 2 PEREGRE REDIENS SEMPER COGITET mire a genere ad speciem non semel transit, nam cum dicit 'peregre rediens', iam de se loquitur sed latenter. 3 SEMPER COGITET ad singularem a plurali transit;

---

[1]) Schoell pro 'intermixta' proposuit, iuxta'; nonne corrigendum: inferioribus intermixtae sunt coniunctiones?

supra dixit 'omnes', at nunc 'cogitet'; 4 et est ordo: semper peregre rediens, <id est> quicumque peregre redit.

244 1 AUT FILII PECCATUM AUT UXORIS MORTEM AUT MORBUM FILIAE quamvis iratus filio non potuit tamen dicere 'filii mortem', convenit autem seni uxoris mortem non putare magnum incommodum. 2 AUT FILII PECCATUM A. V. M AUT M. F. varie post enumerationem conclusam cetera intulit: Vergilius (Ge. 2. 136) 'sed neque Medorum silvae ditissima terra n. p. G. a. a. t. H.'

245 1 COMMUNIA ESSE HAEC FIERI POSSE ordo est: semper cogites communia esse, fieri posse filii peccatum, uxoris mortem, filiae morbum. 2 COMMUNIA ESSE commune est, quod accidere omnibus potest.

246 1 QUICQUID PRAETER SPEM EVENIAT OMNE ID DEPUTARE ESSE IN LUCRO vide iam senem fractum non culpam filii magnam ducere, sed ideo indignari, quod non crediderit peccaturum; in quo ipse se reprehendat. 2 Quod a precatoribus dici solebat, hoc dicit: 'communia esse' et 'fieri posse'.

247 ERUM ANTE EO SAPIENTIA legitur 'ante eam', sed pronuntiativum <posuit> pro coniunctivo, 'ante eo' pro 'ante eam'.

248 1 MEDITATA SUNT MIHI OMNIA MEA INCOMMODA nimis comice non clades aut aerumnas posuit servus, sed 'incommoda': molere in pistrino, vapulare, habere compedes etc., cum hoc nomen leve quiddam significet, ut in Eunucho (329) 'immo enim infeliciter: nam incommoda alia sunt dicenda, Parmeno'. 2 ERUS SI REDIERIT 'si' aut pro 'cum' <aut> serviliter ut dubitet ex voto suo, utrum dominus redeat an non, quod cupit.

249 1 MOLENDUM USQUE IN PISTRINO facete enumerat servus universa supplicia suae condicionis excepta cruce et furca, quarum poenam verbis extenuare non potuit. 2 HABENDAE COMPEDES vitiosam locutionem servili personae dedit Terentius, nam integrum esset, si diceret 'habendas compedes', unde quidam non 'esse' sed 'usque' legunt.

250 1 OPUS RURI FACIENDUM varie: 'molendum' 'vapulandum' 'compedes' 'opus'. 2 Et supra verba gerundia sunt et infra participia. 3 HORUM NIHIL QUICQUAM ACCIDET ANIMO NOVUM recte addidit 'animo': omne enim quicquid acciderit novum erit, sed non animo. 4 HORUM QUICQUAM NIHIL παρέλκον quartum. 5 HORUM

NIHIL QUIDQUAM ACCIDET ANIMO NOVUM tale est illud sapientis Aeneae (Verg. Aen. 6. 103) 'non ulla laborum, o virgo, nova mi facies inopinave surgit'. (*a*)

5 *a* et (11. 18) 'arma parate animis et spe praesumite bellum' et (4. 419) 'hunc ego si potui tantum sperare dolorem' idem.

251 1 QUICQUID PRAETER SPEM EVENIET OMNE ID DEPUTABO ESSE IN LUCRO totidem verbis usus est, quot senex, ad irrisionem eius, sic et in Adelphis (427) 'inspicere tamquam in patinas, Demea, iubeo'.

2 OMNE ID DEPUTABO ESSE IN LUCRO hoc idem senex fieri oportere dixit (246), quod hic fecit, ergo sapienter Geta.

252 1 SED QUID CESSAS HOMINEM ADIRE bene 'adire' quasi terribilem et pugnaturum, ut (Verg. Aen. 5. 379) 'audet adire virum'; 2 et 'hominem' comice addidit. 3 ET BLANDE IN PRINCIPIO ALLOQUI recte monuit, non perpetuo 'blande' sed 'in principio' agendum, secundum praeceptum Isocratis, qui ait (πρὸς Δημ. 31) 'μηδὲ πρὸς τὰς τῶν πλησιαζόντων ὀργὰς τραχέως ἀπαντῶν, ἀλλὰ θυμουμένοις μὲν αὐτοῖς εἴκων, πεπαυμένοις δὲ τῆς ὀργῆς ἐπιπλήττων'.

253 PHAEDRIAM MEI FRATRIS VIDEO FILIUM haec verba ostendunt quam pacato ore suscipiatur Phaedria.

254 1 MI PATRUE SALVE 'mi' vim blandimenti habet. (*a*) 2 SALVE SED UBI EST ANTIPHO bene expressit promptum animum ad litigandum, raptim reddita salute et potius ad iurgium praevertendo.

1 *a* nam significat 'meus'.

255 1 SALVUM TE VENIRE ἔλλειψις, (*a*) 'gaudeo' enim subauditur; quod nisi acceperis, non intelleges cur hic responderit 'credo'. 2 SALVUM VENIRE iracundiam frangere conatur obsequio et mora. 3 SALVUM VENIRE altera salutatio ad leniendum et ad criminis dissimulationem, sed et tertio addidit 'satin omnia ex sententia?'

1 *a* vel ἀποσιώπησις.

256 1 VALET HIC EST oratorie dissimulat atque ita, quasi senex non iratus quaerat, sed de salute sollicitus Antiphonis.

255 4 CREDO HOC RESPONDE MIHI hoc incerta distinctione pronuntiatur.

256 2 SED SATIN OMNIA EX SENTENTIA quod vulgo 'omnia recte?' et deest 'quaeris' aut quid tale.

257 1 VELLEM EQUIDEM semper hoc verbum dolentis est et negantis

evenire quod voti est. 2 QUID ISTUC EST magnam vim habet contra iram huiusmodi interrogatio.

258 1 BONAS ME ABSENTE HIC CONFECISTIS NUPTIAS mire consuetudinem expressit dicendo 'bonas'. 3 BONAS ME ABSENTE HIC CONFECISTIS NUPTIAS crimen in duobus esse demonstrat, quod non bonas et quod absente patre.

2 ME ABSENTE summa criminis.

259 1 EHO AN ID SUCCENSES NUNC ILLI huc tendebat interrogatio, ut tam integris rebus admiraretur irasci senem. 2 ARTIFICEM PROBUM εἰρωνεία. nam non est artifex, cuius deprehenditur locus [1].

260 GESTIO plus est quam 'volo'.

261 DARI MIHI IN CONSPECTUM non dixit 'venire' ut filium, sed 'dari' ut reum.

262 1 LENEM PATREM ILLUM o artificium poetae; in media patris saevitia mentionem lenitatis induxit, ut ostendat quam facile placari possit. 2 LENEM PATREM ILLUM FACTUM E. <A.> nota ἀντίθετον: non enim leni 'asperrimum' sed 'acerrimum' opponens. 3 LENEM PATREM ILLUM FAC. E. AC. sic Vergilius (Aen. 2. 274) 'quantum mutatus ab illo Hectore'.

263 2 *Et* non dixit 'leviter peccavit' sed 'nihil fecit', nedum 'quod punias' sed 'quod succenseas', id quod levissimum est.

1 ATQUI NIHIL FECIT P. summa contradictionis.

264 1 ECCE AUTEM SIMILIA OMNIA 'ecce autem' vox est apta his, quae nova et improvisa animo accidunt, sic Vergilius (Aen. 2. 203) 'ecce autem gemini a Tenedo tranquilla per alta'. 2 SIMILIA OMNIA OMNES CONGRUUNT more stomachantis 'omnia' et 'omnes' de his dicit, quae ad duos pertinent.

265 1 UNUM COGNORIS OMNES NORIS iterum non 'duos' sed 'omnes'. 2 Et varie 'cognoris . . noris'. 3 UNUM COGNORIS OMNES NORIS sic Vergilius (Aen. 2. 65) 'et crimine ab una disce omnes'.

266 HIC IN NOXA EST ILLE AD DEFENDENDAM CAUSAM ADEST hoc Demipho non sine quadam delectatione dicit, quam tamen premit ob iram praesentem.

267 1 CUM ILLE ABEST HIC PRAESTO EST huic loco reddidit Cicero illum locum in Verrinis (2. 31) 'qui cives Romani erant, si

---

[1]) Pro 'locus' Hartman: 'dolus', Wessn. cum Goetz: 'fucus'.

Siculi essent, tum si eorum legibus dari oporteret: qui Siculi, si cives Romani essent', nam subauditur ad 'qui cives Romani erant' 'iudices dabantur' ad '<si> Siculi essent' subauditur 'rei'. 2 CUM ILLE EST ζεῦγμα, nam hic subaudiendum 'in noxia' est. 3 HIC PRAESTO EST 'ad defendendam causam' subauditur.

268 1 PROBE EORUM FACTA IMPRUDENS DEPINXIT SENEX ideo 'imprudens', quia nescit in amore esse citharistriae Phaedriam. 2. IMPRUDENS modo nesciens.

269 1 NAM NI HAEC ITA ESSENT HAUD CUM ILLO STARES PHAEDRIA vide quemadmodum iam praestruat poeta ad ea quae futura sunt ad adiuvandum amorem Phaedriae. 2 CUM ILLO H. ST. PH. cum Antiphone scilicet; 3 et CUM ILLE ἀντὶ τοῦ 'pro illo': in eius enim parte stamus, pro quo facimus, sic Vergilius (Aen. 12. 565) 'Iuppiter hic stat'.

270 2 *Et* honesta locutio 'si est ut admiserit' pro 'si admisit'. 3 SI EST PATRUE CULPAM UT ANTIPHO <IN SE> AD. oratorium principium ἀπὸ τῆς ἐπιεικείας τοῦ λέγοντος. 4 IN SE ADMISERIT bono ornatu addidit 'in se', cum et sine hoc planum videri possit; et hic est quem Cicero (or. 76) sucum orationis appellat.

1 SI EST PATRUE CULPAM UT ANTIPHO IN SE ADMISERIT principium per insinuationem subtilem.

271 1 EX QUA RE MINUS REI FORET AUT FAMAE non pauperis neque * * * * 2 Et docuit in negotio nuptiarum duabus rebus consuli, 'rei' et 'famae', hoc est facultatibus dotis honestatique natalium. 4 MINUS REI FORET AUT FAMAE venuste insertum 'rei', cum praeposuisset 'culpam'. 5 MINUS REI FORET quia pauperem, FAMAE quia ignobilem. 6 TEMPERANS consulens, providens, moderatus, ut (Verg. Ge. 1. 390) 'iam sibi tum curvis male temperat unda carinis'.

3 EX QUA RE MINUS REI haec tractatio est criminis oratoria, in qua defensor excusat crimen et reum purgat.

272 1 NON CAUSAM DICO id est: non recuso, non deprecor. 3 QUIN QUOD MERITUS SIT † quin hunc defensorem magis et non iudicem dicam [1]); sed hic colligitur patrocinantis auctoritas: non enim

[1]) Schoell acute coniecit: 'quin nunc def. magis et non iudicem agam', sed requiri videtur huiusmodi sententia: quin non defensorem magis quam iudicem agam. Cf. 276. 1.

dixit 'quod volueris', sed 'quod meritus sit' manente eo si peccavit tamen.

2 NON CAUSAM DICO QUIN QUOD MERITUS S. F. rhetoricum est θεώρημα in huiusmodi exceptionibus, quo uti solet qui propositae causae fiduciam gerit: si aut hoc aut illud, non oro veniam, non deprecor poenam.

273 1 SED SI QUIS FORTE MALITIA FRETUS SUA quasi non defensurus sed simul causam cogniturus advenerit, non contendit verum esse id quod dicit, ne sollicitum faciat ad credendum, sic apud Vergilium (Aen. 2. 136) Sinon 'dum vela darent, si forte dedissent'. 2 SI QUIS FORTE [1]) bene se adiungit ad crimen, ut levet culpam.

274 1 INSIDIAS NOSTRAE FECIT ADUL. mire 'insidias' dixit, ut diu comparata causa per ignorantiam dolosque capti videantur. 2 ADULESCENTIAE opportuna aetatis commemoratio *πρὸς τὴν συγγνώμην*.

275 1 NOSTRANE CULPA AN IUDICUM potentior facta sententia est *τῇ ἐρωτήσει*. 2 NOSTRANE CULPA AN IUDICUM duplex *μετάστασις*, altera in accusatores, altera in iudices; 3 et bene miscuit personas, ut reum sublevet et suo merito et multitudine reorum. 4 NOSTRANE CULPA EST AN IUDICUM mire assurrexit in fiduciam defensoris; nam cum supra de Antiphone dixerit, nunc intulit 'nostra'.

276 QUI SAEPE PROPTER INVIDIAM ADIMUNT DIVITI moraliter de his qui invident.

277 1 AUT PROPTER MISERICORDIAM ADDUNT PAUPERI posteriorem causam honestiorem posuit, ne non Antiphonem defendere sed accusare iudices videretur. 2 AUT PROPTER MISERICORDIAM primum *ἀντίθετον*, 3 et oratorie naturam iudicum *τῷ ὁρισμῷ* expedivit.

278 1 NI NOSSEM CAUSAM CREDEREM VERA H. L. suavissime laudavit oratorem, qui omnia ad persuadendum idonea advocans solum conscium non adduxerit ad credendum. 2 NI NOSSEM CAUSAM CREDEREM VERA H. L. oblique poeta se laudavit.

279 AN QUISQUAM IUDEX EST QUI POSSIT NOSCERE TUA IUSTA UBI TUTE V. NON RES. apparet iam persuasum esse seni verum

---

[1]) Schol. pertinet ad v. sequentem.

adversarium fuisse Phormionem, non subiectum atque appositum sycophantam, unde ad aliud transit, ut accuset segnitiem in respondendo, quae levior culpa est: ita, quod cedentibus moris est, paulatim seni singula extorquentur e manibus.

280 1 TUA IUSTA diserte magis et absolute 'tua iusta' quam si aliter diceret.

2 * UBI TUTE VERBUM NON RESPONDEAS non dixit 'parum dicas' sed 'verbum <n. r.>'

281 1 ITA UT ILLE FECIT unde scit? an hic poetae virtus est, quod omnia ante inducatur cognovisse, ne in scaena haec ut nova audiens tragicis motibus insaniret? 2 FUNCTUS ADULESCENTULI EST OFFICIUM oratorie crimen quod obiectum est non purgavit modo, sed etiam ad laudem convertit quod rhetores περίστασιν dicunt; 3 et hoc de Apollodoro. 5 FUNCTUS ADULESCENTIS EST OFFICIUM LIBERALIS ingenioso non negavit hoc crimen occasionem laudis de confessione sumpturus.

4 FUNCTUS ADULESCENTULI OFFICIUM LIBERALIS derivatio causae; et est venialis status.

282 1 OFFICIUM LIBERALIS potenter 'officium' nominat, quod ille crimen appellat; 2 et nota 'functus officium' accusativo casu, quod nos ablativo. 3 POSTQUAM AD IUDICES VENTUM EST NON POTUIT COGITATA PROLOQUI haec apud oratores μετάθεσις αἰτίας dicitur, hoc est translatio causae facti, quem vulgo colorem nominant.

283 NON POTUIT COGITATA PROL. ergo quod cogitavit, industriae est, quod nihil dixit, pudoris.

284 ITA EUM TUM TIMIDUM 'timidum' perturbatum. Plautus (Bacch. 106) 'nam ut ex mari timida es' et ipse in Adelphis (305) 'me miseram, quidnam est quod sic video timidum et properantem Getam?'

285 LAUDO HUNC SED CESSO ADIRE satis defensionis est, ut Geta adire iam non timeat dominum.

286 2 *Et* vide vernilitatem aptissimam callido servo: credasne hunc esse, qui supra dixit (248) 'erus si redierit, molendum esse in pistrino, vapulandum' etc.? 3 O BONE CUSTOS SALVE quam ab initio idem motus servatus seni! nam idem nunc est, qui supra dixit (233) 'o Geta monitor', quamquam per αὔξησιν plus significat quod dixit 'bone custos' quam quod supra 'monitor'.

1 ERE SALVE SALVUM TE ADVENISSE GAUDEO principium a benivolentia.

287 1 COLUMEN VERO FAMILIAE 'columen' culmen, an 'columen' columna, unde *columellae* apud veteres dicti servi maiores domus? [1] Lucilius XXII (Marx 510) 'servus neque infidus domino neque inutilis quoiquam Lucili columella hic situs'. Tubero (inc. sed. fr. 12 P.) 'hinc in m. an. eorum columine civitas continebatur'; Horatius contra pro columine columnam (c. 1. 35. 13) 'iniurioso ne pede proruas stantem columnam', Ennius X (ann. 11, 362 M. = v. 348 V.[2]) 'regni versatum summam venere columnam'. 3 Et moralis <in> αὐξήσει εἰρωνεία.

2 COLUMEN VERO FAM. sustentatio vel decus, unde *columnae* dictae.

288 CUI COMMENDAVI FILIUM HINC ABIENS MEUM duplex accusatio est de eo quod fecerit, et haec conveniunt in eas personas, quas peccare non oportuerit.

289 1 IAM DUDUM TE OMNES NOS ACCUSARE AUDIO IMMERITO vide quam in his verbis etiam vultus quidam servi contumacis appareat et versute mali. 2 Et hoc est quod dixerat (229) 'ego in insidiis hic ero succenturiatus.

290 1 IMMERITO ET ME HORUM OMNIUM IMMERITISSIMO tantum impudentiae superest, ut non solum se, sed alios defendat. 2. HORUNC O. IMMERIT. <τὸ> πλῆρες 'horunce', sic nos *hunc* et *hanc* dicimus.

291 1 NAM QUID ME IN HAC RE FACERE VOLUISTI bona exceptione locutus est, quasi in aliis omnia fecerit.

290 3 IMMERITISSIMO ut *falso parvo* de adverbiis est in o desinentibus.

291 2 IN HAC RE VOLUISTI TIBI quam contemnat iram domini, ut hoc ipso purgatior videatur, ex hoc apparet, quod addidit 'tibi', sic enim dicere solemus 'quid tibi vis faciam?', cum alieno negotio frustra nos ostendimus laborare.

292 1 SERVUM HOMINEM CAUSAM ORARE LEGES NON SINUNT hoc non quasi ignoranti dixit, sed stomachose admonet velut stultum, qui rem manifestam non cogitet. 2 SERVUM HOMINEM venuste 'hominem': Sallustius in Iugurta (12. 5) 'cum interim Hiemp-

1) Cf. ad 165.4.

sal reperitur occultans se in tugurio mulieris ancillae'. 4 CAUSAM ORARE LEGES NON SIN. proprie: sic Vergilius (Aen. 6. 849) 'orabunt causas melius'.

3 * SERVUM HOMINEM C. O. M. S. mire extenuavit condicionem suam dicendo non 'me' sed 'servum', et addendo 'hominem' moraliter locutus est: sic Vergilius (Aen. 10. 719) 'venerat antiquis Corythi de finibus Acron, Graius homo'.

293 1 NEQUE TESTIMONI DICTIO EST vis scire, inquit, quam non liceat servo pro domino dicere? nec testis loco produci potest. 2 NEQUE TESTIMONI DICTIO EST varie: non enim dixit 'neque testimonium dicere'. 3 MITTO OMNIA etiam hoc perdidit senex, quod videbatur validum ad accusationem; ita gradatim illi singula subducuntur et accusationis impetus evanescit.

294 1 ADDE ISTUC IMPRUDENS TIMUIT ADULESCENS haec non minus verba causalem ad argumentandum vim habent. 2 MITTO SINO vim habent contra voluntatem concedentis. 3 IMPRUDENS TIMUIT ADULESCENS SINO *σχῆμα διανοίας· συγχώρησις*, et singula pronuntianda, ut plura videantur.

295 1 TU SERVUS VERUM SI COGNATA EST MAXIME sub obtentu huius propositionis, in qua pars legis ostenditur, iam poeta praeparat locum fallaciae Phormionis de dote accipienda. 2 VERUM SI COGNATA EST MAXIME <*τῷ*> *ἰδιωτισμῷ* addidit 'maxime', nam sive est cognata sive non est, non recipit *τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον*, hoc est: non dicitur 'maxime cognata' et 'minime cognata', sed aut est aut non est; alii sic ordinant: non fuit necesse maxime habere, alii: sed id quod lex iubet maxime dotem daretis.

296 <SED> ID QUOD LEX IUBET <D. D.> ordo: <sed dotem daretis>: sic Vergilius (Ecl. 3. 35) 'verum, id quod multo tute ipse fatebere maius, <p. p.>'.

297 QUAERERET ALIAM VIRUM <vide> 'quaereret' quam sit idoneum ad significationem odiorum: Vergilius (Aen. 11. 129) 'quaerat sibi foedera Turnus'.

298 1 QUA RATIONE INOPEM POTIUS DUCEBAT etiam 'ducebat' magno sonitu intulit, quod minus momenti habet adversus eos qui accusantur quam illa superiora. 2 INOPEM POTIUS DUCEBAT D. <non> 'inopem potius' sed 'potius ducebat' distinguendum est.

299 NON RATIO VERUM ARGENTUM DEERAT hoc ita per iocum ludibundus absolvit Geta, ut etiam quasi per iocum respondeat.

300 1 ALICUNDE NIHIL DICTU EST FACILIUS hoc quasi subridens et averso ab illo vultu pronuntiavit Geta, quod genus actionis securitatem ostendit hominis manifesta dicentis. 2 ALICUNDE Demipho 'alicunde' ad facilitatem rettulit, hic sic intellegi fingit, ut quasi non habens Demipho, a quo accipiat, dicere, dixerit 'alicunde'. 3 NIHIL EST DICTU FACILIUS mire ut solet proverbio uno dissolvit totam senis intentionem, ut Heautontimorumeno (718) 'quid si hoc pater resciverit? — quid si redeo ad illos qui aiunt „quid si nunc caelum ruat?"

301 POSTREMO SI NON ALIO PACTO VEL FAENORE ostendit se senex haec perdere, cum ab his ad alia transcendit exclusus.

302 1 DIXTI PULCHRE SIQUIDEM QUISQUAM CREDERET TE VIVO vide quam non laboret ad respondendum Geta, siquidem illi per ironiam respondit. 2 CREDERET pecuniam committeret.

303 1 NON NON SIC FUTURUM EST NON POTEST hic iam palmae locus est poetae debitae, siquidem et omnia obiecerit Demipho et omnia solverit Geta, quibus actis sola irrationabilis exclamatio relinquitur seni. 2 NON NON SIC FUTURUM EST NON POTEST moralis abnegatio frequenti repetitione firmata.

304 1 EGONE ILLAM CUM ILLO UT PATIAR NUPTAM hic est, de quo supra dictum est (120) 'illene indotatam virginem atque ignobilem daret illi? numquam faceret'. 2 EGONE ILLAM CUM ILLO UT PATIAR NUPTAM hic iam praestruitur quam facile triginta minas perditurus sit Demipho, dum illam vult excludere.

305 1 NIHIL SUAVE MERITUM EST ordo et sensus hic est: nihil mihi mercedis suave est, ut ego illam cum illo nuptam feram, 'suave meritum' enim s u a v e m m e r c e d e m significat.

2 NIHIL SUAVE MERITUM EST HOMINEM COMMONSTRARIER bono ordine pervenit ad Phormionem, a quo confutabitur magis senex.

306 AUT UBI HABITET DEMONSTRARIER mire ostendit quam hic senex contemnat Phormionem modo, a quo mox superabitur.

307 ISTUM PATRONUM MULIERES hic et contemnit adversarium et sui fiduciam monstrat.

308 1 ANTIPHO UBI NUNC EST mitius nunc quaerit, ubi sit Antipho et utrum amatae adhaereat, subtiliter, quod servus intellegens respondet 'foris'. 2 IAM FAXO HIC ADERIT Vergilius (Aen. 9. 154) 'haud sibi cum Danais rem faxo et pube Pelasga'. 3 FORIS 'foris' dixit, cum fugisse eum sciat.

309 1 ABI PHAEDRIA EUM REQUIRE ATQUE ADDUCE HUC opportuna et apta simplicitas attribuitur Demiphoni nil tale de Phaedria suspicanti. 2 EO RECTA VIA QUIDEM ILLO et amatorem ostendit Phaedriam et simul id agit, ne in conspectum patris veniat Antipho.

310 NEMPE AD PAMPHILAM nisi hoc Geta dixisset, non intellegerent spectatores quid dixisset Phaedria.

311 1 AT EGO DEOS PENATES HINC SALUTATUM DOMUM nulla mentio fit uxoris apud Demiphonem — non enim convenit argumento ut habeat — neque quid in Cilicia gesserit demonstratur ideo [Getam exclamasse], quia iam dictum est (66) 'noster in Ciliciam ad hospitem antiquum', causa enim quaesita est cur abesset, dum uxorem ducit Antipho, et causa ex argumento, id est avaritia, et quo minus videatur pati nurum pauperem, qui ob spem lucri ab Attica in Ciliciam navigarit. 2 HINC SALUTATUM ab hoc loco. 3 SALUTATUM adoratum prima post reditum prece.

312 1 DIVORTAR bene 'divortar' quasi de via. 2 ATQUE ALIQUOT MIHI AMICOS ADVOCABO iam praeparat ridiculam advocationem, qua plures adhibendo iuris consultos incertior reddetur.

313 1 AMICOS ADVOCABO 'amicos' et pro testibus et pro advocatis veteres posuerunt. 2 ADSIENT proprie 'adsient': a d e s s e enim dicuntur advocati.

314 UT NE IMPARATUS 'ne' pro 'non'.

2.

315 1 ITANE PATRIS AIS CONSPECTUM VERITUM HINC ABISSE in hac scaena de parasitis vilioribus Terentius proponit imaginem vitae, ut in Eunucho de potioribus; (*a*) animadvertendum autem huiusmodi genus hominum magis a Terentio lacerari. 2 ITANE PATRIS A. CON. V. H. A. adhuc narratur fabula de Terentio et Ambivio ebrio, qui acturus hanc fabulam oscitans et temulentus atque aurem minimo inscalpens digitulo hos Terentii pronuntiavit versus, quibus auditis exclamavit poeta se talem cum scriberet cogitasse parasitum, et ex indignatione, qua eum saturum potumque deprehenderat, delinitus <est> statim. 4 ADMODUM annuendi vim habet dumtaxat modo. (*a*)

1 *a* et his qui nuper processerunt, id est de assentatoribus. 3 Haec labra lingens ut ebrius et ructans ut potus et satur pronuntiavit actor bonus. 4 *a* et subauditur 'veritum'.

316 1 PHANIUM RELICTAM SOLAM subauditur 'ais'. 2 IRATUM SENEM iterum subauditur 'ais'.

317 1 OPPIDO non 'aio' sed 'iratum' intellege. 2 AD TE SOLUM SUMMA PHORMIO RERUM REDIT TUTE HOC INTRISTI TIBI OMNE EST EXEDENDUM ideo velut expergefactus ad has causas accedit Phormio, quia non diu sollicitum convenit esse parasitum nec quicquam aliud nisi de convivio vel propter convivium cogitare: adeo nisi a Geta cogatur, modo etiam negotiorum Antiphonis neglegens atque securus est.

318 1 TUTE HOC INTRISTI παροιμία apta parasito, quia de cibo est; hoc autem inter rusticos de aleato mortario dici solet. 2 Et bene 'intristi': proprie enim intrita dicitur huiusmodi cibus. 3 ACCINGERE appara te ipsum atque expedi.

319 1 ECCE REM QUID SI REDDET totum hoc quasi alia agens loquitur parasitus; et ex hoc apparet, quid intersit inter audaciam sycophantae improbi et patris familias perturbationem minime litigiosi: nam ille in bona causa advocatos quaerit et ipse sollicitus in toto actu est, hic puncto temporis se ad calumniam praeparavit. 2 QUID SI REDDET bene iam ad illud respicit fabula, quod futurum est, propter Phaedriam. 3 SIC OPINOR non ad 'tu impulisti' hoc pertinet sed ad id quod secum tacitus volvit Phormio. 4 QUID SI REDDET hoc est: quid si respondebit, 5 an 'mulierem' reddet?

321 1 CEDO SENEM hic alii excussisse torporem somni inducunt parasitum, alii transgluttisse quod in ore mandebat, quasi hoc morae fuerit ad vincendum senem. 2 CEDO SENEM non parvum litis molimen impendet, cum senex dicat (305) 'hominem commonstrarier', parasitus dicat 'cedo senem'.

322 1 QUID AGIS non interrogantis sed metuentis est hoc dictum. 3 ATQUE EX HOC CRIMINE AN. ERI. sic dixit 'ex crimine eripiam' quasi ex incendio. 4 Considera trium rerum quas promittit gradus per auxesim esse servatos. 5 PHANIUM uxor scilicet Antiphonis.

2 QUID VIS NISI UT MANEAT PHANIUM ATQUE EX CRIMINE HOC ANTIPHONEM ERIPIAM ET IN ME OMNEM IRAM DERIVEM SENIS tria promittit in quibus omnis Antiphonis causa est constituta.

323 1 ANTIPHONEM ERIPIAM bene 'eripiam' dixit, quod causam significat dici pro eo qui teneatur oppressus, Vergilius (Aen. 12. 947) 'tune hinc spoliis indute meorum eripiare mihi?'. 2 IN ME OMNEM IRAM DERIVEM PATRIS derivatio dicitur inflexio criminis ab eo ad quem pertinebat ad eum ad quem non pertinet.

324 1 O VIR FORTIS ATQUE AMICUS ordine laudavit: plus est enim 'amicus' quam 'vir fortis' [1]); 2 et apparet aversum Getam exclamasse, quod maiorem vim habet quam si <ipse> amico dixisset. 3 O VIR FORTIS ATQUE AMICUS nominativum pro vocativo posuit. 4 VERUM HOC SAEPE PHORMIO bene 'saepe' addidit, ut sententiam faceret de speciali dicto.

325 1 VEREOR NE ISTAEC FORTITUDO IN NERVUM ERUMPAT quid est 'istaec'? nimium audax scilicet, et convenit hoc dictum Getae, qui supra dixerat (123) 'est parasitus quidam Phormio, homo confidens: qui illum di perduint!'

324 5 VERUM HOC SAEPE PHORMIO VEREOR NE I. F. IN N. ER. ex consuetudine Romana dixit, quia saepe in nervum coniciebantur ex aliquo maleficio in carcerem missi. 8 Ergo fortitudine nimia saepe vinci, saepe decipi contingit.

> 6 * An numquid proverbium ex sagittariis natum est, quod immoderatae plerumque vires adducendo arcu non telum incitent, sed nervum rumpant? 7 <An> quod saepe fortius ferientes nervum sibi aliquem laedant?

325 2 IN NERVUM ERUMPAT DENIQUE 'denique' modo *παρέλκεται* ex Terentiana consuetudine, qui hanc particulam in ultima ponit sententia.

326 1 IAM PEDUM VISA EST VIA 'pedum' pro 'pedibus' et 'visa' *ἀντὶ τοῦ* 'provisa'.

> 2 * Et totum metaphorice.

327 QUOT ME CENSES HOMINES IAM DEVERBERASSE USQUE AD NECEM *παρασιτικῶς* totum translationibus loquitur; huiusmodi est enim umbraticorum hominum scurrilis oratio.

328 1 HOSPITES TUM CIVES *ἀνακόλουθον* secundum, deest enim supra 'cum'. 2 Et bene posterius posuit id quod maius est.

329 1 CEDO DUM EN UMQUAM INIURIARUM AUDISTI MIHI SCRIPTAM DICAM plus est hoc quod per interrogationem intulit, quam si

---

[1]) Cf. adnot. ad h. l.

diceret 'numquam mihi scripta est iniuriarum dica'. 2 INIURIARUM SCRIPTAM DICAM κυριολογία: sic enim et Tullius (Verr. 37) 'scribitur Heraclio dica'. 3 DICAM δίκη Graece causa est, quae fit Latine dica, ut ἀκτή acta, Καλλιόπη Calliopa.

330 1 QUI ISTUC interrogare hic ideo fingitur Geta, ut parasitica progrediatur oratio. 2 QUIA NON RETE ACCIPITRI TENDITUR NEQUE MILUO rursus per allegoriam loquitur parasitus, ut totum et triviale sit et <ex> conviviis escisque translatum. 3 QUIA NON RETE ACCIPITRI TENDITUR legitur et 'tennitur': habet enim N littera cum D communionem.

331 1 QUI MALE FACIUNT NOBIS ore et unguibus scilicet. 2 ILLIS QUI NIHIL FACIUNT TENDITUR non sic accipias 'nihil faciunt' quasi dicat 'nec male nec bene', sed cum legeris 'nihil faciunt' subaudito 'nobis male'.

332 1 QUIA ENIM IN ILLIS FRUCTUS EST παρέλκον tertium, quo aut 'quia' sub 'enim' subiugatur, aut ipsum 'enim' supervacuum est. 2 IN ILLIS FRUCTUS EST qui nihil faciunt nobis male. 3 QUIA ENIM IN ILLIS FRUCTUS EST 'fructus' cibus, quia frumen dicitur tractus gulae, quo cibus in alvum demittitur. 4 IN ILLIS OPERA LUDITUR qui male faciunt nobis. 5 LUDITUR exercetur <frustra> [1]. 6 An 'illuditur', hoc est frustratur?

333 1 ALIIS ALIUNDE EST PERICULUM UNDE ALIQUID ABRADI POTEST utrum hic sensus est, quasi dixerit: aliud aliis periculum affertur, a quibus auferri potest, an: alii aliunde periclitantur quam credunt? est enim illis causa periculi non quae videtur, sed quae ab illis aliquid auferre potest. 2 UNDE a quibus. 3 ABRADI per vim auferri.

334 1 MIHI SCIUNT NIHIL ESSE rei scilicet. 2 DUCENT DAMNATUM DOMUM secundum ius scilicet, quo obaerati cum non solvendo essent, ipsi manu capiebantur. 3 DUCENT DAMNATUM DOMUM mire iuris usus est verbis ad extenuandam poenam et rem ad commodum transferendam; nam quod obaeratis inimicum, id parasitus maxime optat: duci ab aliquo domum; addidit autem 'damnatum' quasi qui irrideat genus damnationis, in qua victor pascere compellitur et victus pascitur.

---

[1] Supplendum censeo <frustra>, cf. Mnem. 35. 288 (= lib. p. 116).

335 1 ALERE NOLUNT HOMINEM EDACEM sensus est: sciunt edacem et ideo nolunt ducere; 2 et hoc sic pronuntiandum est ut facete totum videatur illatum, quando si obaeratus sit sub huiusmodi poena, neque accusari ab alio queritur neque damnari. 3 HOMINEM EDACEM se significat. 4 SAPIUNT sibi consulunt.

336 1 PRO MALEFICIO pro iniuria. 2 PRO MALEFICIO SI BENEFICIUM παρασιτικῶς 'beneficium summum' dixit 'alere'. 3 REDDERE retribuere, reponere.

337 1 NON POTEST SATIS PRO MERITO AB ILLO TIBI REFERRI GRATIA multum promittit Geta parasito, cum dicat nihil futurum, quod pro merito <retribui> possit. 2 NON POTEST SATIS PRO MERITO AB ILLO huiusmodi sententia infert poeta παρένθεσιν [1]) cum his quae voluit inferre. 3 AB ILLO TIBI GRATIAM REFERRI non ab eo qui te damnatum duxerit, sed <ab> Antiphone de quo sermo est.

338 1 IMMO ENIM SATIS NEMO PRO MERITO GRATIAM REGI REFERT bene parasitus quicquid praestat debere se dicit, et est proprium personae inferioris, Vergilius (Aen. 1. 78) 'tu mihi quodcumque hoc regni, tu sceptra Iovemque concilias, tu das epulis accumbere divum'. 2 GRATIAM vicem. 3 NEMO PRO MERITO SATIS <GRATIAM> REFERT REGI 'rex' alias regnator, alias dominus, alias dives significat, sed nunc 'rex' rationem habet nominis ad aliquid, dicti ad significandum parasitum: ut enim parasitus regis est et libertus patroni, sic e contrario rex parasiti est et patronus liberti, quod si non esset, non 'nemo' tantummodo sed 'nemo parasitus' diceret.

339 1 TENE ASYMBOLUM VENIRE UNCTUM ATQUE LAUTUM E BALNEIS haec non ab Apollodoro, sed de . . . (Enn. sat. 6 fr. 1 M.) translata sunt omnia: 'quippe sine cura laetus lautus cum advenis infertis malis, expedito bracchio, alacer celsus, lupino exspectans impetu, mox cum alterius ablingas bona: quid censes domino esse animi? pro divum fidem! ille tristis est dum cibum servat, tu ridens voras'. 2 TENE ASYMBOLUM VENIRE et hoc nomen constat inter parasitos esse conflictum atque compositum contra illud in Andria (88) 'symbolam dedit, cenavit'.

340 1 OTIOSUM AB ANIMO τῷ ἀρχαισμῷ addidit 'ab', cum sufficeret

---

[1]) Cf. Wessn. in var. lect.

'animo'. 2 CUM ILLE ET CURA ET SUMPTU ABSUMITUR 'cura' in apparando. 'sumptu' in comedendo.

341 1 DUM TIBI SIT QUOD MAGIS PLACEAT acuenda vox in eo quod ait 'tibi'; 2 et hoc eminenter adiectum est non sui curam sed convivarum gerere illum qui vocat. 3 ILLE RINGITUR TU RIDEAS poetico lepore iisdem syllabis diversa significantia prope se invicem posuit: 'ringitur' et 'rideas'. 4 ILLE RINGITUR TU RIDEAS varie, nam pronuntiativo coniunctivum miscuit. (*a*) 5 Ringi est stomachari tacitum, est enim translatio a canibus latratoriis.

4 *a* non dixit enim 'ringatur' sed 'ringitur'.

342 1 PRIOR BIBAS PRIOR DECUMBAS hoc ad procacitatem parasitorum rettulit. 2 PRIOR DECUMBAS <Cicero> aliter (Verr. 2. 66) 'mature veniunt, discumbitur' inquit. 3 CENA DUBIA APPONITUR et hoc adeo parasiticum verbum est, ut non intellegat Geta.

343 1 QUID ISTUC VERBI EST ut intellegat populus, idcirco et non intellegit et vult doceri Geta; ostendit autem poeta pro una quaque re verba propria esse neque communia cum his, qui diversi sunt actus.

2 * UBI TU DUBITES QUID SUMAS POTISSIMUM non 'potius' sed 'potissimum' dixit, ut in re omni aliis alia potiora monstraret, Plautus (Men. 103) 'standum est in lecto, si quid de summa petas'.

344 1 HAEC CUM RATIONE<M> INEAS intellegas, aestimes. 2 QUAM SINT SUAVIA ET QUAM CARA SINT non nihil philosophatus est poeta ostendendo multis suavia esse quae cara sint. 3 CARA magni pretii.

345 1 EA QUI PRAEBET NON TU EUM HABEAS PLANE PRAESENTEM DEUM hoc est quod ait (338) 'immo enim nemo satis pro merito gratiam regi refert'.

346 1 SENEX ADEST VIDE QUID AGAS ibi intervenit senex ultimo, <quando>quidem quod extra argumentum per inventionem dici potuit consumptum est.

345 2 NON TU HUNC HABEAS PLANE PRAESENTEM DEUM praesentes di sunt vel qui statim praestant vel qui et coluntur et videntur, ut Sol Luna; alii 'praesentem' pro potentissimo accipiunt, ut Vergilius (Ge. 2. 127) 'quo non praesentius ullum'.

346 2 VIDE QUID AGAS non terrentis est sed excitantis. 3 PRIMA

COITIO ACERRIMA EST translatio a proelio, nam et congredi milites et coire dicuntur.

347 1 SI EAM SUSTINUERIS multum de illo exigit, quando non dicit 'si eam reppuleris' sed potius 'sustinueris'. 2 POST ILLAM IAM UT LIBET LUDAS LICET in officio militari omne negotium vel pugna vel ludus est.

3.

348 1 EN UMQUAM CUIQUAM CONTUMELIOSIUS AUDISTIS FACTAM INIURIAM in hac scaena, ut rhetoribus placet, veluti quaedam controversia est, quae uno tempore ex utraque parte tractatur, ut si quis dicat legem esse, ne de eadem re bis agatur, et item, ut orbam proximus ducat; (*a*) meminisse autem debemus in omni contentione ea maxime dici, quae simplici patri familias et calumnioso sycophantae improbissimoque parasito congruere poetae visa sint. 2 EN UMQUAM CUIQUAM CONTUM. A. iam instructi sunt advocati, et recte: longum enim fuerat omnia haec per [1]) scaenam geri. 3 EN UMQUAM 'en' vim habet indignationis post enarratam iniuriam.

1 *a* * quidam absente patre sub hoc nomine uxorem coactus erit [2]) ducere: vult illam pater adveniens eicere de matrimonio: contradicitur.

349 QUAM HAEC EST MIHI 'facta iniuria' subauditur.

350 1 ADESTE QUAESO interim advocati κωφὰ πρόσωπα inducuntur et ridicule tacent prius, postea locuturi; 2 et ADESTE proprie: adesse enim causae proprie dicuntur patroni et amici. 3 IRATUS EST hoc ad excitandum dicitur Phormionem. 4 QUIN TU HOC AGE annuit, ut taceat.

5 Et significat silentium.

351 1 IAM EGO HUNC modo 'iam' signum celeritatis est. 2 HUNC cum contemptu dixit. 3 AGITABO perturbabo. 4 PRO DEUM IMMORTALIUM ἔλλειψις: deest 'fidem' aut quid tale, Cicero in Oeconomico (fr. 8 M.) 'quid igitur, pro deum immortalium, primum eam docebas quaeso?' 5 PRO DEUM IMMORTALIUM artificiose prior exclamat, ut Demipho, qui iniuriam passus est, ultro impetum accusationis incurrat.

---

[1]) Sic Wessn. cum Hartmanno pro 'post sc.'

[2]) Corrigendum videtur 'erat'.

A [1])

350 7 Et quia ipse properantius pergit, rogat ut assequerentur.

6 ADESTE QUAESO proprie advocatis dixit.

B

352 1 HANC SIBI COGNATAM additum pronomen est, quasi notam omnibus diceret. 2 PHANIUM HANC S. C. magno ingenio Terentius impudentiam calumniatoris expressit, nam et prior incipit et prior accusat.

3 Et quia non potest dicere 'expellit Phanium Demipho?' 'negat cognatam?' dicit.

353 NEGAT una opera Geta in duplici versatur dolo: nam et audiente iam sene eius se defensorem tamquam absentis assimulat et irritat ad vociferandum Phormionem, qui clamandi ulterius causam non haberet, si taceret Geta.

354 1 NEQUE EIUS PATREM SE SCIRE QUI F. ambiguitas, quae tamen discernitur sensu.

352 4 COGNATAM DEMIPHO haec est fatigatio, quae etiam nomen tumultuose persequitur atque exagitat, et ideo callidus sycophanta patris familias proprium nomen non solum invidiose infert, sed etiam repetit.

356 1 NEC STILPONEM IPSUM haec asseveratio est mentientis imitata veritatem.

354 2 [NEGET] [1]) σύλλημψις prima, nam extrinsecus audiendum est 'pater'.

A

355 SEQUIMINI 'sequimini' dicit, quia properantius et concitatiore gradu pergit iratus.

B

SEQUIMINI apparet Demiphonem ut patrem familias perturbari non mediocriter, quippe qui et advocatos conquisiverit adversus agentem et progredi non audeat, nisi illi sequantur.

356 2 NEC STILPONEM IPSUM SCIRE QUI F. multa calumniatores clamitandi causa dicunt et vociferandi, ut ipso strepitu terreant, tantundem <enim> est 'nec Stilponem ipsum' quod supra (354) 'neque eius patrem'. 3 Et scire debemus hoc nomen non fictum a parasito, sed auditum a puella, quae uxor ducta sit, dici.

---

[1]) De scholiorum ordinibus A et B vide quae disputavi in Praefatione.
[2]) Schol. pertinet ad v. initium.

357 1 QUIA EGENS RELICTA EST MISERA communis locus in avaritiam generalitate approbatior: facilius enim de omnibus hoc quam de Demiphone creditur, et ideo 'ignoratur' dixit et 'neglegitur', non 'ignorat' et 'neglegit Demipho'. 2 IGNORATUR non agnoscitur. 4 Et PARENS pater. (*a*)

3 'Ignoratur' quod fingitur, hoc enim significat modo. 4 *a* nam ut variaret, parentem dixit, quem supra (354) dixerat patrem. 5 Patrem ergo dicit puellae a Demiphone ignorari.

A

358 VIDE AVARITIA QUID FACIT haec conversus ad circulum et coronam circumstantium conqueritur et dicit: nulla enim re magis populus concitatur, quam si quis egenum contemnat, inde et Sallustius (Catil. 37. 3) 'bonis invident et malos extollunt, <t.> atque sed'. etc.

B

1 NEGLEGITUR IPSA quia est, qui ignoret parentes puellae, id est ignorare se dicat et tamen non ipsam neglegat puellam, ideo utrumque conquestus est.

2 VIDE AVARITIA QUID FACIT proprie 'vide' stomachantibus qui indignatione coguntur quasi cum aliquo colloqui; sic ipse in Adelphis 'illud sis vide: exemplum disciplinae!' sunt qui putent illum alicui de corona circumstantium dicere moraliter 'vide'.

A

359 2 Insimulo genetivo iungitur.

1 * SI ERUM INSIMULABIS AVARITIAE MALE AUDIES insimulare est crimen ingerere, sic Cicero (Catil. 3. 12) 'nihil eorum, quae Galli insimulabant, negavit'.

B

1 SI ERUM INSIMULARIS insimulatio est et falsi et veri criminis incusatio, sic Cicero (Catil. 3. 12.) 'nihil eorum quae Galli insimulabant'. 2 MALE AUDIES 'a me' scilicet: Geta enim dicit.

A

360 O AUDACIAM ETIAM ME <V.> ACCUSATUM AD. exclamatio est, et ostendit, quid absente patre defenderit filius.

B

O AUDACIAM hic iam ostenditur persuasum Demiphoni esse vim adhibitam filio suo uxorem ducere, uno cum hunc audacem appellat, altero quod dicit 'etiam', quae coniunctio ad Antiphonem convertitur, et sic 'accusatum'.

A

361 1 NIHIL EST QUOD SUCCENSEAM *succensere* dicimus eum, qui cum amare debeat laesus irascitur.

2 Vide ut veteratorie ostendat contradixisse adulescentem.

B

1 NAM IAM ADULESCENTI NIHIL EST QUOD SUCCENSEAM hic subtiliter ac latenter purgatur a Phormione apud patrem Antipho: cum dicit 'iam non est quod succenseam iuveni', ostendit adhuc succensuisse et inimico fuisse animo, cumque addit 'si illum minus norat', ostendit contradixisse sibi et restitisse in iudicio.

2 Et sic dicit, quasi adulescens non agnoscens puellam veniam meruerit, pater negata cognata ferri non possit [1].

362 1 [SI ILLUM] [2] repente transit ad nominativum, cum supra 'illum' dixerit. 2 Et deest 'erat', quod assumitur ab inferiore. 3 SI ILLUM MINUS NORAT non dixit 'non norat' sed 'minus norat', quasi et ipse nosse debuerit. 4 QUIPPE NATU GRANDIOR <'grandior'> hic comparativus non est, sed habet significationem a positivo minus: Vergilius (Aen. 6. 304) 'iam senior sed cruda deo viridisque senectus'. 5 QUIPPE HOMO NATU GRANDIOR argumentalis narratio dicitur, quae nunc subiecta est et ad fidem faciendam et ad constituendam personam defensoris. 7 GRANDIOR proprie *grandis* ad speciem refertur aetatis, ut *grandis puer*, *grandis virgo* et *grandis senex* dicitur.

6 Et 'grandior'. non 'grandis', quasi dicat: grandior fuit, quam ut illum adulescens nosse posset.

A

363 1 CUI IN OPERE VITA ERAT 'vita' pro *victu* posuit.

2 Et 'opera' hic septimus casus est. 3 RURI FERE <SE> CONTINEBAT *continere* <se> dicitur, qui contra voluntatem se retinet.

B

1 CUI OPERA VITA ERAT hic ostenditur quam pauper fuerit. 2 OPERA VITA 'opera' septimus casus est et 'vita' nominativus. 3 RURI FERE id est: qui <ruri> opere faciendo quaerebat cibum, 4 et bene addidit 'fere': non enim semper, sed plerumque. 5 RURI FERE SE CON. expresse ostendit miseriam eius,

---

[1]) Vide adnot. ad hoc scholium.

[2]) Schol. pertinet ad verba sequentia.

qui in urbe natus interdixerat sibi accessus eius ob pudorem inopiae, (*a*) hoc autem apud veteres faciebant nobiles, cum ad paupertatem redacti erant.

5 *a* nam hoc significat 'continebat', unde c o n t e n t i dicuntur in malis durantes.

A

365 SAEPE INTEREA MIHI SENEX NARRABAT habet miseriam otiosa narratio.

B

1 COLENDUM HABEBAT Vergilius (Aen. 12. 520) 'conductaque pater tellure serebat'. 2 SAEPE INTEREA MIHI SENEX NARRABAT miserabiliter et invidiose positum 'senex' et maiore fide, quia 'narrabat' dixit, non 'querebatur'.

3 Et vide congestionem argumentorum: et 'saepe narrabat' et 'senex'.

366 1 *Et* SE HUNC NEGLEGERE ἀμφιβολία, sed quae sensu dissolvitur. 2 COGNATUM SUUM hoc est crimen, et causa est, quia 'cognatum' addidit.

A

367 QUEM EGO VIDERIM IN VITA OPTIMUM modo 'in vita' in moribus.

B

1 AT QUEM VIRUM qualitas iniuriae a dignitate personae: multi enim tales sunt, ut cognatione abdicandi sint; 3 et IN VITA hoc est: cum viveret et quoad vixit.

2 QUEM EGO VIDERIM IN VITA OPTIMUM in actu ac moribus.

A

368 VIDEAS TE ATQUE ILLUM UT NARRAS melius hoc clare dictum a servo accipimus, ut defendisse dominum videretur.

B

1 VIDEAS TE ATQUE ILLUM UT NARRAS deest 'vidisti'. 2 UT NARRAS scit enim illum non vera dicere. 3 IN MALAM CRUCEM adverbialiter ut (Andr. 70) 'huc viciniae'.

369 1 NAM NI EUM ITA EXISTIMASSEM ut 'in vita optimum' iudicarem.

368 7 An sic intellegendum, ut servus hoc dicat: si optimum est victum opera quaerere et in alieno agro esse, videas te atque illum vidisti, quemadmodum narras, vivere, et alluserit ad illud quod ait 'quem ego viderim in vita optimum'?

4 VIDEAS TE ATQUE ILLUM UT NARRAS hoc est: parem tete illi existimo atque illum tibi. 5 An potius: servus sciens hanc per-

sonam fingi vel certe etiam mortui vis hominis [1]) induci, male precatur parasito, ut etiam ipse sic aut nusquam sit ut fictus aut pereat ut mortuus? 6 An sic accipiendum est, ut servus summissa voce hoc per iocum dixerit: tantum tu in vita te videas optimum, quantum fuit quem narras?

369 2 NUMQUAM TAM GRAVES hoc non quasi timidus sed quasi religiosus et fidus loquitur Phormio.

A

370 OB HANC id est pro filia ipsius.

B

1 OB HANC tamquam praesens sit mulier de qua lis est, demonstrativa particula usus est dicendo 'hanc'. 2 INIMICITIAS CAPEREM c a p e r e dicimus, cum id quod in nobis <non> est assumimus, unde c a p e r e et pro eligendo ponitur.

A

371 1 QUAM IS ASPERNATUR <NUNC> TAM ILLIBERALITER a s p e r n a r i est averti non solum corpore, sed etiam animo.

2 A s p e r n a r i est recusare aut fere non agnoscere; est autem dictum ab 'a' et 'sperno'.

B

1 QUAM HIC ASPERNATUR NUNC TAM ILLIBERALITER ordo est: ob hanc, quam hic aspernatur nunc tam illiberaliter. 2 *Ἀπόδοσις*: 'quam' enim supra revocavit ad puellam referens, ut (Verg. Aen. 4. 355) 'quem regno Hesperiae fraudo' et Sallustius (Hist. 1. fr. 57 M.) 'nam Syllae dominationem <queri non> audebat' et interpositis quibusdam 'qua offensus' <scilicet> dominatione Syllae. 3 NUNC TAM ILLIBERALITER apud veteres i l l i b e r a l i t e r dicebant factum, si quid excessisset omne genus maleficii, sic in Adelphis (663) 'factum est a vobis duriter immisericorditer<que> atque etiam, si est dicendum magis aperte, illiberaliter': vide more *αὐξήσεως* pro magno hoc ultimum poni.

A

372 1 PERGIN *ἀπόστροφος* pro *παρένθεσιν*. 3 IMPURISSIME improbissime.

2 MALE LOQUI pro 'maledicere'.

B

1 PERGIN ERO ABSENTE argute addit 'absente', ut videatur fide-

---

[1]) Wessn. edidit 'visum hominis', Schoell proposuit ,mortuum hominem'.

lior, qui defendit absentem: quod praestans argumentum est id animi habuisse Getam etiam peregrinante domino. 2 MALE LOQUI pro 'male dicere', et quaerit Probus, quis ante Terentium dixerit.

A

373 AIN TANDEM CARCER non carcereum sed carcerem asperius appellavit, sic Lucilius (Marx 1128) 'carcer vix carcere dignus'. (*a*)

a et 'vix' pro 'non'.

B

1 DIGNUM AUTEM HOC ILLO EST non negat 'male loqui', sed hoc dignum esse contendit malo homine. 2 AIN TAMDEM 'ain': ἀπόστροφος nota est, quae separat E ab N littera ·i· tenuit sed sonum [1]) est enim integrum 'aisne'.

3 CARCER Lucilius 'carcer vix carcere dignus'.

A

374 BONORUM EXTORTOR LEGUM CONTORTOR fingit illi crimina de causa et de negotio.

B

BONORUM EXTORTOR LEGUM CONTORTOR ingeniose de ipso negotio sunt inventa convicia.

A

375 QUIS HOMO EST HEM mire servus finxit se non vidisse senem, ut ea quae dixerit in Phormionem sincere dixisse credatur.

B

1 RESPONDE timuit poeta, ne huiusmodi vociferatio Getae quasi veram discordiam apud populum fingeret, et ideo fecit eum a Phormione admoneri. 3 ABSENTI TIBI TE INDIGNAS tunc fidelis opera est, cum absens aliquis defenditur; hoc ergo confirmat velut indicando, sic in Andria (783) 'o Chreme, per tempus advenis: ausculta'.

2 QUIS HOMO EST HEM ita mira dissimulatione additum 'homo', ut videatur nihil de praesentia domini cogitasse.

A

376 SEQUE DIGNAS CONTUMELIAS id est: quas ipse debet audire.

---

[1]) Wessn. proposuit: 'unde littera I ante N amittit sonum', sed etiam de praecedentibus non prorsus constat. Leeuwenius coniecit: ἀπόστροφος nota est qua separatur ab N littera I; tenuit sed sonum, est enim integrum 'aisne'. Denique Beckins: 'quae separat E ab N littera, id est (=.i.) tenuat S et sonum'.

377 DESINE imponit silentium Getae, quasi validiora dicturus sit, et sic et supra 'tace' dixit senex.

B

OHE IAM DESINE hac voce ostendit plus iusto pro se locutum videri Getam, nam 'ohe' interiectio est satietatem usque ad fastidium designans: Horatius (serm. 2. 5. 96) 'donec 'ohe'! iam ad caelum manibus sublatis dixerit, urge'.

A

378 1 ADULESCENS PRIMUM ABS TE est haec auctoritas in senibus, ut minores aetate appellatione pueri vel adulescentis vel iuvenis minores etiam ostendant auctoritate, ut hoc de nomine illis quidem detrahant, sibi vero auctoritatem attribuant, sic Vergilius (Aen. 12. 19) 'o praestans animi iuvenis, quantum ipse f.' etc. 2 BONA ABS TE VENIA PETO sine ira, sine discordia.

379 1 SI TIBI PLACERE POTIS EST pro 'potest'. 2 MIHI UT RESPONDEAS bene 'mihi' utpote patri adulescentis; (*a*) 3 et verbum est scrupulose aliquid interrogantium, sic Vergilius (Aen. 2. 149) 'mihique haec edissere vera roganti' et (Ecl. 3. 1) 'dic mihi, Damoeta, cuium pecus?'

2 *a* * vel domino Getae vel etiam seni;

380 1 QUEM AMICUM AIS F. 'ais' dicimus de his, qui vana loquuntur, dicere autem de his, qui validiora. 2 EXPLANA manifesta, expone.

381 ET QUI COGNATUM 'qui' quomodo, unde.

382 PROINDE EXPISCARE QUASI NON NORIS expiscari est diligentissime quaerere, ubinam pisces lateant. (*a*)

a ergo tractum verbum a piscatoribus.

B

PROINDE EXPISCARE 'proinde' similitudinis adverbium modo est, non coniunctio, ut (Verg. Aen. 11. 383) 'proinde tona eloquio, solitum tibi'.

A

383 EGO ME NEGO TU Q. A. subauditur ad omnia 'nosse'.

384 EHO TU SOBRINUM T. populari quadam vulgarique fatigatione utpote scurra respondit.

385 1 NOMEN MAXIME falsa non habent memoriam. 3 QUID NUNC TACES urget senex, quia intellegit eum nomen nescire.

2 Hic ergo deest 'nescio' vel 'necessarium est'.

387 SUBICE suggere.

388 NON DICO QUASI NON NORIS T. AD. mire, nam videtur arte celare, quod invitus nesciebat.

390 STILPHONEM INQUAM NORAS figura ἐπιτροχασμός, est autem ἐπιτροχασμός verborum super se invicem effusio vel supermersio, quae fit adversarii causa turbandi, sic Cicero (Catil. 1. 8.) '<num negare audes? quid taces?> convincam, si negas', Vergilius (Aen. 11. 387) 'non longe scilicet hostes quaerendi nobis: circumstant undique muros; imus in adv. quid cess.?'

B

STILPHO EST σύλληψις prima, nam reddit[1]) ad nominativum 'est' utique Stilpho, et rursum ad accusativum 'noveras' Stilphonem scilicet.

A

393 AT SI TALENTUM REM REL. ἀξιόπιστον illud fecit.

B

AT SI TALENTUM REM RELIQUISSET more Romanorum, apud quos hereditas pecuniae erat, 'talentum' autem quod dixerit, more Graecorum admiscuit.

A

396 2 Et vide senem de iniuria non agere, quia iustae confidit et nititur causae, plerumque enim hac constantia animi fulciuntur, qui iuri confidunt, at contra qui nullo iure freti litigant, ad iniurias prosiliunt, ut his saltem perturbent adversarium, quia iure non valent: condono igitur, inquit, tibi omne contumeliae genus. 3 EGO TUM CUM ADVENISSEM deest 'ad iudicium', ut sit: cum ad iudicium venissem. 4 QUI MIHI COGNATA 'qui' unde, quomodo (= 381).

1 ITA UT DICIS EGO TUM CUM AD. ita sum, inquit, ut dicis, avarus et superbus.

B

QUI MIHI C. σχῆμα διανοίας· συγχώρησις.

A

398 1 HEUS NOSTER RECTE Geta sic laudat senem, ut optet vincere Phormionem. 2 HEUS NOSTER RECTE plaudit sibi Terentius supposita persona, quasi recte dixisset.

---

[1]) Cf. Wessn. var. lect. Edd. vulg. 'redit'.

400 IUDICIBUS probavi iudicibus, inquit.

401 FILIUS CUR NON REFELLIT refellere est arguendo falsum ostendere.

402 CUIUS DE STULTITIA DICI UT DIGNUM compendium conviciorum est, nihil dignum invenire pro magna iniuria quod respondeas.

B

403 MAGISTRATUS ADI * * * * *.

A

405 QUANDOQUIDEM SOLUS REGNAS quoniam regnum solutum legibus est et opprimens libertatem, sic alibi (175) 'regnumne tu hic, Aeschine, possides?'

406 HIC DE EADEM CAUSA 'hic' videlicet apud Athenas, ubi libertas omnibus communis est.

B

408 POTIUS QUAM LITES SECTER AUT QUAM TE AUDIAM bis posuit 'quam' quod genus figurae primo ζεύγματι est contrarium, ut in Heautontimorumeno (259) 'propter quam in summa infamia sum et meo patri minus <sum> obsequens', item (964) 'cepi rationem ut neque egeres neque ut hoc posses perdere'.

A

409 1 ID QUOD LEX IUBET DARE DOTEM modo id agit, quod reprehendit a filio non esse factum (297) 'dotem daretis, quaereret alium'. 2 Et d o t e m voluit custodem esse pudoris.

B

ID QUOD LEX IUBET pro 'ob id quod lex iubet'.

410 DOTEM DARE <A. H.> MINAS QUINQUE ACCIPE <* * * * *>.

A

411 HAHAHAE hic risu destruxit, quod praetendebat senex.

B

HOMO SUAVIS praescriptio[1]), cum iam alterum factum sit, utrumque fieri non posse.

A

412 ANNE HOC QUIDEM <EGO> ADIP. Q. I. P. EST quia enim a lege stat, recitat tantum id, quod scriptum est.

413 1 ITANE TANDEM QUAESO ITEM UT <M.> maiora sunt argu-

---

[1]) Cf. Eugr. ad v. 399.

menta, quae per interrogationem proferuntur. 2 UBI ABUSUS SIS utimur cum honore, abutimur cum iniuria.

B

UBI ABUSUS <SIS> scriptum et voluntas.

A

414 * ATQUE AMITTERE bene 'amittere', quia finis cupiditatis amissio est.

415 1 AN UT NE QUID TURPE CIVIS IN SE ADMITTERET idoneum testimonium bonorum esse natalium, 'civem' dixisse; nam apud veteres peregrinae mulieres in meretricum numero habebantur, sic ipse alibi (Andr. 469) 'adeon est demens? ex peregrina?' et alibi (Eun. 107) 'Samia mihi mater fuit, ea habitabat Rhodi' et Parmeno comprobans respondit 'potest taceri hoc', id est: meretricem matrem te habuisse.

2 AN UT NE QUID C. T. I. S. A. hic a voluntate.

417 UT CUM UNO AETATEM DEGERET quid est enim pudicitia nisi unius scientia viri?

419 ACTUM AIUNT N. A. 'aiunt' dicimus, cum proverbium significamus: acta res est, de qua sententia prolata sit.

420 1 SINE MODO haec minantis sunt verba.

2 Et bene imitatus est modum comminantis.

B

1 DONEC PERFECERO HOC ut (Verg. Aen. 2. 719) 'donec me flumine vivo abluero'. 2 INEPTUS ut a sapientia 'sapis' dicimus ita ab ineptia 'ineptis'.

A

422 TUUS EST DAMMATUS GNATUS N. T. pro voluntate contendentis est prolatio sententiae.

B

1 TUUS EST DAMNATUS GNATUS NON TU ludit Phormio, cum dicit 'non tu'. 2 NAM TUA PRAETERIERAT IAM DUCENDI AETAS nihilo contemptibiliorem in hac causa sibi senem quam Antiphonem fuisse <dicit>, sed aetatem in illo esse despectam.

A

424 ILLUM PUTATO QUAE EGO NUNC D. D. diffinitive respondit.

425 CUM UXORE HAC <'hac'> id est tali.

426 TU TE IDEM MELIUS FECERIS locus est hic, ut se ostendat Phormio de compacto egisse cum Antiphone.

B

TU TE IDEM MELIUS FECERIS quidam sic intellegunt 'tu te idem melius feceris', ut senex potius exeat quam eiciat filium; artificiose autem loquitur Phormio, ut adimat suspicionem seni convenientiae inter parasitum et filium.

A

428 SEDULO sine dolo, instanter.

429 1 DISSIMULAT fingit, mentitur. 2 QUIN QUOD EST FERENDUM FERAS cur non, inquit accommodas necessitati voluntatem?

433 * QUAE TUAM SENECTUTEM OBLECTET non 'te' sed 'senectutem tuam'.

435 1 MINUE VERO IRAM contemnentis est iracundiam dissuadere iracundia. 2 HOC AGE annuentis est.

437 DIXI PHORMIO 'dixi' solent dicere peracta causa.

439 DIXI DEMIPHO mire comminationem eius et ferociam imitatus est simili verbo.

440 1 SI QUOD OPUS FUERIT H. D. M. haec repentina discessio habet aliquam maiorem litigandi denuntiationem.

2 Et bene breviter, ne multiloquio frangeretur superiorum comminatio.

B

SI QUID OPUS FUERIT ἔλλειψις.

4.

441 1 QUANTA ME CURA ET SOLLICITUDINE AFFECIT GNATUS cura est in spe bonorum, sollicitudo in metu malorum.

2 QUANTA ME CURA ET SOLL. haec deliberativa est, in qua advocati <tres> sunt, quorum unus suadet, alter dissuadet, tertius qui sequi alterutrum debuisset, eiusmodi sententiam dicit, ut rursum deliberatione opus esse videatur.

447 EGO CRATINUM CENSEO potest 'ego' distingui, ut subaudiendum sit 'dicam vis?'

449 QUAE IN REM TUAM SINT bene principio ἀπὸ τῆς τιμῆς [καὶ] τοῦ συμβουλεύοντος benevolentiam suam commendavit et sic consilium dedit.

451 AEQUUM ESSE ab honesto; ET BONUM ab utili;

452 1 ET ID IMPETRABIS a possibili. 2 Et leviter deliberativae tres locos tetigit: iustum, utile et possibile.

453 1 EGO SEDULO HUNC DIXISSE CREDO artificiose personam <non> reprehendit sententiam reprehensurus, ne, si inimicus sit, adimat auctoritatem sententiae suae.

2 VERUM ITA EST subiunxit locum ἀποκρίσεως oratoriae, ut invidiae contradicturus occurreret.

455 1 MIHI NON VIDETUR a possibili. 2 QUOD SIT FACTUM LEGIBUS hic alio ordine locos suasoriae tetigit: primum a possibili, secundum ab honesto; —

456 ET TURPE INCEPTUM EST ab honesto; — utilitatis partem praetermisit, quae ubi non potest fieri frustra sectatur [1]).

458 RES MAGNA EST causa ampliandi sententiam.

459 INCERTIOR SUM MULTO QUAM DUDUM ex tribus enim unus suasit, alter dissuasit, tertius nihil dixit.

464 IN TEMPORE HUC SE RE. opportune, εὐκαίρως: Sallustius (Hist. 1. fr. 32 M.) 'maximeque ferocia regis Mithridatis in tempore bellaturi'.

III

1.

465 ENIMVERO ANTIPHO MULTIS MODIS CUM ISTOC ANIMO ES 'cum istoc animo' pro 'huius animi', Ennius (ann. inc. fr. 21 M. = v. 550 V.[2]) 'optima cum pulchris animis Romana iuventus'.

466 ITA TENE HINC ABIISSE ET VITAM TUAM ἐν ὑποκρίσει, ut (Verg. Aen. 11. 269) 'invidisse deos, patriis ut r. o. c. o. et <p. C. u.?' et> (Andr. 609) 'servon fortunas meas <me> commisisse futili!'

467 1 ALIOS TUAM REM ab infinitivo ad indicativum transitum fecit. 2 CREDIDISTI pro 'putasti'.

469 PATERETUR MALI legitur et 'potiretur', quia potiri τῶν μέσων fuit, Plautus (Capt. 92. 144. 762) 'hostium potitus est'.

470 1 SPES OPESQUE SUNT haec quidem de his sunt, quae amant iungi. 2 SPES OPESQUE SUNT ut (Sall. Iug. 73. 6) 'res fidesque' <et> (Plaut. Rud. 674) 'res fortunaeque'.

471 QUI ABIERIS mollius quam 'fugeris'.

472 SED EA CAUSA quod 'abieris'.

---

[1]) Cf. Wess. var. lect.

474 NUMQUID PATRI SUBOLET convenientiam suam et Phormionis dicit.

477 1 CONFUTAVIT VERBIS convicit, ut si diceret 'refutavit'.

2 * Sed refutatio in rem est, confutatio in personam.

478 1 EU PHORMIO <EGO QUOD POTUI PORRO> de se mediocriter per *ἔλλειψιν*, moraliter satis. 2 EGO QUOD POTUI PORRO ordine: primo dominum, post Phormionem, ultimum se posuit.

482 1 HUC SALVUM NUNC PATRUUM GETA non optat salvum patruum venire secundum Apollodorum, et ostendit non congruere salutem eius cum commodo suo; 2 an non dicit malum esse et incommodum sibi, sed tantum magni terroris plenum adventum patrui?[1])

484 PALAESTRA EXIT FORAS bene palaestram dixit lenonis domum <a> quo est exercitus amator assidue, Plautus (Bacch. 66) 'ad sine a palaestra[2]) ubi damnis desudascitur'.

2.

485 2 DORIO AUDI OBSECRO sunt qui sic legant, ut 'Dorio' dicat Phaedria, 'audi' leno, 'obsecro' iterum Phaedria. 3 QUIN OMITTE 'quin' modo corripiendi vel imperandi vim habet, ut (Verg. Ecl. 3. 52) 'quin age'.

1 DORIO AUDI OBSECRO haec scaena in petitione est, quae saepe admittit deliberativae locum.

491 1 NE ALIQUID SUO SUAT CAPITI deest 'mali'; 'suat' autem appingat affigat. 2 SUO SUAT CAPITI *ἀποσιώπησις διὰ τὸν εὐφημισμόν*. 3 'Suo capiti' dixit, cum dicturus esset 'Phaedriae', ut (Verg. Aen. 4. 640) 'Dardaniique rogum capitis'.

493 2 FAENERATUM ISTUD BENEFICIUM id est: a te faeneratum.

1 FAENERATUM ab utili.

494 VERUM HERCLE HOC EST bene ipse dictum suum confirmavit.

495 CANTILENAM EANDEM C. ita dicitur vetus et vulgata cantio.

496 2 TU PARENS TU AMICUS <TU> secunda *ἀποσιώπησις*.

1 TU MIHI COGNATUS ab honesto.

500 1 FALERATIS DICTIS honestis atque ornatis, quia dixit 'tu mihi cognatus, tu parens', 2 et quasi leno irridet honestatem et despicit.

---

[1]) Vide ad v. 165. [2]) Verba corrupta, vide edd.

501 1 MISERTUM EST εἰρωνεία. 2 HEI VERIS VINCOR hoc sibi dicit adulescens.

502 4 Ordo et sensus hic est: neque tum esset mihi hoc obiectum malum, cum Antipho alia sollicitudine esset occupatus, levi quapiam, non hac de nuptiis, quae est gravissima.

1 * NEQUE ANTIPHO ALIA CUM OCCUPATUS ESSET SOLLICITUDINE hoc dolet Phaedria, quod in eadem re laboraverit Antipho, id est in amore, quodque amare contigerit. 2 NEQUE ANTIPHO ALIA 'alia' minore aliqua sollicitudine quam haec est quam nunc gerit? 3 An 'alia' praeter hanc quam de me gerit?

505 UMQUAM USUS VENIT opus fuit aut necesse fuit.

506 AURIBUS TENEO LUPUM Graecum proverbium 'τῶν ὤτων ἔχω τὸν λύκον· οὔτε γὰρ ἔχειν οὔτ᾽ ἀφεῖναι δύναμαι'.

508 <NE PARUM> LENO SIES ἔλλειψις: deest 'metuis'.

511 AERE EMPTAM SUO belle 'suo' quasi de tertia persona.

516 1 CONDUPLICAVERIT subiunctivum pro indicativo, id est 'conduplicabit'. 2 Hoc est aliter (493) 'faeneratum istuc beneficium pulchre tibi dices'.

521 NIHIL FERENTEM FLENTEM usitatum veteribus ὁμοιοτέλευτον.

523 TIBI QUIDEM EST OL. D. hic 'olim' futuri temporis est; nam leno de accipienda ab adulescente pecunia diem constituerat et inventa meliore condicione anteceperat tempus cum adulescente praescriptum.

525 1 IAM NE EA PRAETERIIT interrogative pronuntiandum. 2 NON VERUM HAEC ANTECESSIT urbane leno 'haec antecessit', ut alii putant meretrix vendita, ut alii dies lenoni, quam constitutum fuit [1]). 5 NON PUDET VANITATIS apparet supra lenonem de perfidia anticipati temporis esse confessum.

3 An aperte leno perfidus mentitur? unde sequitur 'non pudet vanitatis'. 4 Ergo plus est 'antecessit' quam 'praeteriit'.

532 MEA LEGE UTAR iure lenonum scilicet, in quo semper commodum prius est quam fides.

---

[1]) Urbanitas h. e. lepor (cf. 988. 1) posita est in eo quod leno non negat diem Phaedriae nondum praeteriisse, sed vafre ait alterum ei antecessisse. Nempe Dorias diem praestituerat ad quam Ph. pecuniam, ille puellam daret (v. 523), sed interveniente milite hanc nihilominus vendiderat. In sqq. 'meretrix vendita' = venditio meretricis, et pro 'dies lenoni quam' corrigo 'dies, qua (vel in quam) lenoni c. f.' Wessn.: 'dies lenoni, <in> quam c. f.', quod non intellego. Vide Mnem. 35.304 (= lib. p. 132).

3.

534 QUID FACIAM *οἰκονομία* ad futurum exitum comoediae.

535 MINUS N. *ὑπερβολή*.

537 1 ADIUVERIT secundum v pronuntiari <non> debet. 2 ADIUVERIT COMITER <'comiter'> veteres dixerunt *παρὰ τὸ κόσμος*.

540 QUID FACIAM comice, quamvis uterque intellegat quid alteruter dicat, dissimulant tamen.

542 ETIAM TU HINC ABIS ut 'etiam tu stas? quid tibi vis?'

544 <NI ETIAM NUNC ME HUIUS CAUSA QUAERERE IN MALO IUBEAS CRUCEM quasi dicat> 'in malo aliud malum'.

547 RELINQUATUR PRECI bene 'preci'.

552 1 PEDETEMPTIM caute, a p e d i b u s et t e m p t a n d o. 2 PEDETEMPTIM TAMEN hoc quidam sic accipiunt, tamquam Getae dicat Antipho, ut caute aggrediatur senem fallere.

558 ISTA VERO VILIS EST amatorie.

562 SOLUS EST HOMO AMICUS AMICO Apollodorus '*μόνος ἐπίσταται φιλεῖν τοὺς φίλους*' [1].

IV

1.

567 QUID QUA PROFECTUS CAUSA H. narratio simplex.

575 SENECTUS IPSA MORBUS EST Apollodorus '*τὸ γῆράς ἐστιν αὐτὸ* <****>'.

577 HANC CONDICIONEM SI CUI TULERO *κυριολογία*, quia f e r r e c o n d i c i o n e m a l i c u i dicimus.

581 TE MIHI FIDELEM ESSE ATQUE EGO SUM AEQUE MIHI mire admixtum ante completam sententiam de extraneo 'te mihi fidelem esse' etc.

---

[1]) Leeuwenius metrum hoc esse suspicatur ⏑́ ⏑ – ⏑ ⏑́ ⏑ – ⏑ *μόνος ἐπίσταται φιλεῖν τοὺς φίλους*. Idem mox ad 575: ⏑́ ⏑ – *τὸ γῆράς ἐστιν αὐτὸ* <*νόσος*> ⏑ – ⏑ –, aut <*ἐπεὶ*> *τὸ γῆρας αὐτὸ* <*νόσος*> *ἐστίν* <*κακή*>, nisi oratio prosa est! Ad 587 probat hoc: *μόνος γάρ εἰμ' ἔγωγε τῶν ἐμῶν ἐμός*.

583 TACEBIT DUM INTERCEDET FAM. incertum quando proditum iri se dicat, ante an post nuptias.

586 UT ME EXCUTIAM legitur et 'excutiat'.

587 MEORUM SOLUS SUM M. <'μόνος> ἐγὼ γάρ εἰμι τῶν <ἐμῶν> ἐμός' Apollodorus.

590 DONEC QUOD POLLICITUS SUM ut Vergilius (Aen. 2. 719) 'donec me flumine vivo abluero'.

(2.)

592 VENIO AD HOMINEM venuste repetitum 'hominem'.

605 HUNC ADORIAR HOSPITEM astute 'hospitem' de eo qui supervenit, nomen aptum imprudenti rerum atque alieno ab earum scientia: Sallustius (Catil. 2. 8) 'vitam sicuti peregrinantes transiere' etc.

3.

606 EXSPECTO QUAM MOX RECIPIAT SE<SE> GETA ad errorem cumulandum persona Antiphonis interponitur utque ei adaucto metu amittendae uxoris maior fiat repentinae repetitio laetitiae.

610 VOLUP EST hoc volup nomen est, ut hoc facul; sic enim per ἀποκοπήν veteres loquebantur.

611 2 <COMPLURIA> sic veteres, quod nostri dempta syllaba complura dicunt, sic et Cato Originum V (lib. 1. 23 Jord.) 'fana in eo loco compluria' et Cicero in Protagora (fr. 5 M.) 'confirmandi genera compluria'. (*a*)

1 * COMPLURIA secundum regulam locutus est, nam hoc complure et haec compluria. 2 *a* credo quia veteres hoc plure, non hoc plus dicebant.

614 1 COMMODUM 'commodum' aestimatio est temporis. 2 COMMODUM tantum quod: Lucilius (Marx 933 sq. [1]) 'mihi commodum est aut dare vestimentorum posueram'.

618 IS QUI ISTAM ἀποσιώπησις tertia: deest enim 'obtrusit nobis' aut 'defendit' aut quid tale.

623 1 FUGITANS LITIUM casu genetivo iunctum vim nominis habet

---

[1]) Marx versum sic dedit ut h. l. legitur.

'fugitans', accusativo vim participii. 2 FUGITANS LITIUM quasi quod vult in domino facere, id iam in eo esse dicit, praeparans hominem ad contemptum pecuniae, quae poscetur statim.

633 DARI TIBI IN MANUM in manum datur ei, qui furtim accipit sine arbitro aut interprete, ut praevaricator aut iudex corruptus.

635 1 HAEC HINC FACESSAT pro 'hinc se faciat', id est abeat, ut 'huc se faciat' huc accedat significat.

2 HAEC HINC FAC. 'facesssat' pro 'cedat', alias faciat, ergo duas res significat hoc unum verbum. 3 * An 'hinc facessat' proverbialiter quasi hinc faciat? Plautus (fr. dub. XII G.) 'argentum hinc facite'. 4 'Huc te fac' dicitur pro 'huc accede'.

637 ALIQUAM PARTEM etsi non totum, vel 'aliquam partem'.

639 1 VERBA HODIE INTER VOS sic dicebant iurgium significantes. 2 Proprie verba commutare est, quod nos altercari dicimus.

643 QUID NIMIUM QUANTUM LIBUIT apud quosdam diversae personae cum verbis singulis.

646 PARVI RETULIT nihil interfuit vel parum interfuit, id est nihil profuit.

647 NON SUSCEPISSE INVENTA EST QUAE DOTEM in Graeca fabula senex hoc dicit: 'quid interest me non suscepisse filiam, si modo dos dabitur alienae?'

654 1 SED MIHI παρένθεσις prima. 2 SED MIHI OPUS E inductio[1] doli est, nam antequam petat, petendi causam ingerit.

655 1 QUAE AFFERRET QUI DISSOLVEREM quia si opum causa habendarum dotatam quaereret, minor esset necessitas captandae opulentioris. 2 Aes alienum addidit, cui rei nihil opponi potest.

657 1 AB HAC ACCIPIO QUAE SPONSA EST mire 'accipio', non 'accepturus sum'; 2 et definitum modum ponit, ne de summa dotis supersit disputatio.

659 UTRUM STULTITIA FACERE παρέλκον tertium: [hoc] idem enim valet 'utrum' quod 'an'.

660 DICAM SCIENTEM AN I. ἀντίθετον secundum, nam scienti imprudentem reddidit.

661 1 QUID SI ANIMAM DEBET Graecum proverbium sprevit 'εἰ δὲ

[1] Vide Wessn. in var. lect.

ὤφειλε τὰς χεῖρας;' [1]) 2 AGER OPPOSITUS EST PIGNORI <OB> DECEM MINAS argute non protinus 'triginta minas' dixit, sed paulatim colligit, ut partibus congestis in summa triginta minae sint et senex minus aggravetur; nam si semel diceret, deterreret parcissimum senem; denique auditis decem minis statim respondet 'dabo', conceduntur ab alio <decem>, de reliquis decem superest disputatio, nam difficilis <est> ad dandum.

666 1 SUMPTU AD NUPTIAS 'opus est' subauditur. 2 SANE INQUIT DECEM MINAS bene 'sane inquit' quasi plus quidem exigat, sed contentus sit.

668 1 SEXCENTAS PROINDE POTIUS MIHI IAM SCRIBITO perspicere hinc licet consuetudinem utriusque sermonis, nam Apollodorus μυρίας dixit pro *multis*; 2 (*a*) Cicero (Verr. 2. 125) 'sexcenta possum decreta proferre'.

> 2 *a* Et ut apud Graecos μυρία, ita apud nos 'sexcenta' dicere pro *multis* usitatum est.

673 MEA CAUSA EICITUR ME HOC EST AEQUUM AMITTERE ratio, cur ipse viginti dare debeat minas dante Demiphone decem.

674 QUANTUM POTES ME CERTIOREM <F.> festinat Geta: scit enim dixisse lenonem (533) 'mea lege utar, ut potior sit, qui prior ad dandum est'.

678 QUAE QUIDEM RES ILLI VERTAT MALE non desinit poeta ostendere avaritiam Demiphonis, qui nec ideo libenter fert dari aliquid Phormioni, quia sic commodum ei est: Vergilius (Ecl. 9. 6) 'hos illi — quod nec bene vertat — mittimus haedos'.

679 MECUM ARGENTUM ATTULI comicum: argentum praesto est et causa additur, cur praesto sit et unde; simul et iracundiae uxoris et iurgio praeparatur locus.

680 1 FRUCTUM QUEM LEMNO et 'Lemni' et 'Lemno' legitur. 2 REDDUNT PRAEDIA proprie de fructu dixit 'reddunt'. 3 FRUCTUM QUEM LEMNI UX. R. P. σχῆμα διανοίας· ἐφεξήγησις.

681 1 ID SUMAM non 'fructum' sed 'argentum'. 2 ID SUMAM impendam, unde et *sumptus* dicti sunt. 3 UXORI TIBI OPUS ESSE DIXERO bene 'esse', non 'fuisse', ne iam repetundum videretur.

---

[1]) Sic Rabbow per coniecturam valde incertam ex litteris Graecis sensu cassis; van Leeuwen proverbium per εἰ δὲ incepisse non credit; et cur 'sprevit'?

4 OPUS ESSE D. adiunctivum pro pronuntiativo, ut in Eunucho (379) 'perculeris iam tu me'.

4.

682 1 GETA HEM anxius Antipho <****>. 2 ARGENTO EMUNXI SENES mire, cum e contrario 'emunctus' dicatur homo elegans et facetus, unde Horatius de Lucilio (Serm, 1. 4, 7) 'facetus, emunctae naris' inquit.

683 1 SATISNE ID EST idne tibi videtur satis esse ad miserias meas? 2 Quasi inimico dicit, ut dicere solemus aut 'bene habet nunc' aut 'fecisti certe quod voluisti'; ideo autem subambigue locutus est, ut posset <per>quam [1] aliter interpretari a Geta, qui respondet 'nescio hercle: tantum iussus sum'. 3 SATIN EST ID <ἐ>ρώτη<μα> est.

690 ULCUS TANGERE proverbiale, non enim εἰρωνικῶς dixit.

696 * IN NERVUM POTIUS IBIT decipiet, a proverbio tracto a sagittariis, cum vis conatusque tendentis arcum non in volatum teli, sed in ruptionem nervi expetit.

698 1 TU QUOD BONI EST EXCERPIS honeste 'excerpis' dixit, 2 et attende, quemadmodum dicat excerpi bona, quibus non utatur.

709 1 ANTE BRUMAM irrisit homines Terentius, quibus religio est aggredi negotium aliquod diebus decrescentibus.

708 1 GALLINA CECINIT obstetricum est, cum cidonia [2] gallina canat, superstitem marito esse uxorem. 2 INTERDIXIT HARIOLUS 'hariolus' est, qui divina mente vaticinatur, dictus hariolus quasi fariolus a fari; scilicet H. pro F, ut et F. pro H, in multis locutionibus mutabantur [3].

3 * An ab halando? nam halitu solebant excludere veluti mortalem animam, ut divinam reciperent, unde et voces eiusmodi dabant, quae est ex hoc qui hunc sonum exhalandi praestant [4].

709 2 ANTE BRUMAM ante quam dies decrescere incipiant.

710 HARUSPEX VETUIT 'haruspex' ab hariga eius nominatur, nam hariga hostia dicitur ab hara in qua concluditur ac serva-

[1]) Cf. Wessn. in var. lect.
[2]) Cf. Wessn. in var. lect.
[3]) De derivatione cf. Gr. Lat. VII 11. 10 al. et Glossaria.
[4]) Schoell correxit: 'quare sunt dicti ex hoc'; legendumne: 'quae exeunt ex his, qui', vel 'exit ex hoc, qui ... praestat'?

tur, hara autem, in qua pecora includuntur, Plautus 'rusticus, hircus, hara' Mostellaria (40).

711 1 FIENT ME VIDE id est: vultus mei fiduciam gere, non aliter laeti nisi quia nullum periculum est. 2 'Me vide' dicit, qui in iure suam promittit et interponit fidem, quod nos dicimus me habes, me respice.

5.

713 QUIETUS ESTO INQUAM EGO CURABO 'quietus id est securus: ab eo quod praecedit id quod sequitur.

715 UT CAUTUS EST UBI NIHIL OPUS EST consulit, inquit, quemadmodum detur, cum omnino dare non debuerit, siquidem argentum Phaedriae detur sub nomine Phormionis.

716 DUM LIBIDO EADEM HAEC MANET bene libidinem posuit pro voluntate hominis incerti ac levis.

717 1 FORSITAN NOS REICIAT mulierem scilicet; 2 an vere 'nos', id est negotium nostrum et condicionem? [1]).

718 REM IPSAM PUTASTI pro 'disputasti' modo.

723 1 QUID TUA MALUM ID REFERT interiectio est 'malum'; ordo: quid tua id refert? 2 MAGNI DEMIPHO nota responsum contra 'quid refert?', non ad 'quid' relatum; et quaere, quomodo dicatur quid mea' aut 'quid tua': an deest 'ad', ut sit ad mea ad tua?

727 REPERIRE ILLAS filiam et uxorem.

V

1.

731 AUDIO VIOLENTER quod Graece dicitur δεινῶς.

732 1 NAM QUAE HAEC ANUS EST ἀναστροφή: (Verg. Ge. 6. 445) '<nam> quis te, iuvenum confidentissime, nostras', et figura haec apta est commotis aliqua re nova. 2 A FRATRE pro 'a domo fratris', ut (Aen. 2. 311) 'iam proximus ardet Ucalegon'.

---

[1]) Cf. supra adnot. ad v. 165 et 723. 2.

733 EGESTAS ME IMPULIT venialis status.

734 INTEREA VITA UT IN TUTO FORET compensativa qualitas.

735 NISI ME ANIMUS FALLIT docte Terentius, nam visa vel corporis vel animi sunt, hoc est rationis vel sensus.

739 ET MEUM NOMEN mire nomen suum illa agnoscit, hic dissimulat.

741 PAULULUM ISTORSUM nunc 'paululum' adverbium est, alias nomen.

743 QUEM SEMPER TE ESSE DICTITASTI 'esse' pro 'nominari' antiquorum more dixit.

744 CONCLUSAM HIC HABEO U. S. illaturus 'saevam' bene 'conclusam' praetulit, ut si diceret 'feram'.

746 1 EFFUTIRETIS eloqueremini, evacuaretis, inaniretis. 2 EFFUTIRETIS <'effutire' dicitur> ab eo quod est effundere, nam translatio est a vase futili nomine, quod patulo ore, fundo acuto instabile nihil per se continet, unde et futilis dicitur eiusmodi homo, qui nihil intra se contineat et semper inanis sit.

750 1 EX AEGRITUDINE infirmitate ac morbo. 2 EX AEGRITUDINE MORS CONSECUTA EST bene moderatus est, ut neque nimis aegre ferat neque rursum ἀπαθῶς; et haec οἰκονομία est, ne in eadem urbe duae uxores plus mali ex sollicitudine afferant Chremeti quam ex alterius morte tristitiae, nec in comoedia possunt nimis miserabiles mortes esse, ne res in tragoediam transiret.

751 DESERTA EGENS IGNOTA singula pronuntianda sunt argumenta. (*a*)

a haec enim ad venialem statum proferuntur.

756 COMPOSITO FACTUM EST sic veteres, non 'ex composito', ut (Verg. Aen. 2. 129) 'composito rupit vocem et me destinat arae'.

758 1 QUAE NON AUDEAS OPTARE pro 'quae non audeat quis', ut (Eun. 375) 'facile pro Eunucho probes'. 2 OFFENDI ADVENIENS pro 'cum advenissem', ut (Verg. Ge. 1. 16) 'ipse nemus linquens patrium', quod <Graeci 'ἀφικόμενος' 'λιπών'>, quia lingua Latina deficit hac declinatione.

761 HAEC SOLA FECIT si 'hic' legerimus, Antiphonem intellegemus, si 'haec', Sophronam.

764 SED PER DEOS adiurationis genus.

2.

766 NOSTRAPTE CULPA ET REL. queritur de se senex, quod dum avari infamiam fugit, stulti reprehensionem incidisset.

768 1 ITA FUGIAS NE PRAETER CASAM UT AIUNT ita fugito, ne praetermittas casam tuam, quae sit tibi tutissimum receptaculum.

2 * Aut: ita fugias, ne praetereas casam tuam, ubi custodiri magis et prehendi fur et mulcari verberibus potest. 3 Aut verbum erat ipsius custodis furem exagitantis et interea prohibentis, ne ante casam transeat, ne in praetereundo etiam inde aliquid rapiat.

770 DUM ALIUD ALIQUID vetuste 'dum aliud aliquid'.

77[illegible] MODO UT HOC CONSILIO POSSIT DIS. UT IST. DUC. ne paeniteat dominum pecuniam dedisse, terrorem servus iniecit.

780 1 VERSURAM SOLVES creditorem mutas. 2 VER. SOL. versuram facere dicitur, cum quis alienum aes aere alieno solvat. 3 Dicitur etiam versuram facere, qui cum minore faenore acceptam pecuniam maiore occupat.

781 1 MALUM IN DIEM *ὑποφορά*. 2 PLAGAE CRESCUNT *ἀνθυποφορά*.

3.

784 AGEDUM UT SOLUS NAUSISTRATA divitis uxoris de marito licentius conquerentis haec allocutio est cum dispositione futurarum turbarum.

786 AC DUDUM RE OPITULATA supra enim dixerat Chremes (681) 'id sumam: uxori tibi opus esse dixero'.

790 STATIM CAPIEBAT 'statim' perpetuo, aequaliter et quasi uno statu: Plautus (Amph. 276) 'ita statim stant signa'.

811 1 VIN SATIS QUAESITUM hoc totum pro una persona quidam legunt. 2 FILIA AMICI NOSTRI hoc est tua.

814 COMMODIUS ESSE IN OMNES et circa illum qui duxit et circa illam quae ducta est et circa te socerum.

815 PERLIBERALIS VISA EST CUM VIDI MIHI ordo est: perliberalis visa est mihi.

(4).

820 LAETUS SUM persona Antiphonis est.

821 PARARE ANIMO C. vetuste additum 'animo', Ennius in sexto (ann. VI fr. 30 M. = 204 V.[2]) 'sed et ego hic animo lamentor'.

822 CUM RES ADVERSAE SINT cum desideratae fuerint, id est cum harum penuria evenerit.

825 1 IN PROBRO SIEM apud patrem scilicet. 2 SI HOC CELETUR IN METU *ἀνακόλουθον* quartum, nam cum praeposuisset 'si hoc celetur', <non> intulit 'sin nescitur'.

5.

829 ARGENTUM ACCEPI iactantia hic inducitur Phormionis, qua sibi omnes conatus provenisse laetatur.

830 PROPRIA PHAEDRIA Vergilius in primo (Aen. 1. 73) 'conubio iungam stabili propriamque dicabo'.

835 VICISSIM TUAS PARTES ACTURUS EST secundum illud, quod dictum est (267) 'reddunt operas mutuas'.

836 TE SUAM ROGAVIT RURSUM UT AGERES 'partem' iterum subaudimus, et est *ζεῦγμα* a superiore.

6.

841 1 O FORTUNA O FORS FORTUNA 'fortuna' dicta incertarum rerum, 'fors fortuna' eventus fortunae bonus. 2 O FORS FORTUNA aliud 'Fortuna' est, aliud 'Fors Fortuna'; nam 'Fors Fortuna' est, cuius diem festum colunt, qui <sine> arte aliqua vivunt; huius aedes trans Tiberim est.

844 HUMERUM EXONERO PALLIO recte, quia *palliata* fabula est, non togata.

849 PERGIT HERCLE potest distingui hic 'pergit' et coniuncte legi 'hercle numquam tu odio tuo me vinces'.

850 VAPULABIS ID QUIDEM TIBI IAM FIET 'id' quod sibi dicit fieri.

851 FAMILIARIOREM O. E. H. qui 'minitatur', et <est> conveniens error festinanti.

854 SINE CONTROVERSIA sine ambiguitate.

856 SI TE DELIBUTUM GAUDIO REDDO ad animum transtulit, quod est corporis, nam *delibutus* unctus dicitur.

859 UT MODO ARGENTUM vide narrationem coeptam, unde opus est.

860 MITTIT ERUS ME AD UXOREM TUAM conversus ad Antiphonem hoc dixit.

869 PULCHERRIMUM FACINUS in quinto huiusmodi locos poetae actoribus indulgent, quod in his actoris est commendatio.

872 PATRUUS TUUS P. EST IN. PH. UX. T. ut Sallustius in primo (Hist. 1 fr. 45 M.) 'liberis eius avunculus erat'.

877 ATQUE HERCLE EGO QUOQUE ILLAM AUDIVI FABULAM Plautus in Milite glorioso (211) 'nam os columnatum poetae esse inaudivi barbaro'.

(7).

886 CURAM ADIMERE 'adimere' magis 'curam' pro 'eludendi <et> adimendi haec occasio est'.

8.

898 PRIUS QUAM DILAPIDET disperdat.

900 VISAM UT QUOD ἀποσιώπησις secunda.

902 NE NON ID FACEREM QUOD <RECEPISSEM SEMEL quod> spopondissem, et deest 'ad me', ut in Heautontimorumeno (1057) 'ad me recipio: faciet'.

904 ADHUC CURAVI τῷ ἀρχαϊσμῷ addidit 'adhuc', cum potuisset sine hoc integer sensus esse.

914 2 CORAM ME INCUSAVERAS belle, ut, si quid neget, contra se ipsum sentire videatur.

1 QUAE TUTE DUDUM CORAM ME INCUSAVERAS nova locutio 'coram me incusaveras', non ἁπλῶς 'me incusaveras'.

915 SATIN SUPERBE ILLUDITIS ME et accusativum et dativum regit 'illudo'.

922 2 IUBE RESCRIBI quoniam adnumerationem pecuniae antecedit scriptura, rescribere dicebant pro renumeratione, et sic infert 'quod ego rescripsi porro illis quibus debui?' (*a*) 3 IUBE RESCRIBI per scripturam, id est de mensae scriptura dari, unde hodie additur chirographis 'domo ex arca sine mensae scriptura'.

1 RURSUM IUBE RESCRIBI PHORMIO 'rescribi' reddi, scilicet per mensae scripturam. 2 *a* haec est ergo figura, in qua secunda de primis significatum sument.

923 1 QUOD EGO RESCRIPSI ILLIS illis per scripturam reddidi, 2 illis dedi, ut apud Vergilium (Aen. 7. 144) 'deditur hic subito Troiana per agmina rumor'.

935 QUIN TU MIHI ARGENTUM <CEDO IMMO VERO UXOREM TU> CEDO hoc ab utroque cum clamore dici accipiendum est.

936 IN IUS AMBULA ad iudicem eamus scilicet, nam 'ius' pro loco est, Cicero (pro Mur. 26) 'quando te in iure conspicio'.

937 1 ENIMVERO SI PORRO ODIOSI ESSE vultu iuvandum est et pronuntiatione hoc quadam suspenditur. 2 ENIMVERO principium aliquid per iracundiam dicturi, <Cicero> (Verr. 2. 66) 'hic tum alius ex alia parte «Enimvero hoc fer.»' etc.

947 CONDONAMUS TE accusativo, ut in Eunucho (prol. 17) 'habeo alia multa, quae <nunc> condonabitur'.

938 INDOTATIS hoc est ut Phanio.

940 ETIAM DOTATIS SOLEO ut Nausistratae.

941 NULLUS SUM perii, mortuus sum.

943 SEPULTUS SUM αὔξησις, nam plus est quam 'nullus sum' [1]).

946 QUID VIS TIBI ARGUMENTUM QUOD HABES CONDONAMUS TE 'vis' iterum subaudiendum est, ut sit: argentum vis, quod habes?, et est ἀσυνδέτως inferendum 'condonamus te', sic est illud apud Vergilium (Aen. 1. 572) 'vultis et his mecum pariter considere regnis? urbem quam statuo? vestra est'.

948 MALUM ERGO SIC ME LUDIFICAMINI 'malum' adverbium est interpositae indignationis.

950 <NOLO VOLO> VOLO NOLO primo singula separatim, deinde simul utraque pronuntianda sunt.

957 ANIMO VIRILI ad necessaria adhortatur.

962 NOSTRO <MODO> ULCISCI 'modo' ingenio scilicet.

964 1 HI GLADIATORIS ANIMO parato ad periculum, hoc est: ita perdito ac temerario, ut non sibi caveat, dummodo vulneret, ut Sallustius (Iug. 60. 1) 'avidius alteri alteros sauciare quam semet tegere'. 2 AD ME AFFECTANT VIAM plenum, quod nos ἐλλειπτικῶς.

965 UT PLACARI POSSIT 'ut' pro 'ne non'.

967 1 CUM E MEDIO EXCESSIT <'cum'> pro 'quia'. 2 EXCESSIT id est: mortua est, <sed> sic dicere tragicum erat, 'e medio excessit' et ad dictum et ad rationem dicti comicum est.

968 1 ASTUTE AGGREDIMINI εἰρωνεία; 2 et proprie a g g r e d i acce-

---

[1]) Vide adnot. ad hoc. scholium.

dere ad dimicandum est, bene ergo servavit translationem a gladiatoribus coeptam.

972 AIN TU modo ad Chremem cum invectione conversus est.

973 LAUTUM PECCATUM TUUM ut labem vel maculam.

975 1 LACRIMIS SI EXSTILLAVERIS stillare est guttare ex corpore, exstillare ipsum corpus guttatim finiri.

2 * Ergo quasi totum in lacrimas converti et ex toto stillare corpore.

978 PUBLICITUS id est publica cura atque consilio.

979 IN SOLAS TERRAS signanter: Vergilius (Aen. 9. 569) 'pastorum et solis exegit montibus aevum'; Sallustius in primo (Hist. 1 fr. 117 M.) 'solis viis'.

981 1 IN IUS EAMUS ad praetoris sellam; modo enim locum significat. 2 IN IUS HUC SI QUID LIBET apparet parasitum ad domum senis Chremetis, non ad forum conari abstrahere.

983 1 ENIM SOLUS 'enim' pro 'at' posuit, ut turbatum ostenderet, sic alibi (Ad. 168) 'enim non sinam'. 2 UNA INIURIA EST pro 'actio iniuriarum ex lege'.

984 1 ALTERA quam fecisti dotatae uxori. 2 LEGE AGITO ERGO 'lege agito' dicebatur ei, cuius intentio contemptibilis adversario videbatur, Plautus in Aulularia (458) 'lege agito'.

985 ENIMVERO VOCE OPUS EST <****>.

988 1 PUGNOS IN VENTREM INGERE urbane 'in ventrem' quasi parasito; 2 an 'ventrem' totum parasitum dicit, ut Lucilius in secundo (Marx 75) 'vivite lurcones, comedones, vivite ventres'?

3 * An simpliciter, quia qui resistit nec sequitur collo trahentem obtorto, repandum se facit et ventrem proicit, cum in ventrem feritur, currit et sequitur?

9.

990 QUIS NOMINAT ME hic velut controversia est, in qua reus fit maritus malae tractationis.

a et est status qualitas venialis.

997 DELIRAT MISER TIMORE graviter utrumque, et 'delirat' et 'timore', nam deliratio senectuti convenit, timor conscientiae.

1005 MI HOMO DI MELIUS DUINT quaerit Probus, an matrona tam familiariter recte dicat alieno, sed frustra: nam feminarum oratio, etsi non blanditur, blanda est.

1007 QUID AGIMUS facete additum.

1010 1 QUI MIHI eleganter inseruit 'mihi', ut in Heautontimorumeno (220) 'is mihi, ubi adbibit plus paulo, sua quae narrat facinora!' 2 AD UXORES VENTUM EST TUM FIUNT SENES eleganter fieri dixit, et generaliter invidiosius, quam si unum accusaret senem.

1014 EGO NAUSISTRATA qualitas venialis a concessa actione.

1015 VERBA FIUNT MORTUO non est passus parasitus ut totam sententiam senex explicaret.

1016 NAM NEQUE NEGLEGENTIA TUA N. O. I. F. T. locus in hac causa principalis est ἀπὸ τῆς εὐνοίας, et ideo in duo divisit: nec neglegentia circa te nec odio, inquit, factum est; praeterea et περιστάσεως addidit defensionem 'vinolentus' etc.: ab aetate eius, a tempore criminis, a diminutione contemptuque pellicis, ab eventu, ab animo facientis quod mortua est, postremo a precibus; et epilogum quod ἀπὸ τῆς εὐνοίας actu [1]) defecit, admonens oratorie illam mansuetudinis suae.

1017 1 VINOLENTUS ab imprudentia defensio. 2 ABHINC ANNOS QUINDECIM a tempore defensio.

1018 1 EAM COMPRESSIT bene 'compressit', quod interdum iniuriae est, non amoris. 2 ET NON ATTIGIT POSTEA ita facti paenituit, quod quidem 'animo aequo ut feras' (1019) <orat>.

2 *a* hic locus ἀπὸ τῆς ἐκβάσεως est, id est <ab eo> quod futurum sit; facilius enim ignoscitur non ultra peccaturis.

1021 DEFUNGIER defungi, desinere.

1022 PORRO MINUS quia dixit (1017) 'abhinc annos quindecim'.

1023 SENECTUS SI VERECUNDOS FACIT modeste et graviter.

1025 QUID MIHI HIC AFFERS callidius hic usa est ad ultimum *πύσματε* conversa ad ipsum defensorem mariti 'quid mihi hic affers'; de qua vi contradictionis exsultat parasitus tamquam confecto mortuoque adversario suo.

1026 EXSEQUIAS CHREMETI bono ordine: primo (997) 'delirat miser timore', post (1015) 'verba fiunt mortuo', ad ultimum 'exsequias Chremeti': delirat, moritur, effertur.

1027 AGE NUNC PHORMIONEM QUI VOLET LACESSITO Vergilius (Aen. 2. 549) 'degeneremque Neoptolemum narrare memento'.

---

[1]) Cf. Wessn. in var. lect.

1028 FAXO TALI SUM MACTATUM 'sum' modo pro eo quod est 'eum': sic frequenter veteres: Ennius (ann. VIII fr. 7 M. = v. 470 V.[2]) 'omnes corde patrem debent animoque benigno circum sum'.

1035 IGNOSCE ORAT CONFITETUR PURGAT verba venialis status sunt: 'ignosce' 'confitetur'.

1048 1 TU TUUM NOMEN DIC bene dicit 'tu': interim pronomine utitur, quod non habet nomen.

2 * An potentiorum blandimentum circa inferiores fuit hoc, ut nomina eorum quaererent et cum audissent, ipsis nominibus eos compellarent statim? tale est in Adelphis (819) 'qui vocare? — <Geta> — Geta, hominem maximi preti' etc.

1049 1 VESTRAE FAMILIAE hoc propter Antiphonis amicitiam dixit. 2 AMICUS ET TUO SUMMUS PHAEDRIAE scilicet 'amicus' iterum subaudiendum.

1052 VIN PRIMUM HODIE FACERE facete ex persona parasitica beneficii optio facta est, quod promiserat mulier.

1054 SED UBI EST PHAEDRIA IUDEX NOSTER bene 'iudex': ad illum enim mulieris dicta est sententia (1045), ut, cum ita agitur, tuta sint omnia marito; nam ridicule dicit ea, quae irritata erat.

1055 1 IUDEX NOSTER nihil facetius quam iudicem capi adversus crimen paternae voluptatis et amatorem filium et fratruelem Antiphonis, cui nubet furtiva filia. 2 IUDEX NOSTER terribilis scilicet censor paternarum deliciarum, vides igitur hic consedatam uxoris iracundiam.

ADNOTATIONES

AD

SCHOLIA

ADELPHI

Ut in Adnotationibus ad Andriam et Eunuchum ita nunc quoque initium facio a scholiis rhetoricis ad Adelphos, de toto hoc scholiorum genere in commento lectorem relegans ad ea quae copiose disputavi in Mnem. vol. 33 a. 1905, quaeque inde breviter rettuli in huius editionis volumine I p. 239 sq.

De Adelphis res paucis verbis absolvitur. Differt huius fabulae commentum a ceteris in eo, quod magistrorum scholia vere mereque rhetorica ad prologum nulla sunt et ad reliquam fabulam pauca et dispersa; repeṙiuntur his locis: 74. 1, 76. 1, 91, 117. 2, 145, 156. 5, 272. 3, 291. 5. 7, 315. 1, 316. 1, 483. 1, 494. 3, 601. 1, 685. 1, 688. 2, 929. 2, 938. 2. Ipsius Donati scholia rhetorica inveniuntur eodem fere numero suntque vulgo semirhetorica i. e., interpretationem spectantia: 53. 1, 86. 2, 90. 3, 156. 2, 330. 2, 481. 2, 494. 1, 685. 4, 806, 863; 929. 1, 996. His accedunt simpliciter rhetorica 115. 2 et ad scaenarum initia 254. 1, 288. 3.

Reliqua Adelphorum scholia ad scaenarum initia (quae principalia nominavi) maximam partem generi rhetorico quoque adnumerari possunt, sed tamen huius speciem referunt huic fabulae prorsus peculiarem et in aliis raro tantum obviam (veluti ad Andriam 820. 1); docent scilicet in illis scaenis inveniri exempla ethica, eorum in usum qui exercitationes suas aut declamationes eiusmodi adiumentis illustrare cuperent. Incipiunt igitur hac formula: 'in hac scaena exemplum est': 155. 2, 209. 1, 540. 1, 713. 1, 719. 1, 763. 1, 855. 1; alia his prorsus sunt similia: 288. 2, 355. 1, 592. 1, 610. 1, 882. 1, 899. 1; nec non 88. 1, 447. 1, 517. 1.

Vide quae de his scholiis diserte exposui in Mnem. 39. p. 148 sqq.

1 1 cf. Pho. 1. 2. 3 secundum Smith, Archaisms of Terence, significat: *scriptor* was used for comicus, epicus, historicus, etc.

2 2 ad Andr. 169. 412. 3 'honorari et captari' e Don. 2, 'audiri' inepte reddit significationem verbi in exemplo Plautino, quae est: attente aspicientes cognoscite, cf. Non. 360. 5, Schol. Dan. ad Aen. 11. 725 cum ex. Plaut.

3 ad An. 8.

4 1 merito Donato dedit Dziatzko—Kauer ad h. v. 3 iungendum cum 1 et cf. Eun. 713. 1. 2 otiosum iuxta 1 D.

7 cf. Euanthius 4. 1 et Wessn. in App.

8 2 insulsum, haustum fortasse ex Eugraphio ad v. 9; cf. Eugraphio ad v. 9; cf. Eun. prol. 30 sq.

9 *a* additamentum per enim ineptissimum.

10 2 *a* additamentum nimis suspectum, nam in verbo 'sumpsit' id h. l. non inest, si comparas ex. Vergil.; haustum est e v. 13 'furtumne factum existimetis'.

11 3 'extulit' h. l. non differt a 'transtulit', ut vidit Dzi-Kauer et Sloman in ed. Ad. Oxford, 1901; scholiasta absurde putat esse = exornavit cogitans de formula: efferre laudibus, sim.

12 1 satis supervacaneum et fortasse spurium. 2 cf. Pho. prol. 25. 2.

13 1 et 2 additamenta per hoc est; si comparas v. 5 cum adnotatione Kaueri, videbis quam falsa haec sint et inepta.

15 1 notavit Wessn., cf. ad Hec. 174. 1. 2 Wessn. in App.

16 1 ad Pho. 34. 6. 2 utrumque falsum: orator prologi non modo revera crimen tangit, sed etiam ipsa verba adversarii refert; cf. Kaueri adn. critica p. 142.

24 1 + 2 unum scholium Donati[1]) proponentis duas interpretationes verborum 'aperient' et 'ostendent'; priorem amplexus est Sloman, adnotans: 'ostendent sc. actores', alteram fere Kauer: 'aperient' = narrabunt etc: 'in agendo partem ostendent' bezieht sich auf den Gegensatz der beiden Alten in ihrem Auftreten etc. (cf. etiam schol. 26. 2). Initium schol. 2 convenit cum praef. 2: 'huius tota actio cum sit mixta ex utroque genere .... tamen maiora ex parte motoria est, nam statarios locos perpaucos habet'. Quae autem in scholio sequuntur 2 *a* 'nam duo agendi sunt principales modi' etc, addita mihi videntur a magistro, qui perperam loquitur de modis agendi motorio statario mixto, cum Euanthius (IV 4) et Donatus (praef. An. et Ph. 12) et Ps. Acro (ad Hor. a. p. 288) haec comoediarum genera esse doceant.
3 *a* 'volkommen überflüssig', ut ait Kauer.

26 1 contra Struckium, de Ter. et Don. 1910 p. 26, in hoc scholio certa Graecae originis indicia deprehendentem, vide quae disputavi in Mnem. 39 p. 160 sq. Ceterum cf. Wessn. in App. 4 Vide Eugr. ad hunc versum.

27 2 'proprie' ad Andr. 243. 2. 3 *a* exemplum Verg. ineptum; Smith (archaism. p. 25): is evidently the addition of a later hand. Vide adn. An. 48, ad Eun. 37, 58 etc.

---

[1]) Recte igitur Wessn. correxit aut ipsi pro haud ipsi vel audisse.

28 3 AUT IBI 'uspiam', hoc verum est; igitur Donatus, qui hoc posuit, scribere non potuit 2: abundat 'uspiam'; nec verum est quod sequitur: aut deest 'profectus', etenim uspiam hic, ut semper fere, significat in loco, et additamentum 'aut quid tale' scholiastam peiorem denotat, ut vulgo. Denique 3 *a* eiusdem est magistri, ut demonstrat particula 'enim', quo respicit quod dixit in 2: deesse 'profectus'; petivit illud ex 37. 1 Don. 4 suspectum, vide ad 32.

30 3 cf. ad Ph. 12.1, ubi similia leguntur. Ps. Acr. ad Hor. serm. 1. 4. 138: Sermones duo sunt, ἐνδιάθετος καὶ προφορικός et est ἐνδιάθετος, quo utimur cogitantes, προφορικὸς vero, cui lingua suppeditat.

31 de nominibus ad aliquid (τῶν πρός τι) vide An. 37. 4 c. adn., 476. 3. Ad. 456. 1. Ph. 338. 3.

32 Donato concedere non potui; utraque causa per an quia inepta est non iustius succensemus, nec uxor magis irata est cessanti quam absenti, quamdiu de causa cessationis aut absentiae nulla nobis oritur suspicio. Recte Kauer ad v. 28: 'aut ibi si cesses' bildet die Steigerung zu 'si absis uspiam', insofern abesse nur die Abwesenheit überhaupt ausdrückt, cessare aber beabsichtigt ist. Ideo quoque 28. 4 mihi suspectum est. Donatus verborum significationes acute distinguere solet, ut mox docet 332. 2: eine feine Unterscheidung ... auf die übrigens schon Don. hingewiesen hat. (Kauer p. 144).

33 3 cf. 84. 5. 5 secundum Don. in 2 'te amare' nequaquam ambiguum est; praeterea falso contenditur 'quod certum est', nec minus falsa est h.l. distinctio inter te et tete.

35 3 *a* absurdum.

36 2. 3 vide praefationem de scholiis similibus ad Ad. 37 1 cf. 28. 3.

40 5 ad Eun. 204; h. l. ferri posse videtur iuxta 4.

42 2 cf. 864[2], An. 36.. 3 falsum.

43 2 Quintilianus 1. 6. 36: ingenioseque visus est Gavius 'Caelibes' dicere veluti 'caelites', quod onere gravissimo vacent, idque Graeco argumento iuvit: ἠϊθέους enim eadem de causa dici affirmat. 3. 4. 5 vide quae disputavit Kauer ad h. l. 5 cf. 796. 2 An. 113. 442.

45 2 Don. igitur interpunxit post 'semper', cf. Kauer. ad h. l. 3. refutatur Don. inepte in primo membro: 'semper' ad victum; secundum et tertium sumpta fere ex Hec. 282. 3 et An. 74. 3. Cf. etiam Ad. 662, De scholiastae formula: referendum est ad, rettulit ad, sim. vide vol. I adn. ad An. 279. Eun. 54.

46 2 Don., 1 alius scholiasta aliter.

47 1 cf. Eun. 11. 1, 115. 1. 2 iuxta Don. 1 dedit alius scholiasta; 'mihi abundat' [1]): saepe iam magistros ad An. et Eun. perperam adnotasse vidimus aliquid abundare; cf. vol. I praef. XX.

48 2 raro Don. ut h. l. aliorum interpretationem audacter sic spernit.

---

[1]) Sero vidi totum hoc scholium spurium in textu omissum esse, quod sic se habet: 2 INDE EGO HINC 'inde' pro ex quibus et 'mihi' abundat.

2 idem Ciceronis exemplum ad An. 809. 3 additamentum per ergo otiosum de eo quod subaudiendum est; vide vol. I praef. XX.

49 3 cf. ad 435 et 643. 2 p. 157. 2 *a* notavit Wessn.

50 1 'sedulo' An 679. 3. Eun. 138. 2. Ad. 251. 5. Hec. 63. 3. Ph. 428. 2 Eun. 444. Hec. 583. 3.

51 3 cf. An. 36. 2.

53 1 semirhetoricum Donati ut 57. 2; vid. ad. An. adn. 1.

55 eiusdem notae atque 48. 3, nec minus quod sequitur ad 56.

57 1 cf. Kauer ad h. l. 2 cf. 127. 2, 464, Cic. Top. 12 et Wessn. app.

58 *a* seclusi emblema.

60 3 cf. Ph. 217.2, 322.1. 'Reminiscere lectionem' lepidum verbum doctoris ad discipulos.

61 1 similia habes 276. 2, 476. 5, 790. 5. Hec. 504. 3. Ph. 223. 1 et Eun. 45. 3. de ineptis falsisque huiusmodi relationibus vide ad 45. 3.

66 1 etiam hodie interpretes discrepant, cf. Kauer et Speng. 2 concisa brevitas; cf. Kauer.

68 1 falsum; omnes interpretes utramque locutionem trahunt ad ea quae dicturus est Micio, nec non Donatus in 3, ubi notat similem μακρολογίαν (cf. 241. 1). Ad 2 'iterum modeste' cf. 65. 2.

69 2 de etymo vide An. 236. 7. Verba 'id est qui recte facit' ieiuna sunt et valde suspecta. Schol. Dan. ad Aen. 1. 548 simpliciter: officium autem est, quod Graeci τὸ καθῆκον appellant.

70 4 sic Donatus, qui iustam lectionem 'pavet' cognovisse non videtur. 3 contra eum magister 'peccare' subaudiendum esse (cf. ad 48. 3) dixit, perperam addens totum 'obscure' dictum esse, quod merito reprehendit Kauer. 2 *a* emblema a Wessnero notatum.

71 3 An. 510. 1. Eun. 306, 712. 2.

72 2 cf. An. 30. 4. 1 corrigere videtur quod Don. scripsit in 2: ille 'coactus' hic 'adiunctus'. 4 cf. Don. 2 initio.

74 1 schol. mere rhetoricum, nec valde perspicuum. 2 'cogere' ineptissimum fuisset; de formula non-sed vide adn. ad An. 7 et 132. Eun. 67 etc.

76 1 rhet. 2 miror Donatum nihil addidisse de structura huius verbi.

77 cum Don. legerit tantum 'nescire' (cf. Kauer), abiudicandum est ab eo schol. 1, cuius auctor legit 'nescire se'; quid autem hac adnotatione voluerit et quo pertineat mihi prorsus obscurum est.

79 2 aliter Don. ad An. 340. 2, ubi vide schol. spurium 1 et 841. 1.

81 1 cf. praef. 3. 6.

82 2 de incerta huius loci interpretatione doctorumque coniecturis vide Kauerum in app. critica, cuius explicatio vix placet. Donati adnotatio (cf. etiam 789. 4) probare videtur versionem Francogalli v. d.: quand nous avons un fils tel qu'Eschine (ubi = quom), quam recipit Slomannus.

84 3 'contra illud' ut 73. 2, 95. 2. 5 'ergo' sq. cf. 33. 3.

86 2 schol. rhet. Donati. Eugr. paulo aliter.

87 1 Donatus primum contendit designare (rectius dissignare)

usurpari in bonam et malam partem ita ut significet rem novam facere, dein designatores adhiberi in ludis funebribus et spectaculis et litibus; hanc autem significationem conciliat cum illa quae est 'rem novam facere' per coniecturam satis miram ipsique non certam ('credo ob hanc causam'). In 2 et 3 scholiasta alter easdem fere significationes commemorat, sed alio ordine atque silet de spectaculis nisi quod vocabulum spectaculo mire inseruit: in 3 suis verbis loquitur de significatione in bonam et malam partem [1]), in 2 de designatoribus in ludis funebribus, ubi 'multitudinem retinent' (Don. 'ut turbae retineantur'). Ille autem contra Donatum has significationes conciliat coniectura prorsus inaudita (in 2 in.), scilicet designare intellegi contrahere et conducere populum in unum, quod illi contingat qui flagitio aliquo ora in se convertit.

Nonius p. 96. 5 citat versum Terenti et verbi significationem recte sic explicat: 'cum nota atque ignominia aliquid facere', cf. Plauti Most. 413. Sitne umquam adhibitum in bonam partem, nullo exemplo confirmatur. Pseudo-Acro ad Hor. Ep. 1. 7. 6: 'Dissignatores dicuntur qui ad locum (lucum?) Libitinae funebria praestanda conducuntur, ut defuncti cum honore efferantur; aliter: dissignatores funerum mancipes et ordinatores, nam dissignare est ordinare, unde et qui locos (*sic*) in theatris spectatoribus distribuebant, dissignatores dicebantur. Praeterea est dissignare confundere, ut et iste alibi: Quid non ebrietas dissignat?' Ep. 1. 5. 16, ad quem locum tamen idem scholiasta: 'dissignat aperit'.

Formula 'ego puto' in 2 adhibetur ab interpolatore, ut ad An. 410. 5, alibi ab ipso Donato e. g. Eun. 786. 2, An. 510. 2; Ad. 259. 2.

88 Eugr.: 'exaggerans dicit: fores effregit' cett.

89 2 et 3 merito laudavit Kauer.

90 1 *a* de hoc scholio vide infra adn. ad. Hec. 65. 4 schol. sic laudavit Kauer p. 15 adn.: wobei mit der Donat eigenen Feinheit und Kürze dass wesentliche Unterscheidungsmerkmal hervorgehoben wird.

91 rhet. **92** de 'hoc' cf. Kauer. **95** 1 antitheta satis languida. 2 cf. 73. 2, 84. 3.

96 2 et **97** 2 similia videntur, at non sunt, differunt epithetis veris suo singulisque loco cum cura adhibitis: 'cum admiratione', 'ardentibus oculis', 'infestis oculis'. Ad 96.2 semovi additamentum non verum, non enim subaudiuntur illi infinitivi; vide ad 48. 3 et 55 et Kauerum ad h. v. et v. 46. In 97. 2 semovi additamentum per nam, languidum et falsum, nam Micio nihil dissimulat, aperte semper loquitur; 'stomacho' sumptum e Don. ad 98.

99 1. 3 vide praef. de schol. similibus ad Adelphos.

100 1 nihil deest, cf. Kauer ad h. l.; de additamentis per deest vide infra 110 et adn. ad An. 30. 2 additamentum otiosum illius qui

---

[1]) Scholium a Kauero perperam pro Donateo citatum est.

dedit paulo ante 99. 1; de additamentis per id est sim. vide adn. ad An. 147. 181. al.

101 2 'delictum' usurpatum ut a Terentio in v. 682. 1 repetit fere Don. 2, falsum autem est haec 'subindignanter' pronuntianda esse, immo leniter Micio corrigit invidiosa verba Demeae, ut ostendit Don. in 3.

104 cf. An. 188. 6.

109 1 Hec. 595. 3. 2 aliter haec verba distinxit Don. ad An. 435. 5; praeterea differentia pugnat cum Don. 321. 3 et satis est absurda, nam et speramus et exspectamus tam ante diem quam ad diem (scil. eventus), atque utrumque avidius facere possumus; denique causalis coniunctio nullam habet rationem, de quo vitio vide vol. I praef. XII adn. 1, adn. ad An. 184, 328, ad Eun. 9, 134, al.

110 1 *a* falsum, ut ad Eun. 477, 618, al. De formula deest in scholiis spuriis vide Mn. 32. 300 sqq. et libr. meum p. 157 (= Mnem. 35. 408) ubi exempla congessi ad Andr. et ad Eun. Denique vide quae scripsi in adn. ad An. 158. 3 cf. Hec. 746. 2.

113 cf. An. 348. 4. **115** 2 rhet. Don. ut videtur.

116 1 scholium repetitur fere ad Hec. 94, Ph. 91; cf. etiam Ad. 143. Errare Donatum de loco Vergiliano notavit Ribbeckius in prolegomenis p. 184. 3 cf. ad Hec. 147. 183.

117 2 rhet. cf. adn. ad An. 356.

118 1 'quis credat hic respici versum remotissimum 61'?

119 2 falso Micio proponitur tamquam sordidus cavensque damnum argenti; prorsus aliter Don. in 4, ubi tamen postrema: 'non enim sqq.' otiosa et mihi suspecta sunt.

121 cf. An. 499. 3, 508. 2, 827. Hec. 38.

122 1 vide Kauerum in adn. critica. 2 interpretatio falsissima.

125 'melius ergo sqq.' additamentum languidum, immo falsum, non enim 'melius' sed e Micionis charactere unice recte sic dictum est, cf. Don. ad 126. De additamentis per ergo vide ad Eun. 72.

127 2 de vocis consilium etymo aliter Varro et schol. Don. ad Aen. 9. 4; cf. Wessn. app. 3 Pho. 73. 1, 590.

128 3 et 4 (cf. ad 113) vix Donato danda esse videntur.

132 cf. 991. 3. **133** cf. 350. 2. An. 572 c. adn., Eun. 171. 4, 388. 1.

135 1 vide Speng. et Kauer. ad h. v. 2 verbum 'irascere' legitur in ipso textu.

136 1 falsum, Demea respicit quae asseruit in 133—135. 3 Demea repetit fere Micionis verba in 132.

137 1 Speng. vix recte: 'es schmerzt mich, dass du die Sache so nimmst'. Bene Don., cuius interpretatio huc redit, ut Micio, postquam Demea dixit 'non repeto, quem dedi', quasi interponat: quid ergo etiam loqui pergis? cui tum Demea; 'aegre est' scil. tacere, nam alienus non sum. Kauer nihil. 2 iuxta Don. 3.

139 4 falsum, 'posterius' absolute ponitur.

141 3 prima verba conveniunt cum Don. 2 i. f., reliqua quantum intellego, pravam interpretationem continent, quasi Micio dicat, propter

indulgentiam suam se plura scire de Aeschini facinoribus, collato v. 56. 4 *a* non perspexit signicationem τοῦ 'omnia', de qua vide interpretes.

143 2 contra D. 1 per 'aut'. De additamentis per aut vel sed et aliisque particulis vide Mn. 32. 307 sqq. et 35, 315 (= lib. meus p. 143). 3 cf. Pho. 194. 5.

145 scholium, ni fallor, duplex: rhetorico initio aliquis addidit explicationem nimis otiosam.

147 *a* additamentum per nam, re et forma languidum.

149 2 altera sententia repetit Don. 1 in f., initium confictum ex v. 101; cf. Mn. 33. 242. 3 non intellego; cf. Wessn. in var. lect.

150 cf. Ph. 654. 1.

152 3 supervacaneum post 2. 4 et 5 vide Wessn. var. lectio.

155 2 'hic exemplum est sqq.' Vide quae de scholiis principalibus (i. e. ad scaenarum initia positis) Adelphorum disputavi in prima adnotatione.

155 3 extractum e Don. **156** 1. Vide ad Hec. 120. 1.

156 1 *a* additamentum nullius pretii. 2 schol. semirhetoricum Donati, cf. vol. I p. 239. 3 ad An. 398. 1 *a*. 4 ad An. 514; cf. Kauer. 5 schol. mere rhetoricum et vix Donateum.

157 vide ad An. 410. 2.

158 1 Speng.: deest 'tangam', sed ipse Don. in 2 indicat ellipsin non supplendam esse.

159 1 additamentum: 'nam' cum sqq. valde suspectum, cf. 110. 1. 2 cf. praef. III 2 'lenonis alteram rixam'. Kauer p. 14 adn. 2.

161 3 scholium mihi non prorsus perspicuum, leno obtestatur tantum se fide dignissimum esse.

163 7 ad An. 175. 3. 2 *a* notavit Wessn. 3. 4 falsa iuxta Don. 5. Ceterum iuncta fuerunt scholia 1 et 7, uti 5 et 6.

164 4 nullius pretii.

165 1 denuo removendum videtur illud: 'deest enim verba', vide ad 110 et 227: per aposiopesin non completur. 2 + 3 + 4 unum scholium, cuius media pars sane interpretationem continet mirabilem, sed non absurdam. In 4 causae generales sunt, quae habent constitutionem generalem, de qua vide Victorinum p. 180. 38.

167 1 An. 171. 2. 3 Eun. 273. **168** Pho. 983. **169** 2 cf. 576. 3.

171 1. 2 utrumque desumptum videtur e scholio pleniore Donati ad Hec. 33.4.

172 3 'magis' = potius, ut saepe in commento; ceterum miror Donatum dubitasse cui Aeschinus hoc dicat. 3 cf. Kauer. 2 differt a Don. 3.

175 4 'iam' cf. 589. 1 An. 190. 2, 617. 4, 684. 4, 922, 1021, Eun. 492, 2, Pho. 351.1, etc. 6 *a* Kauer merito huius scholii priorem tautummodo partem citavit, et omisit additamentum per nam, quando enim 'proxime' a Donati aetate tyranni Athenis expulsi sunt? Wessnerus in App. e Graeco scholio haec originem traxisse suspicatur, sed de Graecis Menandri scholiis nihil novimus, nisi de Timachidis cuiusdam hypomnemate ad Colacem; cf. Süsemihl, H. L. Gr. tempore Alex. II p. 189, et quae disputavi in Mnem. 39 (1911) p. 143.

176 2 'cito ostendit' Rabbow de Don. c. 1897 p. 309 adn. 20: 'ergo cito dicta sunt quae aut expedite occurrant aut plura simul expediunt una sententia; erit igitur formula quaedam interpretationis rhetoricae qua poeta facundus multa dixisse una sententia adnotabatur', cf. Ad 33. 8. 3 Eun. 1190. 1.

177 1 initium falsum, quae autem sequuntur: 'ut quid tibi debeo sqq.' imperite derivata sunt e Don. 3.

178 differentia nequaquam vera, cf. etiam v. 157 et 179. 3.

179 3 habere cf. 389. 2.

181 1 interpunxi ante 'ideo' et levius ante schol. 2. Ceterum quid sit 'sub qua necesse erat captivos vinciri ducique per pompam' non intellego.

183 2 cf. 360. 3. Eun. 235. 1. 3 languidum; quasi frequens est in schol. spuriis, e. g. An. 249, 252, 306, 476, etc.

186 1 cf. 220. 2, 820. Eun. 131. 4, hoc tamen loco 'res' intellegitur negotium, ut Don. dixit ad 185; etiam 2 valde suspectum est.

191 2 cf. 728. 2. Hec. 196.

192 2 Donato dari non potuit, qui in 3 per idiotismum sic dici scripsit.

194 cf. Eun. 805. 4.

196 2 in Wessneri app. vide hunc versum Terenti omnibus grammaticis pro exemplo fuisse formae supreme iuxta summe. 2 *a* notavit Wessn.

199 2 'infregit... cum sonitu se delectat', cf. Lucr. 6. 142 'fluctus.... quasi murmur dant in frangendo'.

201 'promeruit' cf. An. 331. Hec. 487, infra 681.

205 2 minus recte sic Don., cf. Speng. et Kauer: die Verzögerung der Zahlung.

207 cf. An. 505. 3. **209** 2 vide ad 175. 4.

210 3 cf. 891. 2, Eun. 395. 455. Ph. 1048. 2.

212 1 Donato dari vix potest iuxta initium scholii 3.

213 vide Kauer de hoc scholio. De 'usque' An. 303. Hec. 423.

214 2 4 utrumque Donato dari non potest; praestat adnotatio 2.

215 2 'hodie' cf. 660. 3 An. 196. 2. 348. 3. 3 cf. 223. 1. 943. 1. Eun. 99. 130. 1.

220 2 cf. ad 186. **223** 1 cf. 215. 3. An. 598. 2.

225 4 laudavit Kauer ad h. l.

226 1 scholium mihi valde suspectum Donato adsignare non ausus sum; Syri verbum 'spero' nil tale significat, et quid altera sententia sibi velit nescio (cf. 236. 2).

228 1 ecce scholium de fabula lectioni destinata; cf. 324. 2.

229 1 An. 940. 2. **232** 2 Ph. 419.

237 2 Eun. 967. 1025. 2, Hec. 18. 2, Ph. 225. 1.

239 5 interpretatio falsa, de non-sed ad 74. 1.

241 2 Lactantius ad Stati Theb. 7. 645: dividuum a divisione, dimidium a dimidione dicimus.

242 2 iuxta Don. 3. **243** cf. 340. 3.

244 2 quantum video nihil e superioribus repetitur; aliam auxesin recte indicavit mox Don. 246. 1; sententia de Vergilio satis vaga.

247 1 Eun. 341. 2, 363. Hec. 272. 3 cf. 630. 1.

249 3 cf. adn. ad An. 313. 1.

251 3 'nam multi memores sqq.' additamentum suspectum, a Donati breviloquentia alienum. 5 cf. supra ad 50. 1.

253 2 scholium hoc significat: quam bene efficit Syrus ut leno, adhuc fastidiosus, nunc ex desperatione ipse accipere optet viginti minas et Syrum abiturum semel iterumque revocet. De exclamatione cf. An. 289. 1, Hec. 276. 1, et adn. ad An. 157. 1 contra D. 2.

254 1 *a* additamentum rhetoricum per nam ad Donati scholium de scaenae argumento. 3 cf. Hec. 555. 3.

256 1 *a* exemplum ineptum merito notavit Wessn. cum ex ipsis Terenti fabulis exempla aptissima citari potuerint, quae vide apud interpretes. 2 cf. An. 234. 2, 499. 1, 853. 2 (quod Donato relinquere debui). Eun. 555. 4. 3 quid hoc est? cf Don. 257. 2. 4 *a* = 2 initio.

257 1 pessimae latinitatis a Donato alienae.

259 2 *a* merito notavit Wessn., etenim Donatus, qui legit hominem neminem (schol. 3), non homini nemini, ut vulgo (sed perperam) hodie editores, necessario post 'fratrem' subdistinguere debuit; scholiasta τοῦ sed ego puto hariolatur [1]) Ceterum ad Don. 2 cf. mox 270. 3, 281. 3. 3 *a* pueriliter additum, cf. Eun. 549. 3, unde h. l. assumptum ut etiam ad An. 506. 2, dein idem scholiasta repetivit initium Donatianum, de veterum consuetudine, hoc asserens per 'ut diximus', de qua magistri formula vide quae scripsi et exempla quae collegi Mn. 35. 409 sqq. (= lib. m. p. 158).

260 4 An. 580. 1, 855. 2. 7 'hem' cf. 266. 1 et loci citati in adnot. ad An. 184. 1 otiosum iuxta Don. 2. 5 *a* notavit Wessn.

261 5 ineptum iuxta Don. 3, de non-sed ad 74. 1.

262 3 ad Eun. 208.

263 1 *a* additamentum per nam minime iustum. 3 *a* exemplum falsum notavit Wessn.

264 3 Eun. 231. 1.

265 4 iuxta Don. 5 et 3 (de gesticulatione); in 5 'spem mortuam' respondet ei, quod est in 3 'sperantis lenonis'.

266 1 cf. 260. 7. 2 *a* notavit Wessn. 3 cf. 901. 1.

267 1 cf. 185 et 220. 2. 3 Hec. 250. 1 Eun. 930. 1. 2 dubitatio otiosa per an; vide adn. ad An. 132. 2.

269 2 cf. Eun. 794. 1. 3 periphrasis per nam, nimis mira in primo membro, in altero = Don. 2.

270 3 cf. 259. 2, 281. 3 5 cf. An. 655. 3. 1 contra Don. 2. 4 interpretatio prava, cf. Kauer.

272 1 'dolet' cum dativo frequens est in his comoediis, e. g. 451, 682,

---

[1]) Olim in Mm. 35. 431 sq. non recte de hoc scholio iudicavi.

733. Eun. 93 etc, ubi nusquam Donatus aliquid adnotavit. Fecitne h. l.? est quod dubites, cum 'τῷ ἀττικισμῷ' de hac figura minus conveniat, ut obsorvavit Wessn. in app. De figura τῷ ἀττικισμῷ cf. 476. 5 (ibid. 7 τῷ ἰδιωτισμῷ). Eun. 45, 284. 1. Hec. 504. 3. Ph. 223. 1.
3 mere rhet. cf. Don. 276. 1.

274 4 falsum; post 'tam ob parvolam rem' nihil deest et post 'paene e patria' deest 'fugere', ut est in 275. 1.

275 2 *a* verba Graeca expuli, omissio verbi profugere nequaquam fit εὐφημισμοῦ χάριν; valeret observatio Graeca si omissum fuisset 'mori' vel 'perire', quod erat in Menandro; et hinc fortasse per errorem ortum est scholium 274.4, unde emblema in 275. 2 repetendum erit. Ceterum cf. quae de his scholiis disputavi contra Struckium, in Mnem. 39. 177 sq.

276 1 scholium minus pertinet ad v. peccavi, quam ad omnia quae praecedunt, cf. 272. 3 2 vide ad 272 et 61. 1.

277 1 cf. ad Ph. 922 3 conclusio per ergo satis otiosa, vide ad 125. 4 coniectura a re aliena contra Don. 2.

278 5 falsum, iuxta Don. 4.

279 2 Donatus, ut Dziatzko aliique, verba sic distinxit: 'ne (Madvig: non) tam quidem, quam (= quantum) vis'; hodie editores fere conspirant in hanc lectionem: 'ne tam quidem, quamvis etiam maneo otiosus hic', ut ordo sit: 'quamvis otiosus etiam (Sp.: noch) maneo hic' De particula 'etiam' Donatus incertus haeret, sitne adverbium per se positum, quo Sannio consentiat Syro se properare in Cyprum, ('etiam' scil. 'propero'), an coniunctio, pertinens nimirum ad praecedens 'quamvis' (= 'quantum vis) etiam properare me', tametsi eius interpretatio: 'qua significat sqq.' mihi non prorsus perspicua est. Idem in 3 verba 'maneo otiosus hic' asseverationem esse dicit lenonis separatam a praecedentibus eiusdem verbis. Alius scholiasta in 1 iuxta Donati coniecturam ('vel consentientis') aliam proponit ('vel adverbium hortantis') h. l. prorsus falsam, sed sumptam ex scholio Donati ad An. 849. 2 (cf. ad Hec. 811. 2). Schol. 4 eidem tribuendum esse videtur. Legimus ibi: 'dixit enim (scil. leno) 'propero', quod falsum est, leno nusquam hoc dixit; dein: 'et rursum consenserat' sqq., quae aut dittologia sunt post 'propero', aut denuo falsa perhibent; cohaerent autem haec cum interpretatione τοῦ 'etiam' in 1. Initium scholii 4 corruptum est, sed satis perspicuum est, scholiastam hic confirmasse scholium Don. 3, nisi quod pro asseveratione usus est voce exclamatione. Itaque suspicor eius verba fere haec fuisse: 'Exclamatio negantis 'maneo otiosus hic', vestigia secutus Wessneri in App. p. 494 corrigentis: „haec exclamatio negandi vim habet, sqq.'

281 2 'heus' An. 636. 1. 3 cf 259. 2, 270. 3.

282 2 'irritari'. An. 597. 4. Ph. 240. 1. 2 *a* expuli emblema.

283 3 Eun. 1043 et 1044.

288 1 cf. 297. 3. 3 An. 206. 2. 4 cf. 353. 2 et Eun. 656. 1.

289 1 Eun. 1073. 1, Hec. 458. 1. 2 *a* otiosum, cl. ad 74. 1.

290 2 ad An. 727.

291 5 et 7 rhet. ex genere quod legitur e. g. ad An. 395. 2. 6, 396. 2, 398. 2. 6 cf. Don. 1.

294 1 An. 85. 4. Hec. 422. 2.

295 1 *a* emblema notavit Wessn. 3 falsum videtur cf. Don. 2 i. f.

296 5 ad An. 437. 453.

297 1 rhet. et cf. Don. 4. 2 *a* notavit Wessn. 3 cf. 288. 1.

299 2 differt scholiasta qui legit 'quom' a Donato 1, qui legit 'quod', cf. Wessn app. 3 hoc etiam diversum est a Don. 1.

302 1 *a* 'nam' sqq. seposui, interrumpit scholium continuum 1 + 2 et Donatus tantum h. l. formam reflexivam tractat. Etiam in textu cum Kauero legendum videtur 'cirumvallant se'. In 2 Wessn. in app. non male coniecit et pressio pro impressio. 5 iuxta Don. 4 per an, cf. ad 267. 2.

305 cf. Eun. 642. 2.

306 3 illius scholiastae quem designavi ad 45.3; de 'misericordia' multo melius Eugr. ad h. v., et mox Don. in 5. 4 *a* expuli emblema per nam. 6 cf. vide ad 307. 1.

307 Kauer: repressit 'abgehalten' bezieht sich auf die Absicht, reflexit 'abgebracht' auf die bereits begonnene Tat. Recte Donatus tamen in 1 et 2 utrumque explicat per ne faceret. Itaque schol. 306. 6 alius est magistri, qui idem in fine schol. 307. 2 addidit: 'sed melius quod supra'; cf. 347. 3, 430. 2.

308 2 cf. Eun. 946. 2. 3 quae sit 'suavis ethopoeia dolentis ad irascentem' exposui in Mnem. 39 (1911) p. 162 sq. contra Struckium, qui scholium male interpretatus erat. 1 vix genuinum.

310 1 Eun. 472, 1. Ph. 373. **312** cf. Hec. 716. 1, Ph. 425.

315 1 rhet. ut 316. 1. **318** 1 cf. 701. 2.

319 1 cf. 550. 1. 3. 3 *a* merito Wessn. in app. dixit postrema verba, 'id est nimia sqq', non Terenti sed Vergili verba explicare, ideoque inclinatis litteris exprimenda, hoc est a Donato abiudicanda esse; est igitur e spuriorum genere, quod indicavi in praef. vol I p. V et XXI.

321 2 de distinctione adhuc discrepant interpretes. 3 cum hoc Donati scholio compara magistri ad Eun. 195. 2. 3. 4; praeterea supra 109. 2 et An. 435. 5.

324 2 vide ad 228. 1. 4 cf. An. 465. 1. Eun. 54. Ph. 208. 4, 419. 1.

325 3 semovi scholium suspectum.

327 3 languet iuxta 2 et fictum videtur e schol. 237. 2, Ph. 225. 1.

328 1 = 4, repetitur idem scholium, vide praef. de schol. similibus ad Ad. In commento Donati 1 iunctum fuit cum 2. 3 non-sed quater repetitum ut ad. Eun. 167; cf. supra ad 74.

330 2 egregium exemplum scholii semirhetorici Donati, quo simul sententia illustratur; vide vol. I praef. p. IV et adn. p. 239; cf. praeterea Don. ad. An. 425. 3 additamentum per deest, in quo 'vel tale quid' scholiastis acceptum est, cf. ad 110.

331 An. 33.3. Ph. 97.1. **333** 1 cf. Kauer ad h. l.

335 2 'porro' An. 22. 2. 278. 1. Eun. 613, Ad. 419. 2, Hec. 298. 2. 300. 2.

340 3 cf. 243. 2 vix genuinum.

342 'et in malis constantem esse demonstrat' scil. mulierem. Vide lectionem cod. V.

343 cf. ad An. 259. **344** 2 rhet. ut 345. 1.

345 4 distinctio nequaquam incerta est; verba 'pro virgine d. n.' etiam audienda esse ad 'dos erat', iam legitur in Don. 3. 1 rhet.

346 1 scholium obscurum, cf. supplementum Wessneri. 2 aliter Don. ad Hec. 5. 3 lusus magistri sed fallitur in altero membro; Wessn. supplevit '<An> nec virgo' etc.

347 3 verisimiliter Wessn. supplevit <an testis est>; scholium eiusdem notae ac 307. 2 ubi vide.

348 An. 487. 2.

350 2 cf. ad 133. 3 vide Kauerum ad h. l. 4 'cito' ad Eun. 377. 3. 3 cum schol. Bemb. habeat: 'accedo, consentio' et Lactantius ad Statii versum in Theb. 5. 343 *maria ipsa carinae accedunt* adnotet: 'accedunt, consentiunt ut tranquilla subdant, sic Terentius in Adelphis (h. l.)', puto Donatum quoque h. l. dedisse: 'hoc est c o n s e n t i o, velut etc', non ut nunc est: 'hoc est <accedo> ut consentiam, veluti'. Secundum haec scholia de versus Terentiani lectione et interpretatione dubitari vix potest. Legendum est: 'quid isti (= istic)? acc. ut m. d.' Cf. Kauer et Spengel ad h. l. 4 'cito' ad. Eun. 377. 3.

352 2 Eun. 271. 2. 3 cf. 927. 2 An. 281. 6.

353 2 cf. 288. 4. 2 *a* falsum iuxta 2 Don.

357 2 quid haec sibi volunt? Demea miser est propter Aeschini nequitiam Micioni debitam, ut putat, miserior erit, si hic alterum filium ad nequitiam etiam adduxerit. Cf. v. 383 sq.

358 2 *a* additamentum per e n i m prorsus supervacaneum. 2 *b* notavit Wessn. cf. 359 2*a*.

359 2 *a* notavit Wessn., cum nihil huc pertineat.

360 3 ad 183. 1. **361** ad Eun 305

367 2 scholium satis puerile et cf. 369. 1.

369 2 'contra illud' cf. ad v. 72. 73. 84. 95. 3 eiusdem, qui dedit 367. 2.

373 1 'hem' ad 260. 7. 2 Eun. 271. 4, infra 901. 1.

374 2 *a* interpretatio τοῦ ἰδιωτικῶς in 2.

377 2 *a* eiusdem trutinae ac spuria modo notata; et vide 379. 2 Don.

379 1 An. 418, Hec. 593. 1. 1 *a* cf. ad 377.

382 1 vide ad Eun. 721. 1. 2 redditur quodammodo schol. Donati 1.

389 2 cf. 179. 4.

390 2 'sic quidam: sed ego sqq.' de Donati fontibus, qui saepe antiquiores commentatores in his comoediis indicat et refutat, vide Mn. 35 p. 416—439, et de Adelphis p. 430 sqq., ubi tamen hunc locum praetervidi, (= lib. mei pag. 179 sqq.)

391 2 et 3 luserunt magistri, qualia multa deprehendimus ad Andr. et Eun., velut An. 12. 3. 4. 5, 16. 1. 2 *a*, et sic in multis iuxta positis, quae dedi in praef. vol. I XX adn.; in Adelphorum commento rariora sunt; vide infra ad 559.

394 4 cf. Don. 470, 4. 2 et 3 iuxta Don. 4, et illius initium vix intellego.

396 2 cf. Eun. 277. 1 iuxta D. 2.

397 1 vix credo Donatum hoc dedisse iuxta scholium plenius et fortius 3; sumptum fortasse e scholio ad Hec. 217.

399 'pro personis ridiculae' i. e. secundum personas, qui iis utuntur iisve tanguntur. Cf. Eun. 789. 1.

401 iunxi 1 et 3, ut 2 ponatur ante 4; cf. 553. 1.

404 1 An. 234. 4, 556. 2 An. 479. 1. **407** *a* rhet.

412 3 Schlee p. 155. 32: interiectio admirantis. **413** 3 'sedulo' ad 50. 3.

418 1 *a* additamentum per non-sed, ad 74. 1. 2 conclusio otiosa per ergo e Don. 1. 3 *a* semovi emblema.

417 Donatus procul dubio primum dedit etymon in 2, deinde per coniunctionem (et vel autem) significationem derivatam (in 1). Cicero de n. d. 3. 25: versutos eos appello, quorum celeriter mens versatur, callidos autem, quorum tamquam manus opere, sic animus usu concalluit. Servius ad Aen. 4. 405: callis est semita tenuior callo pecorum praedurata. Isidorus Or. 10. 41: callidus fraudulentus, quod celare novit.... versutum (ponebant) eo quod animum cito vertat.

419 1 'ad amaritudinem' cf. ad 432.

422 1 cf. scholium ad 101. 1 otiosum.

423 Quint. 6. 3. 47. **429** vide ad 415.

430 1 sic recte Donatus. 2 falsa; 'hoc melius' cf. 307. 2, 347. 3.

431 2 sicine Donatus? mira oppositio servorum et amicorum et aptumne est ad dicendum an ad audiendum? vide scholia ad An. 67. 68. Otto Spr. w. s. v. homo 8: man muss die Menschen nehmen wie sie sind.

432 'meliorem' cf. 110. 3.

433 1 pugnat cum Don. 3: 'has interrogationes non inquirendi causa poni'; 2 contracte reddit idem Donati scholium in fine.

435 cf. 49. 3.

441 1 cf. 540. 2. 835 2, ad An. 17 et 324. 6 cum adn. 1 *a* notavit Wessn.

443 in primo membro mira Donati dubitatio.

444 *a* semovi quod mihi molestum emblema videtur.

450 1 *a* nihil deest, cf. v. 74: 'hoc patriumst'. 2 Eun. 301. 3, 899. 2. 4 cf. Pho. de 'ilicet' 208. 5. **452** 2 falsum per aut.

454 1 explicationes mirae et perplexae iuxta interpretationem simplicem Donati in 4, ubi sine dubio corrigendum est 'levissimum' pro '—simae'. 3 cf. praef. de schol. simil. ad Ad.

456 1 cf. Ph. 338, 3, cf. Kauer ad h. l. 3 rhet.

458 3 Eun. 703. 1 *a* notavit Wessn.

460 cf. An. 533. 2 cum adn. *a* de formula 'ab eo quod sequitur id quod praecedit' vide infra 823. 2 *a*, ad An. 49, Eun 762, et vide in praefatione. Additamentum 'non iubemus enim nisi quod voluerimus' vix verum.

463 mirum, cf. 476. 3.

464 vide scholia ad v. 57, ubi Don. liberalitatem et bonitatem

synonyma habuit. Dubito num hoc scholium Donato imputandum sit. Kauer recte: *boni* van Herzen gut, *liberalis* in Folge der Erziehung.

466 2 cf. 573. 3. Eun. 328. **467** hem ad 260. 7.

468 2 iuxta Don. 3 et satis ineptum.

470 2 semirhet. Donati; cf. 471. 2. Hec. 139. 4 Donato dare non ausus sum scholium ineptum, cf. 394. 4.

471 2 pro 'supra future' coniecerunt Wieling probante Hartmanno 'quid sua persuasione', Schoell 'inscius futurae rei', Dzi-Kauer 'super re futura' et Wessner, qui ad loci sententiam fortasse proxime accessit, 'superatus furore'. 2 *a* 'et quia sqq.' additamentum ineptum ex 470. 2. 3 rhet. **472** 1 ad Eun. 49. 3.

474 1 *a* 'ignotum est sqq.' nihil magis falsum: 'ignotumst' quis virginem vitiasset, 'tacitum et creditum est' quod Aeschinus narrabat se esse auctorem sceleris; de hoc scholiasta ineptas verborum relationes aucupante vide ad 45. 3, 61. 3, et adn. ad An. 279. Eun. 54. 3 *a* 'et praeterea sqq.' non Donatum haec interposuisse puto, sed illum qui in spurcis rebus libenter versatur, de quo vide ad An. 90, ubi tamen numerus Eunuchi 585 delendus est.

476 1 iuxta Don. 3, verba ardentia hic non sunt. 2 rhet. 7 iuxta Don. 5, vide adn. ad 272. **477** 2 otiosum.

478 2 *a* additamentnm rhetoricum; 'et praeterea' ut in 474.3, 608.4. 3 *a* additamentum languidum per n a m.

480 scholio Donati 2 (quod laudavit etiam Kauer) opponitur alia interpretatio in 3 satis longe quaesita. Scholium 5 non multum differt a 4. Quaeritur an Donato etiam tribui possit initium scholii 4, quod tum pro amplificatione habendum erit scholii 2. Igitur proscripsi tantum 3 et 5. Si animo indulgerem Donato retinerem tantummodo 2 et exemplum Afranii in 4; nam 1 quoque olet ludimagistrum leviorem.

481 1 An. 608. 1.

482 2 'ut multa videretur dicere' cf. cf. 470. 3, 876. 3. 4 schol. suspectum quippe nimis speciosum.

483 1 *a* rhet. 3 non valet de h. l. et pugnat cum 2.

487 1 cf. An. praef. 1. 9. et ad v. 473, 1. 2.

488 *a* rogatio nimis lepida. **491** 3 cf. 928.

493 2 schol. rhet. obscurum et mirae latinitatis; Donatus in 3 et in 494. 1 aliter loquitur de Hegionis defensione.

494 1 semirhetoricum Donati, ut mox 496. 2. 3 rhet. mag.

499 2 Varro l. l. 6. 69: 's p o n d e r e est dicere spondeo a sponte, nam id valet a voluntate sqq.' 72: 'a qua sponte dicere r e s p o n d e r e quoque dixerunt, cum ad spontem responderent, id est ad voluntatem rogatoris'. Festus p. 343. 34: 'spondere antea ponebatur pro dicere, unde et respondere adhuc manet' 2 *a* Wessnerus emblema notavit inde a verbis: 'id est fundere', ego adieci etiam quae praecedunt: 'quasi spondere' (cf. var. lect.), haec enim vix pertinere possunt ad Donati scholium, et magistri amant additamenta per q u a s i, cf. ad An. 249, 306, 344, 476 etc.

506 secundum schol. 505 Donatus putat Hegionem satis humiliter Demeam abeuntem prosecuturum esse et etiam pauca illa 'ultima' quasi suppliciter Demeae dixisse: 'decet te facere'. Hartmannus p. 176 correxit 'ultimi', vix recte; cf. Kauer ad h. l.

507 4 minus verum ut docet schol. ad 509 et Donatus legit 'hic' non 'hoc', cf. 3. 5 = 6 retinui ultimum, in 5 'peiora' minus iustum est. Cf. Ph. 1021.

510 *a* 'nam sqq.' notavit Wessn.

511 1 Wessn. primam sententiam: 'hi sex — feruntur' inclinatis litteris expressit, ego Donato reddidi; vide Wessn. in app. et Kaueri animadversionem crit. p. 175. 3 cf. Eun. 799. 3.

514 *a* lepidum caput!

520 2 sapit ludimagistrum; cf. Eun. 224. 'universum triduum'.

522 1 cf. ad 698. An. 520. 1 et mox 523. 2.

529 2 iuxta 1 Don.; observatio prorsus falsa videtur.

530 2 schol. rhetor. Donato dignum, cf, Mn. 33. 259.

531 a Donato, opinor, abiudicandum, cf. ad 474. 3 *a*.

538 *a* 'vel abi sqq.' semovi additamenta per v e l.

540 1 cf. 560 1. 2 ad 441. **541** 2 vide Kauer ad h. l.

543 1 Don. cui alius apposuit 2 per a n; cf. Eun. 666. 3. 4. ad Eun. 811. 4.

544 2 vide ad 557. 1 pugnat cum D. 2.

545 1 iuxta Don. 2, cum additamento per e n i m, quod iam notavit Wessn. 3 conclusio otiosa per e r g o e Don. 2.

546 3 rhet., et cf. 548.

547 2 conclusio non quadrat cum explicatione quae praecedit in 1, et etymologia inaudita; de o m i n e cf. An. 200. 1.

549 sicine Donatus? **550** 1. 3 vide praef. de schol. simil. ad Ad.

552 3 sic etiam Varro de l. l. 5. 162, Festus, alii, cf. Wessn. app.

557 cf. 544. 2. **558** cf. 899. 1.

559 1 2 3 iuxta id quod Donatus de 'usque' scripsit ad 558, hic tres etiam magistri suas sententias protulerunt. Vide supra ad 391.

560 1 vide 578. 2. 2 *a* semovi pannum, ut mox 563 1 *a*. 5 *a* emblemate interrumpitur scholium continuum 4 + 5.

564 4 scholium inventionis subtilis et nimis paene argutae num iuxta 2 et 3 Donato dari debuerit dubito; ortum fortasse e Don. 5 initio. Pro 6 PATRISSAS corrige 5 PATR.

568 1 et 3 illius magistri qui verba identidem refert ad praecedentia; cf. ad v. 45. 3. 2 'deest' cf. ad v. 101; deest aut nihil (cf. Kauer) aut 'facere'; et prorsus simile est scholium quod sequitur ad 369.

570 vix dubito quin exemplum Vergilianum eliminandum sit, huc illatum ex An. 196. 2 et supra 215. 2, ubi iusta significatio τοῦ 'hodie' indicatur; cf. etiam 660. 3.

572 1 minus recte quam Don. in 2.

573 cf. 466. 2. Eun. 328. 674. 2. **576** pro 3 corrige 2 et cf. 169. 2.

577 1 vide Kauer, ad h. l. **578** 2 cf. 560. 1.

580 2 adn. ad An. 195; Hec. 459. 4.

584 'etsi multa diminutiva sqq.' cf. Ars. Gr. Don. 376. 7: 'sunt alia deminutiva quae non servant genera quae ex nominibus primae positionis acceperunt, ut scutum scutula scutella, pistrinum pistrilla, canis canicula. rana ranunculus.'

586 1 verba 'ubi potetis vos?' hodie ab editoribus recte Demeae dantur; aliter Hartman p. 178.

587 2 vide Wesnerum in app., qui etiam merito ultima verba (2 *a*) a Donati scholio aliena esse iudicavit.

589 1 'iam' vide supra ad 175. 3 iuxta Don. 2. **591** 2 ad An. 615.

593 cf. ad Eun. 6, 27, 41, 936. **595** 2 ad An. 639. 5.

601 2 de hac quaestione vide Kauer in adn. crit. 1 rhet.

608 3 'coram indiget adiectionis' minime verum. 4 repetit Don. ad An. 190; formula 'et praeterea' (cf. ad 478) indicat hoc scholium ortum esse e mentione particularum c o r a m et p a l a m in 3.

610 1 *a* mihi persuadere non potui haec a Donato adscripta esse: prius membrum languet et quae sit u t r a q u e p a r s non vides; alterum vagum et supervacaneum iuxta planam Donati interpretationem in 2.

618 1 *a* notavit Wessn. **620** 1 n o n - s e d ad 74. 2. 2 *a* quid hoc?

622 1 'hem' ad 260. 7. 2 ad An. 696. 3.

627 2 cf. An. 277. 2 c. adn. **628** 2 iuxta Don. 1 per an.

631 2 'iam' vide ad 175. 4. **633** vide ad Eun. 84. 1.

634 1 iuxta 2 Don. 2 *a* notavit Wessn. Cf. ad Eun. 3, An. 55. 2 et Schlee p. 158 ad h. v.: figurata locutio, pluralis numerus iunctus cum singulari. Denique Wessn. in app.

638 3 cf. ad An. 808.

646 1 'deest a i t' falsum, nam alloquitur patrem, qui respondet: 'ego dicam tibi?' Repetit fere quod dixit 644 'quid est rei?' et mox 649 'quid tum postea?'

647 4 nihil novi continet iuxta Don. 2, immo vix vera in eo quod est: 'quaedam' usque ad 'indotatam'. 5 eiusdem notae.

648 4 *a* contra Don. 3. Iunxi 3 et 4. **650** 1 cf. 731. 1.

652 2 et 3 otiosa nec vera iuxta Don. 1.

653 1 'recte' cf. Kauer ad h. l. 2 'trisyllabum' nimirum tria verba: 'nihil, recte, perge'.

655 2 Wessn. in app. **656** 2. 3. vide supra ad 48. 3, 55, etc. .

657 2 *a* notavit Wessn.

660 1 schol. lacunosum eadem tractare videtur, quae Don. in 2 et 3; quomodo explendum sit cogitare operae vix pretium est. De 'postea' vide Kauerum.

662 vide supra 45. 3 et ad An. 74. 3.

664 1 'illiberale' ad v. 464. 2 iuxta Don. 1.

666 2 cf. Kauer ad. h. l. **668** 1 vide scholia ad Hec. 350.

670 3 iuxta Don. 2., nec non 4 mihi suspectum est.

671 1 nimis otiosum. **672** 2 cf. Kauer ad h. l.

673 1 ad Ph. 362. 4 sqq. 1 *a* notavit Wessn.

681 Hec. 580. 2 idem Ciceronis exemplum; 'promerentem' ad 201.

685 3 Eun. 907. 1. 4 vide ad Ph. 406. Non probo Hartmanni coniecturas (p. 181): nimii amoris et dissimillimi pro 'nihil amoris' (Klotz: 'amaroris') et 'difficillimi'. 1 rhet. iuxta Donatum, qui in 4 artem rhetoricam sua ratione, id est ad orationem illustrandam eleganter adhibuit.

688 2 rhet.; postrema nimis puerilia.

691 1 *a* 'subauditur', quis hoc non videt? vide ad 48. 3. 2 iuxta Don. 1. 3 cf. Don. 4; 'menses cessere' mira interpretatio, sequitur schol. rhet. cf. 688.

692 3 Serv. ad Aen. 4. 231 et 431, idem aliter ad 1. 252, Wessn. in app. 4 notavit Wessn.

693 4 'multo melius' quasi haec synonyma sint! non·sed ad 74. 2.

696 4 ad 260. 7. **697**. 2 de pronominum vi ad An. 199.1.

698 cf. 523. 2, ad An. 520. 1.

699 2 iuxta Don. 1 per an. Donatus hunc ordinem non quidem negaverit, sed in 1 aliud est quod respexit, quocum compara 703, 'abi pater, tu potius deos comprecare sqq.'

700 1 'iam' ad 175. 4. 2 ad 350. 4. **701** 2 cf. Eun. 648, 740. Ad. 318.

702 pro 2 *a* corrige 3 *a*, notavit Wessn.

703 2 contra Don. 1. Codices habent 'pauperes et', Wessn. duce Stephano scite: 'pavere, sed'. Kauer ad h. l. non recte dedit 'pavere et,' citans hoc scholium pro genuino. Vide scholia magistrorum per sed ego 259, sed melius 307, 347.

707 *a* 'et paene sqq.' haec Donato danda esse non putavi, cf. 708. 2.

710 *a* additamentum puerile per an.

711 supervacaneum nisi stulto. **713** 1 'de' Eun. 280. 2 Eun. 302. 1.

721 1 *a* scholiasta exaggerat nimis: 'fero' et 'alia flagitia' non sunt 'magna'; de ironia Don. 1.

722 2 et 3 utrumque Donato concedendum videtur, quamquam 3 veriora exhibet, cf. schol. Bemb.: 'quasi aliquid de improviso repertum est.' 4 *a* iuxta Don. 4 per an; interpretatio Eclogae falsa.

723 1 cf. 564. 3. **727** vid. Kauer ad h. l.

728 2 Vertumnus 191. 2. Hec. 196. **729** 3 cf. ad An. 254.

731 1 cf. 650. 1. **733** cf, 482. 5 et Eugr. ad. h. l.

735 2 adn. ad An. 102. 4. 1 ineptum. **736**. 1 *a* otiosum.

740 cf. Kauer ad h. l.

752 2 'hoc a quibusdam dicitur, at ego puto': exemplum rarum, sed non unicum, scholii in quo Donatus vetustioris interpretis (Varronis, Aspri?) opinione relata suam subiungit. Vide quae disputavi de eius fontibus Mn. 35. 416 sqq., de hoc loco p. 433 (= lib. meus de comm. orig. et dispos. p. 182). 2 *a* haec lusit interpolator ad postrema verba Donati par simul.

755 1 cf. Eun. 192. 1 An. 510. 4. 2 cf. 794. 2.

761 1 *a* additamentum per etenim pugnat cum eo quod est σωματοποιία. 2 vide Wessn. app.

763 3 Eun. 774. 3. **764** 2 iuxta Don. 1 per a u t.
766 2 *a* notavit Wessn.
774 exemplum Verg. etiam Ph. 265. 3. **775** cf An. 40. 7.
779 3 cf. 585 in fine. **789** 4 'disperii' cf. 540. 3.
795 4 cf. 695. 3, ubi scholiasta hoc Donati scholium imitatus est.
794 2 vide 755. 2. 2 ad An. 622. 1.
796 2 ad An. 442. 1. Eun. 632. 1. 2. 3 cf. ad 185.
800 2 *a* absurdam conclusionem notavit Wessn., cf. 708. 1.
806 rhet. Don. **807** cf. ad Eun. 653.
820 1 cf. 186. 1. **821** iuxta Don. 823. 1, Kauer perperam interpolatoris scholium citavit pro genuino, locus nequaquam 'obscurissimus est re et verbis' sed indiget interpretatione aliqua.
823 2 'melius est s a e p e ad superiora coniungere', sic etiam Kauer. 2 *a* praef. vol. I. XXI. et ad An. 49. 1 *a*.
825 ineptum. **827** errat Don. (an scholiasta alius?).
828 'cito' ad 176. 2. **830** 3 schol. rhet. cf. 806.
835 2 cf. 441. 1, 540. 2. 3. 755. 1.
840 2 iuxta Don. 839. 2; vide praef. de schol. simil. ad Ad.
841 3 *a* notavit Wessn. 4 Kauer ad h. l.
843 1 n o n · s e d ad 74. 2. 2 Eun. 899. 2.
844 2 'prorsus' ad An. 510. 2, Eun. 306.
847 2 'an quia sqq.' scholium non illepidum, vereor tamen ut Donato dari possit, port certam quam dedit sententiam in 1.
855 3 differentia prorsus falsa ab interpolatore, quem novimus, excogitata propter significationem praefixi s u b in s u b r i d e r e similibus; de huius scholiastae differentiis ficticiis vide exempla in Andria Mn. 33. 214—219, in Eunucho Mn. 35. p. 314 (= lib. meus p. 142), Vol. I praef XXI et passim in adnotationibus.
857 'subauditur enim' ad 48. 3. **858** ad Ph. prol. 27.
864 in his scholiis multa satis similia sunt, a pluribus magistris oriunda (cf. ad v. 391). Cum Don. 1 compara 5; porro Don. 'os laedere' recte interpretatus est in 4 (cf. schol. Bemb. lacerum citatum a Kauero ad h. l.), alius contra male in 9; de 'clemens' 'placidus' scite Don. in 8, inepte alius in 6. Scholium 7 illius est qui incogitanter verba ad se invicem referre solet (cf. ad 45. 3). Denique 2 aliquis repetivit e Don. 42. 2, addiditque explicationem satis miram 'ne eam (mentem) urgeat irascendo'.
866 3 iuxta Don. 2. **867** 3 'ut .... multa videantur' cf. 470. 3, 482. 2.
871 *a* notavit Wessn. **880** 4 *a* notavit Wessn., cf. 5.
882 3. 4. vide praef. de schol. simil. ad Ad. **883** cf. 373. 901. Eu. 271.
884 1 'recte' 653. 1 et Eun. 342. He. 355, 2. **886** 5 cf. 755. 2.
889 2 = 957. 5 et videatur Kauer ad h. l.
891 2 cf. 894. 2 et Ph. 1048. 2.
892 *a* et **893** 2 falsa eiusdem auctoris.
894 2. 3 vide praef. de schol. simil. ad Ad.
895 1 scholium satis otiosum et fortasse a Donato abiudicandum, qui in initio scholii 2 similia Demeae verba ad Syrum (v. 886) aliter tractavit.

899 1 cf. 558. 2 usus et definitio vocabuli sanctus prorsus peculiaris, quocum cf. Trebatius apud Macrobium III 3. 5 sqq. 4 *a* notavit Wessn. **901** 1 ad 883. 2 'hem' ad 260. 7.

903 1 schol. mihi satis suspectum.

904 2 Wessn. in app. 3 valde suspectum.

914 1 cf. ad An. 824. De versus Terentiani interpretatione nondum constat inter editores, idcirco etiam de scholiorum divisione anceps est iudicium. Ego Donato dedi primum 3 et 4, in quibus dubitat utrum Demea verba 'iube nunc iam' absenti Micioni dicat an secum (sic Bentleius: 'neminem hic alloquitur, aversus hoc dicit'), porro 6, denique 915. 4, ubi apparet Donatum decrevisse, verba illa 'iube nunc iam' dicta esse a Demea 'apud se'.

In scholio 914. 5 repetitur initium et finis scholii 3 Don.; quid autem faciendum sit verbis interpositis misere corruptis, nescio. Hartmannus vidit (p. 184) scholium esse 'de acerbitate, quae inesse soleat coniunctioni nunc, si imperativo addatur'. Wessnerus proposuit: 'nunc minare!', 'nunc sis obsiste', cum <quem> afflictum tenemus', —ut exempla citentur illius usus, quod satis verisimile est propter id quod sequitur: 'ita et Demea 599. Ceterum a restituendo exemplo in scholio non genuino abstinere satius est. De abusu particulae 'quasi' in spuriis vide An. 249, 252, 306 etc. 7 otiosum et vix rectum iuxta schol. Donatea.

915 2 scholium suspectum, 'dinumerare argentum' tritum est comicis. Scholia 1 et 3, cum Donatus aliam lectionem praeter 'ille' novisse non videatur, proscripsi; de XX minis Chesiphoni, lenoni, Aeschino aut Syro dandis cogitari vix potest. Bentleius recte vidit, opinor, 'dinumeret XX minas', ex recordatione pretii quam Micio pro psaltria dederat (v. 191), dictum esse pro quavis pecuniae summa, quam sumptibus illis (v. 912 sqq.) fratrem amittere nunc Demea non aeque patietur; 'hic ergo fratrem ulciscitur', ut ait Bentleius.

918 1 'facere quod ille in animo suo velit' h. e. igitur, quod Sostrata eiusque propinqui et familia velint. Recte sic Kauer aliique. Iam vero in 1 *a* interpolator contraria ratione cogitat de mente h. e. de animo non accipientis Sostratae, sed praestantis Demeae, perperam. Tertius aliquis in 2 hoc corrigere voluit, sed non aperte indicavit ex cuiusnam animo vel sententia 'bene factum' intellegat.

919 de 'deest', 'desunt' vide ad 110.

927 2 relationes falsae, vide ad 45. 3, et cf. infra 991. 1. 3 cf. 352. 3.

928 cf. Kauer ad v. 491.

929 1 elegans exemplum scholii semirhetorici Donati, quod praecipue verborum interpretationi inservit. Vide adnot. primam ad Andriam vol. I 239 sq. 2 rhet. ut 936. 3; 938. 2.

931 2 = 4, nisi quod in hoc falso additur: 'si illis coheredes esse procreandas suadeat', pro: 'si illis coheredes procreari etiam possint'.

934 1 cf. 697. 2 cum Andriae loco. 3 et 5 duorum magistrorum iuxta Don. in 6.

935 2 'mi' Eun. 95. 1, 536. 3 cf. 269. 1, 336. 2. An. 685. 2, 890. 1.

937 3 repetit partim Don. 2, alius magister dedit 4, ubi Spengelius in commentario probat lectionem 'auferrem' (vide Wessn. in var. lect.), distinguens 'aufer rem'; sed etiam si putaremus 'rem' significare posse orationem, preces, tamen haec interpretatio non conveniret cum ea quae praecedit, nam abi = aufer te, non = aufer rem.

938 2 rhet. 4 An. 882. 2. **939** cf. 3 Eun. 231. 3.

943 'age' cf. 215. 3.

947 iunxi 1 et 2, altera interpretatio praestat. 3 rhet., merita Hegionis hic nulla commemorantur; commendatur ob paupertatem, cf. 948. 2.

949 1 *a* notavit Wessn. **950** 'frumen' Eun. 816. 3.

951 3 rhetoricum ex eo genere quod legitur ad An. 354. 3, 395. 6, 396. 2, 398. 2. Eun. 163. 1 et 3. 6 ineptum, cf. 3 'quid mea'.

952 1 'verbum' ad An. 45. Eun. 175 etc. 1 *a* notavit Wessn.

954 2 falsum. **959** 2 Eun. 608 et 816. 2.

961 2 iuxta Don. 1.

967 3 *a* additamentum onerosum post ea quae Donatus dixit in 2 et 3, nec vera est differentia 'adiutoris' et 'consultoris'.

973 1 cf. Kauer ad h. l. An. 939. 2. Eun. 1051. **973** 1 An. 226. 4.

975 2 additamentum per an quia iuxta Don. 1, qui affirmavit meritum esse 'ridiculum'. **978** cf. 299. 4.

981 2 eiusdem notae atque 975. 2; ad 'et hoc melius' cf. 307. 2.

983 1 iuxta 2 et 3 Donato dari non posse videtur.

986 scholium 3 mihi leviter suspectum est cum propter Donati adnotationem ad 992, tum propter dicendi rationem vagam et incertam in verbis 'personae huius' (quidni Demeae?), 'perpetuo' (semel tantum Demeae mores suos mutasset), denique propter senis dignissimi comparationem cum subita mancipii mutatione in Plauti Truculento.

990 1 And. 214. 2 iuxta 1, cf. Eun. 1058 1 *a*.

991 1 vide ad 927. 2.

994 2 conclusio otiosa et Donatus in praecedenti scholio aperte priori interpretationi, aliis etiam verbis expressae, calculum dedit.

HECYRA

Primum denuo dicendum est de scholiis rhetoricis.

Cum prologi scaenaeque permultae controversias et personarum quasi litigia contineant, haec fabula prae ceteris artis institutioni utilissima esse visa est, unde factum ut in commentum non minus quam CXVI magistrorum scholia rhetorica ingesta sint, dispersa per prologos et scaenas XIV [1]. Donatus quoque hanc officii partem in interpretatione non prorsus neglexit, sed dedit scholia XXV semirhetorica ad prologos scaenasque V [2].

1 4 semirhetoricum Donati. 7 si genuinum est, quod dubito propter 15. 4 Don., coniunctum fuit cum 5. Similiter in commento olim positum fuisse videtur paronomasiae exemplum ex Homero post 8. 5 *a* notavit Wessn.

2 3 cf. ad Eun. 79.

3 1 scholium illius qui falsas aut otiosas dictorum inter se relationes identidem quaesivit, de quo vide ad Ad. 45. 3.

4 1 cf. Eugraphius de prol. p. 259. 15 sqq., scholium rhetoricum retinui, tametsi iuxta Don. 2 hoc quoque ei tribuendum esse est quod dubites.

5 cf. Ad. 346. 2. 7 1 ad An. 508. 2, et infra 30. 2 *a* notavit Wessn.

---

[1] Prol. 14. 20. 28. 29 (1. 2. 3). 30. 31. 32. 49 (1. 2). 57. Sc. I 2: 76. 86. 91. 92. 94; 128. 31 (2. 3). 33. 38. 43. 46. 64. 68. 80. II. 1: 98. 99; 206. 10. 20. 23. 24. 35. II 2: 47 (1. 3). 51. 52. 54. 55. 60. 62. 63. (1. 2). 66. 70. 71. III. 1: 11 (3. 4). 82 (1. 2) 83. 84. 92 (1. 3). 94; 305. 10. 12. III 2: 36. 43. 45. III 3: 82. 86. 89. 92; 400. III. 5: 70. 71. 92; IV 1: 522. 28. 30. 32. (1. 2). 33. 34. 36. 47. 49. IV 2: 77. 79. 80. 83. 85. 87. 89 (1. 2. 3). 90. 93; 600. 5. IV. 3: 13. IV. 4: 25. 31. 58 sqq. 77. 84. 97; VI: 727. 43 (2. 5. 6. 8). 44 (3. 8). 46. 53. V 2: 73; V 3: 823. 25. 37. 40.

[2] Prol. 1. 4. 49. 55. Sc. I 2: 118. 38. 98 (1. 4). 99; 203. 4. 10. II 2: 45. 50. 59 (1. 2). 60. 61. 63. 69 (1. 2). III 1: 81 (1. 2). III 3: 361. IV. 3: 607. Qui haec scholia comparaverit cum prioribus illis, videbit quid intersit inter adnotationes rhetoris et interpretis.

9 1 seclusi emblema, vide hoc scholium paulo ante et **11**. 1 in fine.
10 3 ineptum h. l. iuxta Don. 2. **11** 1 cf. schol. 1 adv. 9; 2. cf. Ph. 362. 4.
12 2 4 cf. An. 27. 3. **14** rhet. cf. Eugr. ad v. 12.
15 2 scholiasta dubitare videtur significetne illud 'partim' partem fabularum omnium (sic Donatus in 1), an dimidium singularum; cur autem haec locutio 's p l e n d i d a' vocatur? 3 etiam hoc schol. vix genuinum est. 4 cf. 1. 7, et apparet lemma scholiorum 1 + 4 totum versum dedisse.
17 3 iuxta Don. 1 + 2, qui ablativum recte interpretatus est.
18 2 cf. Eun. 1035. 1, 976. 1. Ad. 237. 2. Ph. 225. 1.
20 1 cf. 123. 3. An. 31. 2. cf. ad 644 3 *a* rhet. eiusdem magistri qui dedit 28. 2, 29, 30. 1, 31, 32.
33 1 semirhet. Donati, ut 34. 1 et 3. 2 *a* notavit Wessn.
34 2 cf. An. 34. 3.
35 1 posterior interpretatio iusta est secundum Thomas in ed. ad h. v. Bentleius dubitabat. 3 Wessn. citat Weinberger, Stud. Vindob. 14. 120 adn. 1.
38 cf. 7. 1. **39** 1 cf. Wessn. app. **40** cf. 1. 5.
43 1 + 3 *a* unum scholium efficiunt, in quo breviter repetitur, quod Donatus dederat in 3; 2 et 3, a Wessnero inclinatis litteris expressa, Donatea sunt.
49 1. 2 rhet. 3 semirhet. Donati. **50** 2 schol. rhet. mutilum.
55 1 Donatus aut alius repetivit 28. 1. 2 schol. rhet. fortasse genuinum.
57 1 rhet. 4 *a* notavit Wessn.
58 de scholiis ad hunc versum vide app. Wessneri; et praeterea diss. Steinmanni, de artis poet. vet. parte περὶ ἠθῶν, Gottingae 1907 p. 73: de personis in Hecyra diversis ab aliarum fabularum personis. 2 iuxta Don. 1 sed minus plenum.
59 3 An. 460. 1. Ph. 76. 2.
60 2. 3 cf. An. 489. 2; Ph. 143. 2. Eugr. ad Hec. 60, ad Eun. 397.
63 2 cf. Ad. 572. 2. 4 An. 351. 3. 3 An. 679. 3. et adn. ad Ad. 50. 3.
65 1 'q u i n' 127. 2. 150. 1. Eun. 842. 3 Ad. 90. 1. 3 *a* notavit. Wessn., quem confer in app.
66 2 'perseverat in allegoria' respicit schol. 65. 3; dein cf. An. 58. 1. 3 *a* notavit Wessn., vide schol. 6. 5 et 7 iuxta 4. 6 iuxta 2 et 3.
67 1 cf. ad An. 90. 2. Ph. 80. 2.
68 1 cf. 240. 2. 2 paulo aliter Don. ad Eun. 240. 2: 'ad exprimendum immunitatem et ignaviam', quocirca Sabbadini non male coniecit 'immunificos', quod verbum novum si spernis legi potest 'non munificos'.
70 2. sic Thomas: *de pareilles gens.* 3 hoc scholium potius ad v. 74 sq. pertinere dixerim, ubi vide scholia 3 et 4.
71 2 *a* contra Don. 2, nec verum.
76 2 in Mnem. 33 (1905) p. 248 sq. de hoc scholio haec scripsi, quae adhuc vera mihi videntur: 'Egregium exemplum scholii, non ineleganter scripti, sed revera falsi ac spurii. Exhibuit ludi magister in usum discipulorum duas quaestiones, in quibus tractandis ingenii vires sane

rhetorice exercere poterant, sed quas nemo sanus hanc scaenam legens vel punctum temporis in poetae mente fuisse suspicabitur; etenim nusquam quaeritur utrum verae sint nuptiae, aut utrum adulescens abstinere potuerit virgine nuptum sibi tradita. Sed hae lepidae sane et utiles quaestiunculae erant artis tironibus. Eugraphius [1]) multo melius hanc scaenam perspexit scripsitque (ad v. 76) continere 'narrationem, in qua coniectura est non esse istas firmissimas nuptias (cf. v. 101. 176), et alia intendens (= narrans), quod et adulescens inlibatam diu in domo habuit uxorem etc'. Donatus in schol. 4 scaenae argumentum more suo breviter tetigit, quantum ad personarum characterem et oeconomiam ('exeundi causa') pertinet; [2]) vide praeterea eius adnotationem ad 114 1.

78 2 contra Don. 1. 4 cf. Ad 26. 1. **79** ad An. 370. Eun. 216. 2.

77 1 *a* quid hoc est? Wessn. pro 'post' dedit 'propter', sed vel sic non intellego. In textu errore omisi (*a*) ante 2.

86 4 magister dictat discipulis argumenta reperienda; paulo aliter Eugraphius; eiusdem notae sunt 91. 1, 92, 94. 1.

87 3 scholium per non-sed satis suspectum; vide ad Ad. 74. 2.

88 1 et 4 scholia otiosa illius qui dictorum relationes aucupat; vide ad 3. 1.

94 1 cf. Ad. 116. 1. Th. 91. 2. 3. 5 Don recte distinxit dictorum significationem. 4 seclusi emblema per deest falsum; cf. Thomas ad h. l.

97 2 *a* notavit Wessn.; de formula 'ut diximus' vide in praef. de schol. simil. ad Hec. 3 scholiasta brevius reddidit Don. 4.

101 2 'ut ne non' ad An. 277. Ad. 627 etc.

108 2 *a* emblema ineptum per enim.

110 1 et **111** re similia; dedi Donato id quod simplicius veriusque videtur.

112 in commento schol. 2 excepisse puto schol. 1 + 3.

113 cf. Ad. 794. 3. **114** 4 de 'subauditur' in schol. spuriis vide ad Ad. 48. 3. 6 vix verum, cf. var. lectio.

116 1 falsum et cf. Eun. 522, 551. 2.

118 1 ecce quomodo Donatus doctrinam rhetoricam de argumentis tractet eleganter, quocum compara simile schol. rhetoris ad An. 354: argumentum est quaerere potuisse eum quid sit territus. In 2 'illud' argumentum indicat quo utitur Turnus in loco Aeneidis.

120 1 'tria dixit' cf. 795. 3 'tria sunt' 94. 5 'duo dixit'. Ad. 155. 3 etc., nihilominus hoc schol. mihi nimis suspectum est; cf. An. 381. 4: et 'sola' et 'mulier' dixit; ibid. 798, 2 *a*. 849. 3: 'et vide quanta dixerit et 'quid' et 'istic' et 'tibi', etc.

123 1 cf. An. 348. 4. Eun. 454. 2. Ad. 113 de verbo 'obtundere'. 3 vide supra ad 20. 1. 5 *a* notavit Wessn. 6 iuxta Don. 2, repetit a 134. 2.

---

[1]) Quae l. l. in Mnem. de eo scripsi falsa sunt.

[2]) De scholiis principalibus, h. e. ad scaenarum initia, in Hecyra vide Mnem. 39 (1911), 151—153, ubi exposui quatenus ea differant ab iisdem scholiis ad reliquas fabulas.

125 cf. schol. ad. 403.

126 3 sumptum ex Don. 128. 2. Thomas observavit anacolouthon et ex scholiis merito citavit tantum 126. 1 et 128. 2. Schol. 126. 2. mire se habet, sed fortasse tamen genuinum est.

127 = 65. 1 in. **128** 1 An. 683. 1. 4 rhet. ut 131. 2. 3.

129 Eun. 261. 2. **131** 4 cf. 482. 2, etiam iuxta 6 ferri posse videtur.

133 partim repetit 131. 4. **135** 2 semirhet. Donati.

136 1 et 2 similia; Donato dedi 2, ubi res elegantius et magis pudice enuntiata est quam in 1 (ad 'plena desiderii', 'plena cupiditatis' cf. adn. ad An. 90. 1 *a*); et 'similiter addidit' significatne similiter pronuntiandum? de voce 'virginem' peculiarem adnotationem dedit Donatus in 4. 5 de formula n o n - s e d vide ad Ad. 74. 2.

137 1 nimis otiosum. 2 vereor ut ferri possit iuxta Don. 3; vocula q u a s i trita in schol. spuriis, ut modo in 61. 1, vide ad Ad. 499. 2*a*.

138 1 cf. Wessn. 3 semirhet. Donati. 2 rhet, ut mox 139.

140 1 'quam' pro 'magis' vel 'potius quam', frequens in commento, e. g. An. 484, 505, 612. Eun 231, 266, 322, 369. 2 Wessn. comparavit Auct. ad Her. 4. 57. 3 respicere videtur 61. 3.

143 2 [1]) nimis otiosum. **144** 1 et 145 eiusdem notae.

146 scholium rhet. eius generis, quod notavi ad An. 354. 3, 395. 2. 6, 396. 2, 398. 2. etc.

149 1 de Donato pudoris laudatore cf. etiam ad Eun. 143. 2 et supra 136. 2.

150 1 cf. 65. 1. 4 conclusio nimis supervacanea.

152 3 partim contra Don. 1.

156 1 cf. 123. 3. 2 notavit Wessn.

158 1 *a* additamentum otiosum per n a m. 3 diversum a Don. 1.

159 3 *a* [2]) emblema indicavit Wessn.; nequis autem putet, haec quoque Donato dari posse iuxta et post 2 + 3, prohibent scholia ad Aen. 1. 536, ubi Servius, nimirum secundum Donatum, exhibet: 'et p r o c a x proprie petax est, nam procare est petere, unde et proci dicuntur', tum autem Dan. scholiasta: 'alii p r o c a c i b u s impudentibus tradunt'.

162 3 *a* notavit Wessn. **164** rhet. ut 168. 1.

166 1 et 2 iuxta Don. 3. **167** 4 An. 389. 2.

170 1 et 2 Donato dari nequeunt iuxta 3. Thomas: 'un esprit qui convenait tout à fait au sien (Mme Dacier)'.

171 vide ad An. 105. 3 de mortibus in comoedia.

173 3 quid hoc? **174** 3 Ad. 15. 1. **175** notavit Wessn.

177 2 iuxta Don. 1. per v e l, ut centies.

178 1 'sane' cf. An. 229. 1. 2 An. 195, 848. 2. Ad. 580. 2 et infra 459. 4.

180 2 plenius Donatus ad An. 639. 5. 3 iuxta Don. 1 + 2.

181 1 et 2 prorsus similia, ut 193. 1 et 2, 310, 3 et 5; vide praef. de locis simil. ad. Hec.

182 2 et 183. 1 otiosa et posterius etiam ineptum iuxta Don. 182. 1.

---

[1]) In textu omisi hunc numerum ante scholium spurium.

[2]) Omisi numerum 3 ante (*a*).

183 4 haec interpretatio unice iusta est. In 2 et 5 duo collegae doctrinam professi sunt pugnantem cum Probi inst. art. IV 157. 18 et Donati art. gr. ibid. 383. 11.

185 1 cf. 800. 2. **189** 1 Ph. 102. 1. 2 cf. 345. 3. 4 cf. 208, 285, 519. 2, 868. **196** de Vertumno Ad. 191. 2.

198 1 semirhetoricum Donati, a quo multum differt Eugraphius: 'haec scaena locum communem tenet in socrum, qui dividitur his partibus, etc'. 4 (quocum cf. 241. 2) iungendum est cum 1; quibus scholiis semirhetoricis Donati alii addiderunt rhetorica ieiuna 5 et 7 et 199. 2. Denique schol. 2 repetit Don. 4 assumpto vocabulo ἐμπαθῶς e 205. 1.

201 1 Wessn. cum hoc scholio comparat mutilum illud ad v. 3. 4.

202 semirhet. Donati ut modo 199. 1. **203** et **204** semirhet. Donati.

206 3 rhet. **207** 1 cf. 579. 3. An. 550. 2. **208** 3 cf. ad. 189. 4.

210 2 de voce δεινότης vide Wessn. app. 1 *a* semovi iuxta Don. 2.

212 1 iuxta Don. 2, cf. An. 891. **213** 2 iuxta Don. 1.

214 1 cf. 525. 2. **216** cf. Eun. 677.

220 si corrigimus: 'contra meritum <fore> amorem' hoc explicat verba in lemmate omissa: 'ni id fecisset' sqq. h. e.: si amaret, magis mirum foret et contra meritum tuum. *a* schol. rhet. quale mox est 224. 2.

223 2 schol. rhetor. minime verum, si comparas cum Don. 1.

224 2 schol. rhet. iuxta Don. 4.

225 1 *a* seclusi repetitionem. 2 falsum.

229 2 et 4 iuxta Don. 3, et 2 minus verum; ad 'regendam' cf. v. sequentem: 'quae hic erant curares'. 1 de d e e s t vide ad Ad. 110.

230 1 ad. An. 8. **233** 234 ex scholio **234** 2 Donati, quae sententiae prorsus satisfacit, prodierunt ad versum 233 diversorum scholia 3 4 5, nec non 234. 1, quae illius verba hic illic repetiverunt.

240 1 ad 216. 2 ad 68. 1. **241** 2 cf. 198. 4.

242 2 scholiasta nimis inepte a f f i r m a t ea de causa t o t a m s c a e n a m i n t e r p o s i t a m e s s e, exaggerans quae Don. dubitanter scripsit ad v. 201: 'nescias an ex sententia hac vel adeo ex hac scaena nomen fabulae sit inventum. De formula 'u t d i x i m u s' vide infra ad v. 634.

244 2 iuxta Don. 1 satisque obscurum et vagum, cum repetitione Donat. ad 243. 1. **245** 1 Ph. 716.

246 1 Eun. 905. 4 *a* vix genuinum, cf. 3 et 4. Ad scaenam II 2 triginta versuum, quae disputationem continet Lachetis cum Phidippo de filia remittenda aut retinenda, leguntur s c h o l i a r h e t o r i c a t r e d e c i m numero (vide adn. primam), quae examinavi olim in Mn. 33 (1905) p. 250 sq. Scholiastae cum in reliquis scaenis tum praesertim in hac una fontem rhetoricum compilarunt satis locupletem eumque diversum ab Eugraphiano, qui ad v. 243 sqq et 258, 272 aliter minusque scholastice disputationem exposuit.

248 2 Wessn. in app. **250** 1 Eun. 894, 930. 1.

251 4 initium est variatio multiloqua Donati in 5, et finem per e r g o iam notavit Wessn.; cf. Thomas in ed.

255 2 falsum iuxta Don. 1.
257 cf. ad 101. 2. *a* additamentum otiosum.
260 3 schol. rhet. a me supra notatum: nihil eorum, quae scholiasta dixit, inest in verbis Lachetis, qui causas tantum allegat, positas in suo Pamphili amore et in huius amore puellae, cur tuto redire haec possit; cf. Don. in 1.
263 2 vide quomodo hic quoque innocentissimi prorsusque naturales animi affectus, quibus in agendo et loquendo per totam fabulam commovetur bonus Phidippus eiusque filia miserrima, contorqueantur a rhetore et diffingantur in causam iudicialem, ubi pessimis animi motibus, odio et vindictae studio, homines in litigia aguntur. 5 *a* et 6 *a* notavit Wessn., quibus remotis unum oritur scholium concinnum ab initio 4[i] ad finem 6[i]. 7 sub titulo antapodoseos repetivit grammaticus, quae Don. dederat in 4 sqq.
267 1 et 2 similia continent, sed praestat 1. 'Eho' secundum scholia ad An. 184, 500, 667, 748, 951 est interiectio admirantis aut attentionem auditoris deposcentis; h. l. indicatur 'gesticulatio quaedam' admirantis simul et attentionem deposcentis, sed aurem propiorem posuisse (sic!) Lachetem, vix credibile est; praestat etiam 'parentibus queri solent' quam 'matribus', nam loquitur ille cum patre, qui ipse interpellaverat filiam, ut est in 267 sqq. 4 *a* partim iam notavit Wessn. **268** An 61. 1, 539. 2. Ph. 203. 1.
270 4 scholium suspectum quodque vix intellego.
272 2 Eun. 341. Ad 247. 1. **273** cf. Eun. 537. 2, 763. 2.
276 3 ad An. 157. 2, 289, 556, etc. **277** 2 cf. 292. 4.
279 Eun. 779. 3. Hec. 334. 2, 553. 4. Ph. 396. 4.
281 1 + 2 schol. semirhet. Donati. Cetera scholia rhetorica in hac scaena, numero permulta, a Donato abiudicanda sunt. Vide Mnem. 33. 262.
282 3 cf. Wessn. app. **285** ad 189. 4.
286 1 cf. Thomas ad h. l. 2 *a* et 3 *a* semovi emblemata.
287 schol. pertinet ad praecedentia verba. **288** 3 cf. 297. 2.
294 5 iuxta Don. 4. **296** 2 ad An. 250. 4.
297 2 respicitur schol. Donati ad 288. 3, ubi illum apto Vergilii exemplo usum esse vides de curis ligantibus hominem ('secludite curas'), dum in scholiastae exemplo curae omnino non nominantur, quocirca explevit adnotationem suam additamento: 'amoris enim curae vincula dicuntur'. Vide ad 634 de formula ut diximus.
298 2 porro: An. 167. 3. Ad. 335. 2. Eun. 167. 3, 528. 1, 6 13 et Wessn. app.
306 2 vero: An. 755. Eun. 89. 2, 824, 930. 1, al. Periit fortasse scholii finis: 'modo est coniunctio'.
309 2 cf. 306. 1, 311. 3. 2 *a* cf. Don. 1.
310 4 et 5 scholia repetita iuxta 2 et 3; cf. Ph. 225. 2.
315 rursum prorsum Eun. 306. 712. An. 510. Ad. 71. 3.
318 3 Eun. 452. 2. **322** 1 cf. Don. 2.
333 Ad 557. 1. **334** 2 cf. 279.

336 1 rhetor.; de scaena deliberativa melius Eugraphius ad h. v.; 'partes in subditis' consideratur tantum 343. 2 et 345. 1. Scholio huic rhetorico locum cessit, opinor, scholium Donati de scaena.
337 2 cf. 58. 3. **338** cf. 276. 2.
339 2 et 340 ad An. 184. 1, etc., cf. 347 [1]).
347 2 An. 51. Eun. 14. Ph. 108. 2. **350** 2 Ad. 668. 1.
353 2 perperam hoc quoque Donato dedi; vide praef. de schol. simil. ad Hec.
354 1 et 2 partim similia; illud Donato dedi, nam 'morbus' et 'partitudo' in 2 perperam distinguuntur. Donatus verborum parcissimus, addere supersedit Pamphilum non mentiri, quod includitur verbo 'verum est'. Meliuscula est illa quantum ad corporis condicionem sed nondum quantum ad animi tristitiam.
355 2 'recte' cf. Ad. 884. 1. Eun. 342. 3 notavit Wessn.
356 1 An. 365. 2 An. 667. 2.
357 1 cf. Eugr. 2 'ita aiunt' cf. An. 192. 1, 320. 3, 353. 5. Eun. 159. 1. Hec. 748. Ph. 380. 2 et 4 sensu non differunt, sed toto coelo quod ad elegantiam et perspicuitatem. Cf. 492. 2.
358 5 Eun. 500. **360** 1 cf. 359 1 et 413. 3 Ad. 690. 1. 2.
361 1 semirhet. Donati, quocum compara schol. rhet. Eugraphii ad h. l. 4 An. 492. 4, 457. 1.
362 Eun. 11. 1. **364**. ad An. 234. 1, 342. **365** 2 Eun. 642. 3.
366 2 exemplum Verg. et figura ἐπιμονή vix huic loco conveniunt, scholium igitur potius semovendum est ut coniungantur 2 et 3; de σχετλιασμῷ vide Eun. 716. Ad. 301, de ἐπιμονῇ Eun. 127. 924.
368 'id quod' cf. Thomas ad h. l. **370** Ad. 296. 1 sqq.
372 2 *a* additamentum nimis puerile.
377 1 de scholiasta formulae non sed vide ad Ad. 74. 2. An. 7, 132. Eun. 67 etc.
380 cf. Wessn. de Aemilio Aspro. p. 24.
382 2. 3 rhet. ut mox 383 1 et 2. **383** 7 nimis lepidum.
385 2 falsum.
386 1 rhet. 2. 3 cf. Eun. 134. 3. Ph. 841. 2 *a* emblema videtur.
387 2 An. 291. 540.
388 1 3 4 iuxta Don. 2, quod unice probabiles interpretationes continet.
389 1 An. 292. 1. 2 rhet.
392 rhet. **393** 1 intercidit aliquid huiusmodi: scire <debent, et quis hoc se scire> dicere etc.
394 2 conclusio magistri per ergo, cf ad Ad. 125. 3 et 6 ita iuncta fuisse credo, ut Plauti exempla exciperent verba 'post duos' in 3; a Donato separavi vv.: 'est enim ἀντίπτωσις in 3' [2]) et vv.: an 'post duobus' pro 'post duos' in 6.
398 4 cf. 531. 2.

---

[1]) Omisi in textu numerum 5 ante 'et memoriter'.
[2]) Sic codd. Wessn. supplevit: 'est enim <ἀναστροφή, non> ἀντίπτωσις'.

399 1 2 est quod dubites de utriusque scholii auctoritate.
402 1 An. 401. 1. Eun. 308. 1. **403** cf. 125.
406 1 vide ad 386. **413** cf. 359. 1 et 360. 1.
415 2 Ph. 373, 2. **421** 1 cf. An. 676. 2. **423** Ad. 213.
431 semovi 1 iuxta Don. 6. et verbosum scholium 4 iuxta initium scholii Don 5.
438 2 scholium superiori satis simile Donato abiudicare debui.
440 3 'ego T. puto scientem' cf. Eun. 689. 2. 5 iuxta 4 Don.
441 Wessnerus inclinatis litteris expressit schol. 3 usque ad 'pulpa vero', et totum schol. 4. Quamquam autem sine dubio 'pulpa vero — concidatur' in commento continuo sequebantur post schol. 2, tamen illa medio interposita a Donato non abiudicavi sed puto cum 4 coniuncta fuisse. Ceterum cf. An. 183. 2. Ad. 848. 2. De voce c a r o longe aliter Isidorus Or. XI. 1. 14 sqq.
443 3 'in gestu et spectaculo': opponuntur lectioni.
447 2 interpretationem miram et contrariam scholio proscripsi. 4 hoc quoque scholium iuxta 1 *a* a Donato abiudicare debui, haustum partim ex iis quae Don. de amore scripsit in 6 et 7. 7 *a* quid haec verba, a Wessnero quoque notata, hic faciant non intellego; nimirum iuncta fuerunt 6 et 7 usque ad 'eo pietatem colam'; postrema verba 'et subiungitur causa' pro additamento semovi. In iis quae restant Donato relinquenda videntur 10 et, ut puto, etiam 9 — quae sic fortasse coniunxerat: 'tamen' pro ita tamen, id est dumtaxat —; separanda ab his sunt 8 + 9 *a*, quae partim repetunt 10, partim 3 et 6, quae, tametsi similia insunt, tamen ambo genuina videntur.
448 2 repetit finem Don. 1, vide praef. de schol. simil. ad Hec.
449 'atat' An. 125. 2. Eun. 727. 2.
451 3 aliis verbis idem continet quod Don. 1.
454 1 *a* notavit Wessn. **457** 1 proscripsi schol. satis languidum.
458 1 An. 586. 2 et praesertim Ad. 289. 1.
459 2 *a* notavit Wessn., invectum fortasse ex An. 801.[1]) 4 ad 178. 2.
463 2 schol. parallelum 4[1] Donato perperam reliqui. Vide praef. de schol. similibus ad Hec.
464 Omisi errore numerum 3 post 'reviviscere';
465 2 An. 384. 3. Ph. 121. 3. 3 et 4 forma videntur similia sed sensu contraria sunt.
466 3 ad exemplum scholii 2; in 'heri' nulla est temporis brevitas; nugae illius qui amat formulam n o n-s e d, vide ad 377.
469 1 *a* notavit Wessn. **470** 1 et 471 rhet. **475** 1 cf. 50. 3.
476 3 iuxta Don. 2 et per n o n-s e d.
477 pro 3 corrige 3 *a*, notavit Wessn.
478 2 cf. 578. 1. 3 de scholiis per exclamationem, ad An. 77, cf. mox 481.
482 2 cf. 131. 4. et An. 190. 1. Ad. 800. 1. 3 *a* notavit Wessn., ut 483 2*a*.
485 2 recte Donatus ironiam pluralis numeri indicavit; cum hoc scholio

---

[1]) In textu omisi 2(*a*) ante: 'et hac'.

iunctum fuit, opinor, 4. Scholia 1 3 5 grammaticorum tentamina repraesentant ad explicandum numerum pluralem, irrita omnia.

487 ad An. 331. Ad. 201.

492 2 sensu non differt a Don. 1, sed formae elegantia et perspicuitate; 357. 2. 4. 3 rhet.

494 cf. An. 418. Hec. 593. 1. *a* notavit Wessn.

497 2 et 502 2 vide Eugr. ad h. l.

500 2 Eun. 626. 1, 797. 3. 2 *a* notavit Wessn.

502 3 cf. Eun. 796. 2. 4 sensu non differt ab iis quae Don. dixit in 1 et 3. Ceterum etiam in 3 postremam sententiam 'et simul sqq.' suspectam habeo, otiosam post praecedentem: 'eat vero' etc; etiam 'et simul' et 'quasi' suspicionem augent; vide ad 137.

503 3 *a* vide praef. de schol. similibus ad Hec.

507 1 *a* notavit Wessn. **513** 3 Ph. 197. 2. **515** 2 Ad 510.

517 1 verba: 'nam vox' sqq. nimis libere tradunt quod Varro apud Gellium 16. 17 docet: ...'pueri eam primam vocem edunt, quae prima in Vaticano syllaba est idcircoque vagire dicitur, exprimente verbo sonum vocis recentis'. Figura onomatopoeia alibi in commento non commemoratur. Wessn. in app. vere adnotavit haec duo scholia ex uno commento derivari non posse. Igitur 2 Donato adsignandum est. 3 cf. Eun. 454. 2.

518 1 cf. 365. 1. 2 cf. 554. 2. 3 iuxta 2 et sensu simile.

519 2 ad 189. **522** 1 rhet. ut 527. 3, 530. 1. 4 repetit partim Don. 3.

523 3 An. 849. 4. 4 cf. 556. **525** 2 cf. 214. 1.

528 2. 3 rhet. ut 527. 3 et 530. 1; exemplum Sallusti petitum ex 529. 3, ubi significat senem cedere non argumentis sed fiduciae uxoris, cf. 4 et 531. 1.

529 5 ad Eun. 280. **531** 2 cf. 398. 4.

532 3 cf. 547. 1. 1. 2 rhet. ut 533. 1 et 534. 1.

534 3 ad 656. 3 *a* notavit Wessn.

535 2 An. 116. 1, 503, 940. 3, unde iuxta Don. haec interpretatio petita videtur quae in hunc locum non cadit.

536 1 2 3 quaestio de his scholiis solutu difficilis est. Verba Mysidis et responsum mariti sic interpretor: Cum illa exclamat 'misera sum' respicit curas quae undecunque se circumvallant quibus nunc accedit odiosa suspicio mariti. Cum hic autem respondet: 'Utinam sciam ita esse istuc' hoc vult, me iudice: Utinam revera sis misera ex culpae conscientia. Sequuntur autem haec: 'Sed nunc mi in mentem venit sqq.' quae verba indicant, eum non credere aliquam culpae conscientiam esse in uxore, cum haec iam olim generum nuptiasque oderit. Iam in commento tres legimus adnotationes de responso senis: 'utinam sciam ita esse istuc'. Secundum schol. 1 ille crudeliter optat ut uxor revera sit misera: 'utinam vere sis misera'. Secundum schol. 2 sunt qui Phidippum hec dicere putent: 'utinam certo sciam penes te esse culpam', quae explicatio parum veri similis est, si comparamus locum de culpa v. 530--535. In 3 verba senis sic describuntur: 'utinam

in hoc negotio miseram te, hoc est innocentem (secundum exemplum Sallustianum), non scolestam reperiam'; secundum hanc interpretationem, benignam mulieri, recte sequitur sententia adversativa: 'sed nunc mihi in mentem venit' sqq., quae evertit interpretationem mulieri benignam. Iam statim apparet Wessnerum perperam scholium 3 rescidisse atque alteram partem: 'et ideo sequitur sqq.', quae arte cohaeret cum scholii 3 initio, traxisse ad schol. 2, quae sententiam adversativam ('sed nunc mihi in mentem sqq.') nequaquam patitur, cum in hoc scholio mulieris culpa non minus urgeatur atque in verbis 'sed nunc mihi sqq.' Si autem quaerimus in quo scholio Donatus sententiam suam exprimat, dubitari vix potest, quin hoc fecerit in schol. 1, quibus subiunxit opinionem 'quorundam' in 2, nec non tertiam in 3, unde concludendum est initio scholii 3 intercidisse haec verba: 'alii sic', quae inserui. Concludo iustam verborum interpretationem in his scholiis non inveniri, quae necessario sic esse debet, ut recte sequatur sententia adversativi per 'sed'. Hinc Thomae quoque interpretatio admitti nequit: 'Je souhaite que tu sois malheureuse comme tu le dis, car c'est la juste recompense de ta conduite'.

537 2 Ph. 370. 2. **546** 4 falsum. **547** 1 cf. 532. 3. 3 rhet.

548 2 *a* notavit Wessn. **549** 1 rhet. **550** 2 iuxta Don. 1.

552 2 falsum contra Don. 1.

553 3 An. 698. 2. Eun. 227. 2, 414. 1, 935, 1077. 2. 2 *a* schol. nimis suspectum. 4 An. 954. Eun. 779. 3.

554 2 cf. 518. 2. **555** 2 schol. per ergo a loco prorsus alienum; cf. An. 279.

556 1 cf. 523. 4. 3 cf. Ph. 294. Ceterum in commento post schol. 2 procul dubio legebatur 555. 6: 'potest et sic intellegi sqq.'

563 1. 2 Eun. 578, 806. 4, 1063. 3. 564 2 ineptum iuxta Don. 1.

580 2 Ph. 119. 2. 3. 3 *a* notavit Wessn. quod non tantum disrumpit schol. 3, sed etiam falsa praedicat.

577 1 rhet.; longe alia Eugr. 2 semirhetor.

578 1 cf. 478. 2. 2 contra 3, cf. Thomas. **579** 1 rhet. ut 580. 1. 4 *a*.

579 3 cf. 207. 1. **580** 2 Ad. 681. **581** 1 contra Don. 2.

583 3 Ad. 50.2. 2 rhet. ut 585. 2, 587, 2, 589. 1. 2. 3, 590. 1, 593. 2, 600. 3.

586 ex scholiis simillimis retinui 1. **593** 1 cf. 494.

596 Ad. 109. 1. **597** 2 nugae iuxta Don. 1. **598** 2 iuxta Don. 1.

605 3 iuxta Don. 2. **607** 1 semirhet. Donati. 4 *a* notavit Wessn.

609 1 cf. 598. 2. 4 An. 254. Eun. 97. Ad. 729. 3. 2 pugnat cum Don. 608. 4, iunctum fuit, opinor, cum 3.

610 1 sic etiam Eugr., et Gronovius. 2 vide ad 386. Eun. 134. Ph. 841. 3 pugnat cum Don. 2. 4 repetit fere 2. 5 *a* magistro additum ad 2. 6 cf. Ad. 572. 2. Ph. 62. 1. 10 de pronuntiatione iuxta Don. 9 et minus verum: potius querela inest de moribus diversis uxoris suisque, cf. 8 et 611. 1.

612 2 iuxta Don. 1. 4 denuo de pronuntiatione iuxta Don. 3 et falsum.

613 2 rhet. et cf. 3. **617** 3 'si non' in lemmate Don. cum cod. A; sustulit Bentleius.

618 3 iuxta Don. 1. **622** An. 783. 2.

625 1 Ph. 226. 2, 234. 5. 3 iuxta aut potius contra Don. 2. 4 rhet.

626 3 iuxta Don. 2 per an, de qua particula vide ad An. 132. 2. Eun. 513, etc.

627 2 nugae. **631** 1 rhet. 3 iuxta Don. 2, nulla in hac voce 'animi percussio' est.

633 1 'mutatio fit' mutationem suspicionum errorumque iurgantium dicit, sic recte Donatus, nempe dum Laches hucusque suam uxorem culpandam esse credebat, nunc Phidippus a sua uxore Myrrina omnia exorta ait. Igitur repudianda est altera interpretatio quae legitur in 4. 2 repetit per ergo quod est in 1. In schol. 3 Don. recte monet 'ea' non indicare mutationem sed uxorem Myrrinam, quocirca verisimile est eum verba 'mutatio fit' Pamphilo dedisse, qui in hac scaena multa a latere loquitur; itaque non erat quod Bentleius ad h. v. inveheretur in Donatum.

634 1 et 3 iungenda videntur; cf. ad 639. 2 de formula 'ut diximus' in schol. spuriis vide disputationem in Mnem. 35. 409 (= lib. meus de com. orig. p. 158 sqq.) ibique loci in Hec. (p. 414) vv. 7, 97. 2, 242. 2, 792. 1. 5 falsum.

639 1 et 2 consimilia fortasse in unum coniungenda sunt.

641 *a* notavit Wessn. **643** 3 An. 250. 1. Eun. 237 1, 833. 2.

644 cf. 20. 2.

647 Don. 1 dubitat utrum dictum sit per ironiam an aliter, alter in 2 affirmat esse ironiam, sed ceteroquin figurae interpretationem et exemplum Donati repetit. Ceterum interpretatio in 2: 'hoc enim ait' sqq. ironiam non luculenter aperit, quod Don. 1 fecit addendo: 'placet pro displicet'.

653 cf. similia ad An. 347. **656** 1 cf. 534. 3.

656 2 hoc scholium pertinet ad totam sententiam versuum 655 sq. et stetit, opinor, ante 1, quod unam adnotationem efficit cum 3.

658 sq. et 660. 2 rhet.

666 3 repetit fere 1 + 2 Donati, qui perperam coniunxit 'uxor mea'.

670 3 'et hoc est melius', immo lectio prava est, nam patrem non alloquitur, sed obmurmurat. 4 si genuinum est lectum fuit in commento ante verba: 'et videbitur senex sqq.' in 2.

672 1 Ad. 692. 3. **675** 1 rhet. ut 677, 684, 697. 1.

696 2 *a* notavit Wessn. **701** cf. 280. 1

711 de his schol. vide libr. meum p. 186 (de fontibus Donati, = Mnem. 35. 437.)

716 1 *a* notavit Wessn.

717 1 *a* et 1 *b* notavit Wessn. 2 aemulatur Don. 1, sed causam asserit ineptam: 'non convenit' sqq. Servius verba Aeneidis interpretatur per loquebatur.

724 *a* notavit Wessn. **727** 1 cf. ad 58. 3. 3 rhet.

728 2 et 3 iuxta Don. 1 et fere similia, vide praef. de schol. sim. Hec.
729 2 An. 373. 1 Ph. 189. 3. **730** 4 contra Don. 1. 2, nec verum. 5 inter spuria referendum fuit propter Donati dubitationem in 2.
731 2 *a* iuxta Don. 1. per vel, ut 728. 2. **734** 4 cf. 365. 2.
735 2 et 4 otiosa iuxta Don. 1, ubi meo satis indicat intellegi quaestum meretricium. 4 falsum.
737 1. cf. 730. 2. 3 secundum hunc ordinem 'peccato' absolute positum est, quae videtur esse vera constructio, cf. Thomas ad h. l.; si igitur hoc Donatus probavit, ei dari non possunt omnia ea quae sunt in 4, ubi 'peccato' iungitur cum 'mihi' miris modis, praeter postremun 'in peccato'. 5 emblema inter lineas notavit Wessn.
740 2 cf. 370. 2. 4 ad An. 486.
743 2 5 6 8 rhetorica, ut mox 744. 3. 8, 746. 4, 753. 2. 3 iuxta Don. 4· per non-sed (cf. 136. 5).
744 2 cf. 745. 1. 4 cf. 716. 1. 7 *a* notavit Wessn. 9 iuxta Don. 7.
745 1 cf. 744. 2. **746** 1 cf. Ph. 297. 5 iuxta 3 Don. et minus verum.
748 3 cf. 357. 2. 2 contra Don. 5. **752** 2 iuxta Don. 1 et cf. 796.
753 3 An. 85. 1. **755** 1 cf. Wessn. app.
759 1 Wessn. notavit tantum exemplum Verg. 12. 458, ego expuli et hoc et omnia quae sequuntur usque ad 4, in quibus magistri varia dederunt de adiectivi gravis significationibus, quibuscum compara locos in app. Wessn. Initium 4[i] repetit finem 1[i].
761 1 nulla peccati ant iracundiae mentio in praecedentibus fuit; de hoc scholiasta vide ad 3. 1. 3 conclusio falsa.
762 3 cf. ad 734. **766** 4 repetit exemplum Donati in 2.
770 cf. 761. 2. 3 et 4 iuxta Don. 2.
771 1 + 2 Don. 3 inventum alius quod iterum legitur Eun. 331. 2 *a*, ubi vide.
772 2 iuxta Don. 3 et satis mirum.
773 1 rhet. 3 iuxta Don. 2 per ergo. **774** 1 Ad. 482. 5, 733.
778 1 porro cf. Ad. 335 adn. 1 *a* notavit Wessn.
779 1 falsum ('proprie') cum exemplo inepto iuxta Don. 2, cf. 792. 1.
792 1 cf. 779. 1 *a* notavit Wessn.
794 2 otiosum iuxta Don. 1; etiam 3 valde suspectum est.
795 3 conclusio nimis supervacua; vide ad 120. 1; de ergo ad 394.
796 cf. 752. 2. 797 3 falsum, cf. 2 et 5. 7 *a* notavit Wessn.
799 1 cf. 359. 2, 413. 4 iuxta Don. 5.
800 2 cf. 185. 2. **802** 2 cf. Thomas ad h. l. **803** 1 *a* notavit Wessn.
809 4 cf. 799. 1, 808. 1. **810** 1 quid hoc? videtur esse scholium rhetoricum, fortasse mutilum.
811 2 cf. ad Ad. 279.
812 de scholiis non-sed vide 136. 5. **814** 2 aeque otiosum, vide 114. 4.
819 ad Eun. 147 et 746. **822** 2 Ad. 9.
823 2 e rhetoris officina, in quo satis speciosa sunt non pauca et otiosa; simile est 825. 1.
824 'mi' cf. An. 788. 2. Hec. 232. 2. **826** 1 iuxta Don. 2.

828 3 cf. Eugr. ad h. l. **837** schol, rhet.
838 3 *a* iuxta 1 et 2 Don. 4 contra 1 Don. **840** 1 rhet.
841 1 similia Eugr. ad h. v. **844** ad An. 29. 1.
848 ad An. 245. 3. 4. **859** cf. Eugr. ad h. v. 1 *a* notavit Wessn.
864 cf. Eugr. ad h. v.
866 3 falsum. 4 de scholiis per deest vide ad Ad. 110.
867 3 falsum. 4 ad 189. 4.
868 2 ineptum; vide ad 867. 4.
878 1 cf. Eugr. ad h. v. 2 cf. Ph. 1027. 3 *a* obscure aliis verbis dicit quae Don. apertius in scholii fine.
880 2 Ph. 660.

PHORMIO

Scholia rhetorica ad Phormionem non multa sunt numero. Donatus scaenae II 1 partem alteram rhetorice quodammodo illustravit, ut probaret poetae oeconomiam in Antiphonis defensione adhibitam, (vide 275 2 + 3, 281 2, 293 3, 294 1. 2, aliaque similia ad vss. interpositos). Praeter haec semirhetorica leguntur 348. 1, 357. 1, 367. 1, 453. 1. Magistrorum scholia, plerumque brevissima, inveniuntur passim ad hos vss. prol.: **1**. 16. 30. 35 (3. 6) 96 (1. 3); **100**. 9. 25 27 (1. 4). 28; **231**. 58. 63. 70. 73. 72. 81. 86; **366**. 74; **411**. 13. 15. 51. 56. 58. 59. 85. 93. 96; **567**; **733** sq. 51; **990**; **1014**. 17 (1. 2).

De scholiis autem ad Phormionem primis v. 1—60 hoc observandum est, ad Codicem Bembinum excerpta ex iis inveniri longiora et breviora modo verbo tenus similia modo plus minusve discrepantia, cum alioquin nulla scholiorum similitudo sit inter commentum et Bembina. Cum autem ad codicem B ea adscripta iam esse videantur saeculo VI 'nulla re impedimur, quin medio fere saeculo VI eam, quae aetatem tulit, scholiorum Terentianorum recensionem esse ortam sumamus'. Sic Wessn. praef. p. XXXVII et XLV.

1 2 cf. Ad. prol. 1. 1 rhet.

2 3 cf. 123. 1, 194. 5. Eun. 261. 3. **6** 3 cf. An. 9. 2.

7 1 Eugr. ad. v. 6 sq. **11** cf. An. 526. **12** 1 Ad. 30. 3.

13 ineptum. **16** 1 rhet., similia fere Eugr. in fine praefatiunculae. 2 *a* per hoc est repetit initium scholii.

17 1 Wessn. in app. merito sic: 'non satis intellego, quid sibi velint versus Vergiliani; in scholiis Bembinis desunt'.

20 1 *a* nihil tale innuitur in textu. 2 falsum et contra Don. 1; in scholiis ad exemplum Verg. Servius repraesentat interpretationem Donati, Danielinum alteram: sane certasse quidam provocasse accipiunt; ut Terentius (h. l.) De scholiastae formula ab eo quod praecedit id quod sequitur vide in Praefatione et adn. ad. An. 49.

23 1 *a* additamentum sine dubio falsum. 2 perperam iunxit: 'finem

facit de se', cum. Don. 22. 2. bene iunxerit: 'ipse de se'. Sloman in ed. Oxford a. 1899, ut alibi multa, sic h. l. acute observavit: 'De se is inserted to answer to 'de illo' . . . the sense here given to de se is unusual'. 3 repetit fere 2. 4 cf. Eun. 230. 4.

26 2 cf. Don. in 1, nec non quae leguntur in fabulae praefatione I 1, quam ad Donatum revocandam esse viri docti hodie consentiunt; cf. Wessn. in app., et liber meus de commenti Don. orig. et compos. p. 103 (= Mnem. 35. 275)[1]. Ibi autem etiam schol. 1 *a* a Donato abiudicandum esse credidi, quia satis differt ab iis quae leguntur in praefatione. Nunc tamen hoc scholium proscribere non sustinui[2]. Ceterum vide ad 122. 2.

28 1 *a* notavit Wessn. ut mox 29 *a*. **30** 2 rhet.

32 1 cf. Eugr. 2 cf. An. 354. 4. 2 *a* notavit Wessn.

33 2 cf. Eugr. **34** 2. 3. 4 iuxta Don. 1 per an.

35 2 cf. Don. ad An. 28. 1. 3 et 6 rhet. 8. 9. 10. 11 iuxta Don. 7, ab hoc loco aliena.

36 3 contra Don. 5.

40 5 inepta dubitatio contra Don. 2; cf. 49: omne hoc mater auferet. 6 *a* notavit Wessn. **41** 1 Eun. 17.

43 1 falsum, lege quae praecedunt; recte Don. 2 'redit ad Getam'. 4 *a* notavit Wessn. 8 peritioribus hoc minime incertum erat; cf. Eugraph. (ad h. l.) aliosque et vide quae scripsi Mn. 35. 277 (= liber p. 105). Apud Schlee p. 128. 2 etiam ineptius hoc legitur: 'de eo quod sibi demendo minuerat parce vivendo'.

45 3 relationes partim falsae partim futiles illius, quem saepe indicavi, cf. ad An. 279, Eun. 54, Ad. 45, Hec. 88. 4 iuxta Don. 5.

46 4 repetitio imperita scholii Don. 47. 2, cum sententia causalis 'nam et' sqq., ut apta est post 'ex consuetudine', ita inepta post 'ad paupertatem'. **47** 1 otiosum iuxta 2, et male opponuntur fungi et feriri munere. **48** 2. cf. Eugr.

49 2 Wessn.: 'excerptum ex scholio 3'. 3 Wessn. in app. 6 quidni mater, ut est in textu?

53 1 *a* notavit Wessn. 3 et 4 iunxi; dein 4 *a* pro repetitione schol. 3 seclusi.

54 1 differentia vix iusta, cf. 478: 'omnes vos amo' et Don. 4. 2 nodum in scirpo quaerit. 3 obscurum et h. l. otiosum. **55** 3 cf. Sloman ad h. l.

56 1 *a* notavit Wessn. 3 otiosum per deest.

57 2 cf. 215. 1, An. 11. 2. 4 sic recte Donatus, cui alius obloquitur in 6, cum additamento absurdo. De scholiis 5 et 7, vide ad An. 937 et quae scripsi Mn. 35. 279 sq. (= liber p. 107).

---

[1]) In Mnem. l. l. de scholiis dubiis spuriisve copiosius exposui p. 21 sqq. et praesertim p. 274 (= lib. p. 102) sqq., ad quae relego cui in adnotationibus rem iusto brevius egisse videar. Adde quaedam Mn. p. 437 sq. (= lib. p. 186 sq.).

[2]) In scholiis Bembinis leguntur ipsa verba: 'unde Formio correpta . . . ut quidam putant', sed praecedunt et sequuntur diversa.

59 2 An. 277. 2. 3 An. 630. 1, Eun. 1073.

60 5 'inspexeris' absurdum fuisset.

62 2 *a* notavit Wessn. 3 hoc quoque a Donato fortasse abiudicandum est, si conferimus scholium Dan. ad Aen. 1. 73: alii 'dicabo' dabo accipiunt, Terentius (h. l.).

63 1 quod Donatus in 2 appellavit 'mirum compendium', id interpolator in 1 amplis verbis descripsit, in quibus hoc sane nimium: 'sic arg. partem — transegit' et hoc minus planum: 'propter populum sic aguntur'; cf. Mnem. 35. 280 (= liber de c. orig. p. 108).

67 1 An. 539. 1. **68** 2 de hyperbole similia Eun. 422. 1.

69 1 An. 167. 1. **70** 3 iuxta Don. 2 et minus iustum.

72 3 An. 192. 3.

74 2 contra Don. 1, qui non dubitat sitne deus. 3 ex Don. 1, cf. praef. de schol. sim. ad Ph. De omnibus his scholiis deque Aspro et Donato vide Mnem. 35. 28. (= lib. p. 109).

76 2 An. 460. 1. 3 futtile. 4 nimis ineptum. **79** cf. Wess. app.

81 2 *a* notavit Wessn. **86** 2 *a* notavit Wessn.

88 2 'et annotatur' ab Aspro aliove antiquiore interprete (Mn. ll. 282).

90 1 iuxta Don. 2. 3 falsum.

91 3 iuxta Don. 2 et vix Donateum, cf. Ad 116. 1. **95** 2 An. 70. 1.

96 1 et 3 rhet. ut mox 100. 1.

97 1 An. 33, 3, Ad. 331. **98** 3 iuxta Don. 4, ut observavit Wessn.

104 3 et 5 cf. Don. 1. **105** *a* additamentum per enim minus iustum.

106 2 *a* notavit Wessn., quem vide in App. ad h. v.

107 2 auctor vim sententiae non cepit. 4 scholium pertinet ad verba Donati non Terenti.

108 3 et 4 fluxerunt e Don. 107. 3. ubi vide Wessn. app.

109 2 rhet., cf. ad 96 et mox 125. 3. **110** 3 An. 486. 5.

112 4 iuxta Don. 3. **113** 2 de scholiis per subauditur ad Ad 48.

114 2 ex Don. 1; Wessn.: 'scholia parallela'.

115 1 *a* notavit Wessn.

117 3 quid scholium sibi velit, non intellego; Wessneri interpretatio vix iusta. **118** cf. Andr. 106. 1. **119** 3 iuxta Don. 2; cf. 248. 2.

120 1 *a* notavit Wessn., vide 2.

121 3 An. 384. 3, 410. 2. Hec. 465. 2. 4 contrahit sententiam scholii 1, sed perperam utitur verbo 'ut ostenderet', quasi poetae talem demonstrationem facere in animo fuisset.

122 2 cf. ad prol. 26. **123** 1 ad prol. 2. 3. 2 Ad An. 876.

123 3 *a* notavit Wessn., auctor putabat qui esse pronomen et subiectum esse verborum: 'hoc consilium ... dedit'; legebatur olim fortasse post 4, de qui pronomine, quod autem pugnat cum Don. 3; de particulis expletivis in schol. spuriis vide Eun. 204. 2, 312. 2.

125 4 *a* nimis supervacaneum. 3 rhet., ut mox 127. 1 et 4, 128.

130 3 *a* notavit Wessn.

131 2 breviter refert Don. 3; vide praef. de scholiis simil. ad Phorm.

132 2 cf. 401. **134** 3 iuxta Don. 2. 4 de deest ad Ad. 110; falsum.

135 4 e longiore Donati 5, quocum cf. Eun. 593. 1.
142 1 *a* et 5 *a* additamenta per ergo et sed iam notavit Wessn. Iungenda videntur 1 2 et 4 et expuli pro emblemate 4 *a*, cuius sententia nequaquam huic loco conveniens est.
147 3 An. 241. 1. **154** 5 An. 365.
155 2 Ad. 109. 2. Hec. 555. 6. **158** 3 iuxta Don. 2.
160 2 et 3 satis similia, retinui 2, quod simplicius et verius est quam 3, ubi frustra quaeris quae sint illa omnia, quae ridet Phaedria.
161 3 Ad. 666. 4. **162** 4 Ad. 272. 1. **163** 3 ex Don. 1.
164 2 mirum Phaedriam de tali re ostendenda cogitasse, et differt a Don. 3, et cf. 367, Ad. 340. 2.
165 3 et 4 vide quae ad haec scholia adnotavi supra pag. 242. 5 cf. ad Ad. 110. **170** 2 iuxta Don. 1. **171** 2 Ad. 139. 3.
172 3 *a* notavit Wessn. **173** cf. An. 26. 2.
178 1 Ad. 789. 2, Hec. 3. 3. 6.
186 6 fuit cum haec a Donato abiudicarem, sed cf. Ad. 259. 2.
187 1 An. 96. 1. **189** 5 Ad. 755. 2, 794. 2.
192 1 et 2 hae significationes τοῦ sed falsae et Donato ignotae sunt; significat h. l. 'transitum ad mentionem alterius rei' (cf. Don. ad Ph. 57. 2, 215. 1); in exemplo Sallustiano sed 'inceptivum' esse dixit (An. 310. 2); alibi est 'discretio a superioribus' (An. prol. 11), aut 'significatio sententiae contrariae' (An. 462). 3 *a* ineptum.
194 ad prol. 2. 3 c. adn. **197** 1 Hec. 513. **200** 1 Ph. 732. 1.
201 2 Ph. 55. 3. **202** 1 Hec. 79, An. 370. 3 iuxta Don. 1 + 2.
203 1 Hec. 268. **205** 2 Eun. 642. 2. 3. **206** 1 cf. An. 139.
208 4 iuxta Don. 5, et 'semper' falsum, ut ad Eun. 54. 3.
211 3 sane, 'bene est' non conveniret. De scholiis per non-sed vide ad Ad. 74. 2.
212 3 et 217. 3, nimis inepta.
213 2 Wessn. verba 'quod est ante et trahere' pro emblemate habuit; fortasse recte.
214 2 *a* notavit Wessn. **215** 1 vide ad 192. **217** 3 vide 212. 3.
225 1 vide ad Ad. 237. 2. 2 *a* notavit Wessn.
229 1 cf. 252. 1. **231** 1 et 5 rhet.
232 1 *a* ad 113. 2. **234** 1 Ad. 304. 3. 2 scholium speciosi accuminis contra Don. 1. 4 sensu simile Don. 1, cuius sententiam suis verbis denuo refert scholiasta adversum collegae opinionem diversam in 2. (Mn. 35. 286). Vide praef. de schol. sim. ad Ph.
235 1 An. 750. 1. **239** 4 cf. An. 398. 5
240 1 An. 597. 3, Ad. 282. 2. **248** 2 Hec. 570. 2.
250 5 *a* exempla inepta iam seclusit Wessn.
251 2 sensu simile Don. 1; additamentum 'ergo s. G.' iam notavit Wessn.
252 1 cf. 229. 1. 2 cf. 123. 1. **255** 1 *a* notavit Wessn.
258 2 rhet. ut mox 263. 1. **262** 1 Ad. 722. 2.
268 Eun. 136. 3. 4. **270** 1 rhet. quocum compara Don. 3.
271 3 rhet. quocum compara Don. 2.

272 2 rhet.; compara cum illis scholiis semirhetorica Donati ad vv. 273 usque ad 282. 3.

280 2 vide ad 211. 3. **281** 4 rhet.

284 vide ad 205. 2. **286** 1 rhet.

287 2 iuxta Don. 1 et sumptum fortasse ex Eugr. ad h. v.

292 3 scholiasta locum omnino non intellexisse videtur, cum putet pro 'servum' usurpari etiam potuisse 'me'; et exemplum minus iustum est quam Sallustianum Donati.

297 cf. Hec. 746. 1. **302** 2 cf. 60. 3. **305** 2 iuxta Don. 1. 45.

307 scholium rhet. vix ferendum post Don. 306.

312 1 Eun. 635. 1. **313** 2 cf. An. 24. 3, Ph. 350. 6.

314 Eun. 439. 1, Ph. 157. 5.

315 1 cf. Eun. 232. 1. 1 *a* non immerito notavit Wessn., idque probavit in app. 3 'scholium parallelum' Don. 2^1, secundum Wessn. in app., sed vide praef. de schol. sim. ad Ph. 4 *a* contra Don. 4 et cf. 113. 2.

318 1 cf. Eun. 381. 1. 3 cf. Eun. 1060. 2.

319 4 et 5, dubitat etiam Sloman.

322 1 Ad. 60. 3, Ph. 217. 2. 2 iuxta Don. 4.

324 1 hoc genuinum esse non affirmo. 5 sic etiam Sloman et Dzi. citans Donatum. 6 et 7 inventa vix vera cf. 696. Otto Sprichw. p. 242 de his: 'letztere Vermutung ist nicht annehmbar'.

326 2 iuxta 327, ut vidit Wessn. **329** 2. 3 cf. 127. 5. 6.

332 3 Eun. 816. 2, Ad. 950. 2. 6 iuxta Don. 5; cf. Mn. 35. 288.

333 2 Eun. 115. Ad. 302 al. **339** 1 vide Wessn. app.

341 4 *a* additamentum otiosum.

343 2 Prisc. 2. 84. 17: 'potissimum' (h. l. Ter.) pro 'optimum'. Scholium mihi suspectum est propter exemplum Plauti a re alienum et philosoplema quod praecedit: 'ut in re omni etc.'

348 1 cum Donatus in commentandis his fabulis doctorem grammatices potissimum se gerere voluerit, non raro, ubi de rebus mere rhetoricis loquitur, huius artes professores modeste tamquam auctores suos celebrat, sic h. l. 'ut rhetoribus placet', 283 'haec apud oratores etc'. Eun. 144. 2, alibi saepius. Cf. praef. vol. I p. IV Mnem. 33. 140 sq. al. — Ceterum mediam scholii partem: 'quidam absente patre — contra dicitur' etiam a Donato derivandam esse non credo; refert formam quaestionum notissimam e Senecae controversiis, a magistro quodam postea interpositam.

350 2 cf. 313. 2.[1] 5 repetit fere Don. 4 et 6 Don. 21.

352 3 additamentum ineptum; scaenae oeconomia postulat illud 'negat cognatam' et repudiat alterum illud 'expellit Ph. De.'; accedit quod expulsionis mentio fit demum v. 425.

---

[1]) De scholiis A et B ad sc. II 3 vide quae disputavi in praefatione et Mnem. 35. 288 sqq. (= lib. p. 116 sqq.).

355 A et B de verbo 'sequimini' non concinunt. In B vix recte Demipho dicitur aliqua perturbatione aut metu sic agere, cum non nisi vehementi indignatione moveatur; imprimis falsum videtur, quod in fine est: . . . 'et progredi non audeat nisi illi sequantur', parasiti profecto civibus metum infligere non solent, ut progredi hic non audeant sine comitibus.

357 3 et 4 *a* notavit Wessn. 5 repetit per ergo quae iam sunt in et 2 4.

358 A et B verba 'vide avaritia etc.' varie explicant, nisi quod B in fine alteram illam rationem breviter indicat. Probanda et Donato danda est adnotatio B, vera et cum exemplo idoneo. In A exemplum Sallustii, cuius pauca tantum verba redduntur, nequaquam docetur, quod scholiasta dicit: populum concitari si egens contemnitur. De populo autem concitando in verbis Phormionis sermo esse vix potest.

359 Utraque interpretatio A et B in commento adfuisse vix potuit. B 1 convenit cum hoc loco ubi falsa, et simul cum Ciceronis exemplo ubi vera insimulatio proponitur; simul corrigit vulgarem interpretationem, quae est apud Festum: 'crimen confingere', quaeque minus accurate in A 1 dicitur 'crimen ingerere'. Ceterum compara ad Hec. 779. 1: falsa insimulatio.

360 B, cum Phormio neminem accuset aut accusare possit praeter Demiphonem, manifestum est 'etiam' iungendum esse cum 'ultro', pugnat cum hoc quod scholiasta, obscure sane et pessima latinitate, innuere videtur verbis: 'altero quod dicit 'etiam' etc; Antipho ipse accusator fuit, ut indicatur in A: 'quid absente patre defenderit filius'. Attende etiam structuram: vim adhibitam cum infinitivo.

361 B 1 in hoc scholio verba: 'ostendit adhuc succensuisse' sqq. et 'ostendit contradixisse', sqq. significant: patri ostendere conatur, patri persuadet; etenim Antipho nusquam succensuit nec contradixit Phormioni, immo una cum eo se victum esse fatebatur (v. 136). In A 2 habemus excerptum ex Don. B 1. B 2 vereor ut Donato dari possit iuxta 1, ubi verborum intentio alia fuisse dicitur.

362 B 6 schol. iuxta Don. 4 vagum et vix verum; Antipho eum minus norat quia iam senior ruri fere degebat. Ceterum cf. Hec. prol 11. 2, Ad. 673. 1.

363 A 2 ex Don. B 2; tum in A 3 non verum est: senem se ruri continuisse contra voluntatem, nec per se definitio iusta esse videtur. 5 B *a* notavit Wessn.

365 A breviter reddit quae sunt in B 2. 3 rhet.

366 B 1 et 354 B 1 fere similia cf. praef. 2 rhet.

367 B 3 sic etiam Bentleius: umquam, in vita mea, et Sloman in my life. Aliter schol. A et B 2.

368 de loci difficillimi ('Videas te atque illum, ut narras') significatione tam incerti fuerunt veteres quam adhuc sunt recentiores, quorum sententias inde a Bentleio breviter composui in Mnem. 35. 294 sq. (= lib. p. 122 sq), ubi omnibus perpensis dubitanter sic conclusi: Donato e

scholiis certantibus ad B dandum esse 7, aliis relinquenda esse 4, 5, 6; ad 368. 3 cf. supra 95. 2. A h. l. scholiis vacat.

370 2 Hec. 537. 2. **371** A 2 contra Don. 1, ubi vehementior verbi significatio pellucet. B 3 cf. Ad. 664.

372 A 2 ex Don. B. 2 A 3 cf. Ad. 183. 2, Eun. 235. 1.

373 A cf. An. 183. 2, Eun. 645. 2. *a* notavit Wessn. B 3 exemplum ut in A.

374 A rhet., revera sunt convicia ut est in B.

375 B 2 iuxta Don. in A, sed minus iuste 'nihil . . . cogitasse' pro 'sensisse' v. t. q.

377 A iuxta Don. in B; 'validiora' quid hoc? sumptum videtur ex Don. 380 A 1, ubi significat minus vana.

379 A 2 *a* expuli emblema. **380** A 1 'ais' ad An. 192. 1.

381 Eun. 779. 3, 911. 2, Ad. 708. 1, etc.

382 A *a* otiosa conclusio per ergo.

385 A eiusdem notae, et pertinet a Don. 3.

396 A 1 falsum; Demiphonis verba respiciunt ea quae proxime procedunt (cf. Sloman) et longe alia Don. in 2. 4 cf. ad 381.

405 sq. cf. Ad. 175. 5. **409** B falsum; de ob id in spuriis ad An. 157 al.

411 B rhet. ut 413 B. **413** A 2 cf. An. prol. 5.

414 A per se satis mirum et h. l. falsum: 'amittere' = dimittere, ut 141.

415 A 1 ad Eun. 107. 2 rhet. ut 422 A. **419** A cf. Ad. 232. 2.

420 A 2 quaesitis verbis iuxta Don. A 1. B 1 cf. Ad. 127. 3.

426 B 'quidam' illi recte intellegunt, cf. Dzi. et Sloman: it would be better to do the same with your self' i. e. 'to leave the house your self'; huic interpretationi opponitur altera: 'artificiose autem' etc, quam ipse Donatus praetulisse videtur, quaeque docet eum non legisse Tu te, sed uno verbo Tute, quod ita explicat ut Phormio Demiphoni consentire contra filium atque illum adhortari videatur ut faciat, quod minatus sit: 'Tu fac idem quod dixisti, et prohibe filium domo'. Lectio et interpretatio minus iusta. Quod autem legitur in A diversi est auctoris, pugnantis scilicet cum B in fine. Si autem cum Teuber—Wessner inserimus non ante 'de compacto', tum sane hoc conveniet cum Donato in B et erit scholium parallelum.

428 A cf. Ad. 50. 1. **433** A de schol. non-sed ad 211.

441—459 ad hos vss leguntur permulta rhetorica, hausta ex optimo fonte, quem Eugraphium etiam cognovisse, (nec non Donatum fortasse, propter 453. 1), olim ostendi in Mnem. 33. 246 sqq., ubi illius quoque adnotationes rettuli.

464 cf. An. 758. 4, Hec. 622.

477 2 contra Don. 1, sed differentia falsa. Cicero refutare et confutare promiscue iunxit cum obiecto personali et reali; comicis in usu fuit confutare. In Pacuvio Ribbeckio p. 83 suspectum erat refutat.

482 1 et 2 vide ad 165 adnot. sub textu.

485 1, **493** 1, **496** 1 rhet.

502 do versus significatione dissentiebant veteres nec adhuc consentiunt recentiores interpretes. Quaeritur sitne iungenda negatio in 'neque' cum 'alia', an cum 'occupatus esset' aut cum 'tum esse obiectum'. Don. in 4 planis verbis tertiam rationem sequitur, eiusque versionem sic descripsit Bentleius ad h. l.: dolere Phaedriam adeo occupatam esse alia cura Antiphonem, ut de suo hoc negotio nec spatium cogitandi nec voluntas sit [1]). In 1 valde obscure haec interpretatio proponi videtur: dolere Phaedriam, quod, dum ipse adhuc in amore laboraret, Antiphoni amatam possidere iam contigerit. Haec autem sententia e Terenti verbis quomodo elici possit non video; 2 excerptum esse videtur ex 4 in fine: 'alia, hoc est leviore'; 3 nimis absurde locum sic explicare videtur: dolet Ph. hoc malum sibi tum obiectum esse, cum Antipho non alia etiam praeter hanc, quam de Phaedria gerat, sollicitudine esset occupatus.

525 3 non mentitur leno sed versute loquitur, vide adn. p. 282. 4 inepta comparatio.

567 rhet. **590** cf. 420 B 1. **592** cf. 292. 2.

611 1 et 2 *a* forma plure et complure 'is a fiction of the grammarians to account for 'pluria', ut vere scripsit Smith, Arch. of Terence in the c. of Don. p. 24, nisi quod pro plurali 'grammarians' fortasse unus ille scholiasta substituendus est, cuius fictas differentias aliaque mirabilia inventa saepe offendimus in commento; cf. mox 708, 768. 3, 988. 3.

635 2 iuxta Don. 1 et inde fere confictum; Wessn. notavit 'ergo — verbum'. 3 et 4 eiusdem notae; exemplum Plautinum dubiae auctoritatis; Wessn. in app. Vide Friedlaenderum ad cenam Trimalchionis c. 62: 'coepit ad stelas facere' p. 154 et 288, ubi citat Apul. Met. 5. 2: 'paulo fidentior intra lumen sese facit'. Tertull. de pall. 3: 'ad illum ex Libya Hammon facit'. **639** 2 An. 410. 4. **646** An. 496. 4.

668 2 *a* repetit Don. 1. et cf. Eugr.

681 4 de adiunctivo et pronuntiativo Wessn. in app. et supra 247, 341. 4. (= coniunctivus et indicativus).

696 vide ad 324. 6 et 7. Eugr.: ibit in nervum hoc est in periculum, sicut supra (v. 324).

708 3 inventum minus lepidum, ortum nimirum ex hariolorum definitione qualis legitur in Gloss VI p. 512: 'dicuntur insani qui spiritu nescio quo inflati vaticinantes circa aras et templa discurrunt atque

---

[1]) Bentleius ipse putat poetam hoc voluisse: 'Indignatur Phaedria, vel ex aemulatione et invidia inter pares et cognatos, vel quod in miseria socii se magis curant et adiuvant, se tum in sollicitudine esse, cum Antipho beatissimus sit'; iunxit igitur: 'cum A. non occupatus esset sollicitudine' et neglexit fere 'alia'. Dzi. cum Wagnero pro 'neque' scripsit 'atque'. Mihi satis placet Slomani versio: And to think of my being confronted with this trouble just when Antipho had been engrossed with a similar ('neque alia') anxiety'. Cf. Mnem. 35. 302 (= lib. p. 130 sq.).

bacchantur', aut 'incantatores sive divini qui concepto ante aram spiritu futura praedicunt'. Vide ad 611.

711 2 An. 350. 2. **713** vide supra ad 20. 2. **732** 2 cf. Eugr.

733 sq. et 751 *a* rhet. **735** cf. Eun. 454. 2.

744 cf. An. 286. 2. **746** 2 An. 602. 2.

768 2 explicatio non valet de homine fugiente persecutorem, sed de eo qui furem capere et mulcare studet. 3 nugis plenum. Sloman recte cum Donato: 'in running away don't pass the house i. e. your masters' (quidni tuam') vel 'don't pass your shanty'. Cf. proverbium Graecum ἐπὶ τῶν ἐκφυγεῖν τὰ δεινὰ εὐχομένων : οἴκοι γενοίμην. Otto Sprw. 77: die Entstehung des Sprichwortes möchte nicht auf ein Kinderspiel zurückzuführen (so Dziatzko), sondern dem Soldatenleben entnommen sein, etc. Sed simpliciter ortum est, opinor, e vita privata. Mira de proverbio habent Eugraphius ad h. l. et Pompeius Gr. l. 5. 311.

830 cf. An 716. 3, 959. 1. **841** 1 Hec. 386. x. 3, Eun. 134. 3.

872 cf. Hec. 258. 2. **914** 1 scholiasta perperam coram praepositionem esse putabat; non Don. in 2.

922 1 iuxta Don. 3 in. 2 *a* redolet eum qui identidem citat figuram 'ab eo quod praecedit id quod sequitur'; Don. graeco nomine figuras indicare solet.

923 1 cf. Don. 922. 3. 2 ineptum; paulo minus ineptum fit, si pro 'dedi' scribimus 'dedidi'. Cf. ad 611; Mn. 35. 308.

943 additamentum per nam satis suspectum est.

946 cf. Eun. 653. 1 aliter de exemplo Verg. **965** cf. 52. 2.

968 2 Hec. 731. 1. **975** 2 conclusio otiosa iuxta 1.

981 1 cf. ad 936. **983** 1 Ad. 168.

988 3 scholiasta denuo nimio acumine abutitur ad enarrationes speciosas confingendas.

990 *a* rhet. ut 1014, 1016, 1017. 1. 2, 1018, 1035. Eugraphius ad hanc scaenam pauca et nihil fere ad v. 1016.

1027 cf. Hec. 878. 2. **1035** rhet. cf. 751.

1048 2 contra Don. 1; scholiasta parum opportune refert, Don., sed verba ita mutans ut aliquid novi dicere videatur, quod Donatus iam docuit ad Adelphos 891. 2. Cf. de eadem re schol. Don. ad Aen. 1. 38.

INDICES

I

FIGURAE ET TROPI

---

[1]) Asteriscus indicat scholia spuria.

II

PRAECIPUA VOCABULA QUAE TRACTANTUR IN COMMENTO

A.

G.

H.

I.

L.

M.

N.